Serpentes ſunt parui, breues, minuti, qui quandoq; occultantur in arboribus inſidiantes, ut proijciant ſe ad trãſeuntes: horũ genus uidi. Calidi ualde ſunt, & ad rubedinem declinantes, ex eorum morſu accidit (ut dicit) dolor uehemens, & totum corpus pertranſit: ex quo etiam mors accidit. Cura eorum communis eſt, ut cura uiperarum.

OPERATIONES.

1 Affudius & ſabrin pro primo in quibuſdam originalibus habetur, Affudius, ut dixerunt ſapientes, ſunt duo ſerpentes arenoſa corpora habẽtes: & ſub capite eorum puncta alba & nigra. Et quandoq; ſunt nigri, & rubei, et albi: ſuper eorum capita ſunt ſquamæ albæ inciſæ: eorumq; inceſſui ſtrepitus ineſt propter ſiccitatẽ cor-
2 ticum uentrium ipſorum. Et ſunt grauis motus, dentium equalium. Horũ morſus diſrumpit poros & meatus naturales, faciẽs ex eis fluere ſanguinem, ita ꝙ ex angulis etiam oculorum.

3 Et comprimitur in ſanguine, & ſputo ſanguinis, & fluxu ſanguinis narium, &
uomitu, & dolore, & ſtomacho. Et di- 4
xerunt ꝙ locus apoſtematur, ac denigratur, & currit ex eo res parua aquoſa, & ſoluitur uenter, & conſtringitur anhelitus, & difficultas urinæ fit, & abſconditur uox, & mẽbra mollificantur: & uincit ſuper corpus diſpoſitio obliuionis, & accidit ſpaſmus, & cadunt dentes, & moritur patiens. Cura autem eorum ex parte proxima eſt cura uiperarum.

CAPVT. 9.

ANſibena & armena. Iſidor. Anſibena dicta eſt eo ꝙ habeat duo capita. Vnũ ĩ loco ſuo, Alterum in cauda currẽs ex utroq; capite, tractu corporis circulato. Hęc ſola ſerpentium frigori ſe cõmittit, prima omnium procedens. De qua Lucanus. Et grauis in geminum uergens caput anſibena, huius oculi lucent ueluti lucernæ.

OPERATIONES.

Plinius libro. 8. Anſibenæ caput eſt ge- 1 lib. 8. cap. 23.
minum, hoc eſt & ad caput & ad caudam: tanq; parum eſſet ore uno fundi uenenũ.

Iorath. Anſibena ſerpens frigore com- 2
mittit ſe, uigil, & ſollicitus de ouis ſuis, ualde, cum ea in cubat. Nam dum quedam pars eius dormit, altera tunc uigilat. Et cum per ſemitam incedit, duo capita regit, nuncq; caput anterius nunc uero poſterius conſequitur. Eſt alius ſuper calcaneum ambulans in coitu ſuo: & ſuper caudam ſuam.

Auicẽ. Armene eſt ſerpẽs, proprietates 3
habens reguli proprietatibus proximas.

non enim interficit morſu tantum, ſed uiſu, & ſibili ſui auditu. Quodcũq; animal mordet, diſſoluitur, et quodcunq; ei appropinquat ex animalibus, moritur. At uero quantitate dixerũt eum à regulo differre.

4 Eſtimauerũt enim ꝙ eſt ab uno cubito: uſq; ad cubitum & ſemis, & dixerunt ꝙ morſu ab eo non confert aliquid.

5 Si uero aliquid confert ei: tunc ſemen papaueris & caſtoreũ. Hoc enim iã quidã teſtificati ſunt.

CAPVT. 10.

Aſpis. Iſidorus. Aſpis dicta eſt eo ꝙ morſu uenenato interimat. As enim greci uenenũ dicũt. Huius diuerſa ſũt genera et diſpares effectus ad nocendum. Fertur ꝙ aſpis cum incantatorem pati ceperit, qui eam quibuſdam carminibus euocat, ut eã de cauerna educat: illa cũ exire noluerit, unam aurem in terram premit, alterã cauda obturat & operit, ac uoces illas magicas non audiens ad incantatorẽ non exit. Ex generibus aſpidum ſunt, dipſa, ypnalis, emorrois, preſter, ſeps.

OPERATIONES.

1 Phiſiologus. Aſpis ſi momorderit hominem: ſtatim eum conſumit ita ut liquefiat totus in ore ſerpentis.

2 Gloſa ſuper Iob. 20. Aſpis eſt paruus ſerpens, uipera prolixioris eſt corporis: & uenenum aſpidis concitæ uipera tardius occidit.

3 Vnde ſcriptum eſt. Caput aſpidum ſuget & occidit eum lingua uiperæ.

4 Andromachus. Aſpidis habitatio eſt in ſicco, & in locis in quibus non eſt aqua. Et hæc eſt quandoq; cinericia.

Aſpis eſt ſerpens cerulei coloris, cuius 5
dentes ſupra modũ longi ſunt: ita ꝙ extra os ſicut apro apparent. Morſu uenenum immittit, & ſpargit: unde & nomen accepit, uirtute quorundam uerborum incantatur, ne ueneno interimat: uel (ut quidã dicunt) ut quieta capi poſſit, & gemma de fronte eius auferri, quæ naturaliter in eo naſcitur.

Auicenna. Aſpis eſt ex ſerpentibus ſur 6
dis, hęc ſicca dicitur propter uehementiam ſiccitatis ſuæ cutis, eſt & in quantitate ſua inter tres cubitos & quinque.

Color illius cinericeus, & ad citrinita 7
tem decliuis, oculi eius ſunt uehementis luminis, & interficit à duabus horis uſq; ad tres.

Quem autem momorderit, alteratur co 8
lor eius & ſtupeſit, ac multiplicatur eius ſingultus, & infrigidantur membra eius. Palpebræ quoq; eius clauduntur, & profundæ dormit. Ad eius morſionem eſt iuuatiuum emplaſtrum cum calce & melle & oleo.

Plinius libro. 8. Aſpidum colla intu 9
meſcere nullo ictus remedio aſſeritur, preter quam ſi partes contactę confeſtim amputentur.

Idem in libro. 11. Aſpidum dentes in os 10
uergentes ſunt, ne cibi excidant, nullũ habentium adminiculum retinẽdi: ſed duo ſunt in ſuperiore parte dextra leuaq; longiſſimi: tenui fiſtula perforati, uenenum infundentes, ut ſcorpionum aculei.

Solinus. Plures uarieq; ſunt aſpidum 11
ſpecies: ut Dypſas, ypnalis, Emorrois, preſter, ſunt aũt ammodatæ, eſt & cenchris, elephantiæ, chercitra, camedracõtes. Mõſtra hęc ſibilant (ut ferunt) affectus habent, nec temere niſi coniuges euagãtur.

Philoſophus. Aſpidẽ Lucanus ſomni 12
feram uocat, quia uulneratus ab ea ſomnũ morti continuat. Fertur autem ſic incãtari. Demones diſcurrunt cum uerbis ad ſerpentes: et infectione interiori hoc faciunt ut ſerpentes ad nutum eorum moueãtur: ac ſine leſione tractabiles exhibeantur.

CAPVT. 11.

Aranea.



ARanea. Iſidorus libro .12. Aranea uermis ē aëris, ab aëris nutrimento nominata, quę exiguo tempore longa fila deducit, & telæ ſemper intenta nunq̄ deſinit à labore, perpetuumqꝫ ſuſtinet in ſuo opere diſpendium: quia ſæpe ad modicum flatū uenti, aut pluuiæ ſtillicidium rumpitur tela, tunc totaliter perdit laborem ſuum. Auicenna ait: ꝙ aranea eſt modicum animal reptile, multipes, ſex uel octo habens pedes: quos ſemper habet pares, & nunq̄ impares, & hoc fuit neceſſe, ut ſemper eſſet eius inceſſus æquus, ſicut & ipſum onus: & hoc eſt generale in habētibus duos uel plures pedes. Habet autem aliquos pedes longiores & quoſdam breuiores propter diuerſas quas facit operationes, nam cum quibuſdam fila ſubtiliat & in longam p̄trahit: cum quibuſdā uero pariter fila nectit: cū quibuſdam p̄ fila repit. Et quando uult in telæ ſuperficie immobiliter ſe ſuſpendit, unde reſidens in telæ ſuæ medio ſubito ſentit muſcam, telā in parte remotiſſima contingentem, eam ſubito inuadit & aggreditur tanq̄ hoſtem, de qua ſi triumphare potuerit, eam ne euadat inter telæ ſuæ fila multipliciter circumuoluit: & primo capiti inſidens eius humiditatē ſugit, & de tali muſcarum uenatione uiuit. Nā eius guſtabile propriè eſt talis humor: ſicut guſtabile apis eſt mel: ut dicit idem Auicen. & Ariſt. Item in genere aranearum eſt diuerſitas ſexus. Vt dicit Ariſtot. lib. 5. Et eſt fœmina maioris corporis q̄ maſculus, & pedes habet longiores, flexibiliores, & habiliores ad motum: et etiam ad texturam. Et ſic idem in libro. 5. Tempore coitus & amoris fœmina attrahit marem per fila telæ, & poſt maſculus fœminam: & non ceſſabunt donec coniungantur, & maſculus ponatur ſuper uentrē fœminæ, hic autē modus eſt neceſſarius propter uentris rotunditatem, & iſta coniunctio maxime eſt in fine ueris, & in principio ęſtatis, & aliquando in autumno, & in principio hyemis, & tūc maxime ſunt nociuæ, & earum puncturæ amplius uenenoſæ. Item Ariſto. lib. 8. Genera aranearum ſunt multa. Nam quędā ſunt paruæ, & diuerſi coloris, & ſunt acutæ et uelocis motus. Aliæ ſunt maiores, & coloris nigri: & earum crura anteriora ſunt longiora, & ſunt tardioris motus niſi quādo coitu ſtimulantur. Et nigræ ſolent texere iuxta terram inter foramina, & manent in textura ſua, quouſqꝫ aliqua inciderit beſtiola, ſicut muſca, quam deprehendūt, et ſi habent famem, ſugūt eius humiditatē, & tūc deferunt ad locū ſuum ubi deponūt: & reſeruant eam donec iterum eſuriem patiantur. Et quando totam hauſit humiditatē: deijcit reſiduum & reuertitur ad uenādū, & non uenatur, quouſqꝫ reperit quod captum eſt de textura. Et ſi quis ruperit texturam, incipiet ipſam reparare circa occaſum ſolis, uel circa ortū: & maxime laborat: quia tunc plures beſtiolæ incidunt in texturā, & fœmina parit & uenatur, & maſculus iuuat eā. Abſcondit autem ſe in textura uel ſub tela, ne à beſtiolis uideaꝛ, & maxime quando eſt magna, quia propter eius magnitudinem non facile operatur. Facit etiam fœmina oua: primo, ex quib⁹ modicæ araneæ poſt formanꝛ: & ſtatim qn̄ pariūtur ponit eas in textura, mox ſe mouent & diſponunt ad texendum, ac ſi in utero materno ſint inſtructæ ad uenandum. Vnde ſtatim aptat retia conuenientia predæ ſuæ. Et eſt ſpecies quędā aranearum, quæ uenātur lacertum paruū, qn̄ ipſum cępit, incipit texere ſuper ipſum, q̄uſqꝫ liget eius orificiū ligatione forti, & tūc ſaltat ſuper eū, & pungit quouſqꝫ moriatur. Idem in eodē li. etiam dicit idem, ꝙ ſępe inueniuntur quędam araneæ in aluearibus apum: & illæ corrumpūt mel, & ſugūt liquorem: & ſic circa fauos faciunt texturas & corrūpūt eos. Idē dicit Aui. &

Plini. de generatione aranearum lib.11. cap.25. Sicut aranearum natura precipua admiratione eſt digna. Cuius plura ſunt genera: inter quæ ẽ quędam, quæ dicitur ſpalãgio: cuius corpus eſt exiguum, uarium, acuminatum, uelox ad ſaltum: noxiũ habens morſum. Alia eſt ſpecies maioris corporis, & nigri coloris, & cruris lõgioris. etc̃. Aranearum aũt telę ut dicit Ariſtot. & Plini. Ex earum uiſceribus quodã modo naturæ artificio generantur ſubtiliſſima compoſitione cõtextæ more retis componuntur & parantur, & filis ſubtiliſſimis connectuntur: & hoc ne à muſcis & alijs beſtiolis quibus tenditur uideat̃ propter groſſiciem. Cum labore quidem cõponuntur: ſed miro modo faciliter diſſipantur. Ignem non ſuſtinent, uentum timent, cuius impetu rumpuntur, & ſubito denudantur.

OPERATIONES.

1 Plinius. Et q̃uis uenenoſa ſit aranea, de cuius egredit̃ uiſceribus tela, uenenoſa tamen non eſt, qm̃ poſt multum uſibus medicine utilis deputatur.

2 Nam ut dicit Dioſco. Tela aranearum alba & mũda, puluerulentis ſordibus nõ admixta, uires habet conſtringentes, conglutinantes, & refrigerantes: ideo ſanguinem reſtringit à uulnere defluentem, ſuppoſita uulneri prohibet fieri ſaniem, & ſanat plagam recentem, & prohibet inflaturam ſanitatem uulneris retardantem.

3 Item remedium contra morſus omniũ aranearum, eſt cerebrum gallinaceum cũ exiguo piperis, bibitum cum uino dulci. Item coagulum agni potatum cum uino, ſanat morſus aranearum.

4 Idem facit cinis ungulæ arietinæ cum melle.

5 Item muſcæ contritæ & poſitæ ſuper morſum, extrahunt uenenum, et mitigant dolorem. Sũt & alia remedia que enumerat Plini. & Albertus.

6 Plini. eodem lib. capit. 6. Aranea lõga & candida, tenues habet pedes, cõtrita in ueteri oleo dicitur ſoluere albuginẽ oculorum.

CAPVT. 12.



BLacte biſantia grece, Arabice achafar, latine ungula aromatica. Serapion libro aggre. cap. Achafar eſt cõchiliũ ex ſpeciebus oſtracorum, & eſt ſimiliter de conchilijs purpureis: & reperiuntur in regionibus Indiæ: & in aquis iuxta quas oritur ſpica nardi. Odor autem eius aromaticus eſt, quoniam ipſum animal comedit nardũ. Et ipſa colliguntur in tempore ęſtiuo, qñ aqua deſiccatur, & reperitur etiam ex eis in littoribus maris aizum. Et color eius ẽ decliuis ad albedinem: & ambæ ſunt meliores: & eſt pinguis. Sed illa quæ naſcit̃ in Babilonia, eſt ſubnigri coloris, & ẽ minor illa, & omnes habent bonum odorẽ. Et quando fumigatur domus cum eis ſentitur odor earum ſicut caſtorei. Serapion lib. aggre. capi. oſtracorum. Blactębiſantiæ ſunt ex ungulis oſtracorũ, & ſunt coopercula quibus tegunt̃ in foramine ſuo: & meliores ſunt, quæ uergunt ad albedinem, & ſunt odoriferę quorum odor extrahit aliquantulum ad odorem caſtorei.

OPERATIONES.

Galenus cap. oſtracorum: Quando bla 1
ctebiſantia ſumitur cum aceto in potu, attenuat ſplenem: & quando fumigant̃ cum eis mulieres habentes ſuffocationem matricis, confert eis: & iſte fumus excludit ſecundinam.

Et quando ex eis fumigatur epilenti 2
cus, excitat ipſum.

CAPVT. 13.

Bonnacon

Bonnacon. Solinus. Bonnacon ē animal quod i locis frigiæ naſcitur: huic taurinū ē caput: ac deinceps om̄e corpus: iuba em̄ equina: cornu à uero tam multiplici flexu in ſe recurrētia: ut ſi quis in ea offendat, nō uulneretur: ſed quicquid preſidij monſtro, illi frons negat, aluus ſufficit. Nam cum in fugam ſe uertit, proluuie citati uentris, fimum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quicquid attigerit, adurit. Ita agerit noxia, ſubmouet inſequētes. Actor. forſitan, hoc animal idē eſt ꝙ uacca ſilueſtris ſecundum Ariſto. que habet cornua declinātia ad inuicem, nam et boues ſilueſtres ſiue bubali alio nomine dicuntur biſontes. Ariſto. Bonnacus eſt animal catonia in quodam mōte, tauro ſimile, ſed eſt in eo crinis deſcendens ad duas partes ſpatularum. Huius pili molliores ſunt q̄ equi, & breuiores, crines eius omnes continui ſunt, & uſq; ad oculos perueniunt. Et qui ex pilis eius ſunt inferius, lana aſſimilantur. Pili uero eius qui ſunt ſuper eius frontem, conueniunt, uſq; dum ſeparentur ſecundum diſcrimē. Color eius eſt rubeus: & forte erit ad nigredinem declinans, huius uox aſſimilatur uoci tauri: nec habet dentes ſuperiores, ſicut nec taurus, habet duos ſotulares, & caudam breuem reſpectu corporis: & cauat terrā: habet corium multos ictus paciens, huius caro dulcis eſt: & ideo deprehenditur. Cūq; percutitur fugit, & quieſcit. Cum autē debilitatur pugnat. Et ſtercus ꝑ quatuor paſſus eijcit. Cū uero tēpus partus eius appropinquat, adunātur ex eo genere multi priuſq; circa ip̄m ſtercus cōgregāt: et ip̄m q̄ſi murū ponūt. Eſt aūt aīal multi ſtercoris.

CAPVT. 14.

Bos. Iſidor. Bouem greci bootē dicunt, latini trionem uocāt quaſi teriōem, eo ꝙ terrā terat, cuius latitudo pelliū, à mento ad crura, palearia dicūtur a pelle, quaſi pellearia: ꝙ eſt ſignū generoſitatis in boue. Boum in ſocios eximia pietas eſt. Nā alter alterum inquirit, cū quo ducere collo aratra conſueuit, & frequente mugitu pium teſtatur affectum ſi forte defecerit. Ariſto. Bos coit poſt annum, & forte poſt 8. menſes. Poſt biennium autem pregnās eſt nouem menſibus, uiuit annis quindecim: caſtratus autem uiginti. Actor. Bos ē animal mūdum ſecundū legem ad immolandum & comedendum, quia ruminat, et findit ungulam, paleas comedit, iugo premitur, ſtimulo cogitur, terram arat. Plini. lib. 5. Boues & animalia quibus continui ſunt dentes, bibendo ſorbent ut equi. Idē in li. 11. Superiores priores dētes, nō ſunt bobus, ſicut nec ouibus, & omnibus ruminantibus: boues autem mutant dētes. Horum caudis eſt longiſſimus caulis, atq; in una parte hirtus. In genere boum fœminis tantum uox grauior: cum in omni alio genere ſit exilior quam maribus. Theophraſtus probat boues piſce ueſci, ſed non niſi uiuente, boum attritis ungulis, aruina ungendo cornua, medentur agricolæ. Adeoq; ſequax earum natura eſt, ut in ipſis uiuentium corporibus feruenti cera flectantur, inciſaq; naſcentium in diuerſas partes torqueantur: ut ſingulis capitibus quaterna fiant. Iſaac in dietis particularibus. Bouina caro ad comparatiōem carnis pecudum, ſicciſſima eſt, ideoq; ſanguinem

generat groſſum,& turbidum,et melanco
licum,multumq; dat nutrimentum. Inobe
diens eſt digeſtioni, tardeq; de ſtomacho
eijcitur,& uentrem cōſtipat: ꝙ ſi eo aſſue
ti melancolicæ complexionis fuerint, fi-
unt ſplenetici uel quartanarij, uł hydropi
ci,uel ſcabioſi,uel leproſi: ſecundū cōple-
xionē ꝗ preparatā,his morbis inuenit.

OPERATIONES.

1 Auicen. Bouinum fel cum nitro & ethi
molea, ualet ad furfures, cū caput eo laua-
tur. Idē quoq; fel, aperit orificia hemoroi
darum. Ex eodem cum melle linit̃ palatū
2 ad prouocationem. Dioſcorides. Lac
bubulcum oris uulnera recentia ducit ad
ſanitatē. Fimus boū iuuat ad apum & ue-
3 ſparum ictus. Hidropicus etiā illitus ex
eo iuuatur: ſi ad ſolē multū iacens deſicca
tur. Maximū uero beneficiū pręſtat fimus
maſculi bouis, ſtericis mulierū fumigatus
4 pro pendentibus. Pli. li. 28. Bouis ſepū
cū adipe anſerino & ocymi ſucco, ulcera
oris acrimas ſanat. Item cōtra ea q̃ exulce
ratione uenena enecāt ſepum bubulcum,
5 alias bubulum, auxiliat̃. Medulla quo
q; bubula ex crure dextro priore trita cū
ſanguine, pilis, palpebrarumq; uicijs & an
6 gulorum occurrit. Si uero grauitas ſit
audiendi, fel bubulum prodeſt cum urina
7 capræ uel hirci. Talus bouis accenſus,
dentes cum dolore labētes, confirmat ad
motus. Eiuſdē quoq; cinis cum mirra bo-
8 num eſt dētrificium. Lien bubulus in
melle datur, & illinitur ad lienis dolores.
Lac bubulū cęteris medicatius eſt. Bubu-
lo ſiquidem lacte, cūcta uenena expugna
ri tradunt uomitione. Pręterea tenaſmus
9 poto lacte bubulo tollitur. Stomachū
exulceratum lactis bubuli potus reficit,
eiuſq; roſiones caro bubula mixta aceto,
et uino cocta. Ad hominis etiam morſum
bubula caro cocta & impoſita, efficax eſt.
Canum ſcabies ſanatur ſanguine recēti bu
bulo. Item cum marceſcat illico et poſtero
10 die abluto cinere lixiuio. Haly. Fel bo
11 uis tinnitibus, & auris ſonitui medetur, ſi
bombace ſupponatur. Si cū oleo mixto
inſtilletur, auri mitigat dolorem ex frigi-
do. In lotio quoq; boum, ſi infundat ſe ho
mo, optimum eſt ſtomacho dolenti ex fri
gido. Prodeſt etiam emorroidis. Fimus 12
boum cataplaſmatus ſup apoſtemata groſ
ſa, diſſoluit ea. Si uero cōburatur, & nari-
bus inſuffletur, ſanguinis fluxum ab eis ſe
dat. Pręterea ſi cataplaſmetur eo modico
cum butyro, uentri hydropici manifeſtiſ
ſime medetur. Iecur bouis ſic combura 13
tur & bibatur, uentris ſolutioni prodeſt,
& fluxui ſanguinis. Os quoq; bouile, ſi 14
comburatur, dentes cōmotos ex ſe frica-
tos ſolidat.
Et ſi cum ſquingibin bibatur, ſplenē li- 15
quefacit. Appetitum coitus excitat, ac le-
præ prodeſt.

CAPVT. 15.

BOmbex. Iſidorus lib. ethimologiarū. Bombex ē frōdium uermis: ex cuius textura bombicinum cōficit̃, Hoc autē nomine appellatur: eo ꝙ euacuetur dum fila generat: & aer ſolus in ea remaneat. Plinius. Bombices telas aranearum modo texunt, ad ueſtem luxumq; fœminarum, quæ bombicina uocatur. Bombicum genus eſt. in Aſſyria proueniens, nidos luto fingūt, ſalis ſpecie, applicatos lapidi tanta duricia: ut ſpiculis perforari uix poſſint. In ijs & ceras largiores ꝗ apes faciunt, deinde maiorem uermiculum. Et in Choo inſula tradūtur naſci cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florē imbribus decuſſum terræ halitu animante: fieri aūt primo papiliones paruos nudoſq;, mox frigoris impatientia uillis inhorreſcere: & aduerſus hyemem tunicas ſibi denſas inſtaurare: pedum aſperitate radentes foliorum lanugines in uellera. Phiſiologus. Bombex uermis eſt

faciens

faciēs ſericum fileoſum de ore ſuo, in quo ſepeliat ſe ad hoc, ut renaſcat̃ cōpletus. Et poſtq̃ reiecerit omne quod ſtercoratū eſt, ac feculentum, ac nigrum de corpore ſuo: tunc corpus eius tranſlucēs eſt, cū aſpicitur ad ſolem. Folijs quidem celſi ueſtit̃, quæ uulgo morus dicitur. Sed poſtq̃ operari ceperit, eſcam renuit delitioſo labori operam diligenter impēdens. Calathi uero parietes induſtrius textor circuit, lanā educens crocei coloris: quæ niuei cādoris per ablutiōem efficitur anteq̃ artificalis tinctura ſuperinducatur. Cōſummato aūt opere nobilis textoris, thecā in opere, proprio inuolutam centonis ſubintrat ianuā ſimilis papilioni. Seminat poſtea, minuta eijcit: ex nature pennatibus ſecretis, quæ per hyemem reſeruantur: ut aere clementi ore redeunte, carni humanæ admota in ſinu fomēta ſuſcipiant, uſq; dū natura motum ſeminibus conferat animalem. Idem uermis etiam lanificus appellatur, ex lana ſerica q̃ de proprijs uiſceribus operatur.

OPERATIONES.

1 Sericum porro putrida uulnera cōbu-
2 ſtum mundat & confortat. Et ſi cum ſa
le comburatur, rubiginem dentiū curat.

genero de sapo

CAPVT. 16.

Borax & Batracha. Ex lib. de nat. rerū. Borax eſt genus bufonis, q̃d in capite portat gēmam ſui nominis: hic fulgo cropōdina uocatur, ſed quando bufoni uiuo & palpitāti extrahit̃, tunc ipſe lapis in medio ſui oculum habere dicitur. Cum autē aliqua diu mortuo extrahitur, tunc malicia ueneni oculus extinguitur & lapis uiciatur.

Philoſophus. Borax de genere bufonis eſt, hic propter ueneni quantitatem quando tangitur, inflatur. Cum aranea pugnat, & ab ea uincitur. Nam cum illa frequēter pupugerit: ille ſe uindicare non ualēs, in tantum inflando ſe extuberat: ut medius crepat & moriatur. Huius morſus peſſimus eſt: & inſanabilis efficitur. Gemmam in fronte nutrit pro qua occiditur, & quæ ab ipſo animali borax appellatur: quando extinctum habet oculum. Herba ſpeciali utitur in qua uitā recuperat: ruta uero interficitur. Humida loca & marcida libenter inhabitat: odit claritatem ſolis, nec eū de facili uidere patitur, nocte ambulat: & hoc magis per uias hominum tritas ueſtigijs. Per diem uero latet in abditis, odorē florentis uineę fugit, & prope ad cubitalē magnitudinem aliqn̄ creſcit. In Hiſpanię partibus illud precipue boracis genus habitat: quod lapidem in fronte portat.

BIBLIOTECA UNIV. SEVILLA

CAPVT. 17.

sapo o



Bufo. Actor. Bufo eſt anial uenenoſiſſimum omnibus notū: quod uidet̃ ab autoribꝰ dici rubeta, ul' craſſantium. Eſt autē bufo frigidiſſima beſtiola, aſpectu fœdiſſima que fertur habere cor in gutture: unde nec de facili interficitur, niſi per medium guttur trāſfigatur. Ex putredine aūt uel corruptione terræ naſci putatur. Ex lib. de naturis rerum. Bufo etiam reptile uenenoſum, habet uiſum peſtilentem, attactum ſordidū. Terra ueſcitur, & hoc pondere & menſura. Quantum em̄ in anteriori pede concludere poteſt: hoc illi ꝑ cibo q̃tidiano ē. Timet, em̄ ne ſibi terra ꝑ cibo deficiat. In Galliæ partibus eſt Bufonis genus, quod cornutū dicitur: qui à corniſare uidet̃: unde

a ſoño uocis ſic appellatur. Colores habet duos, tetrum, et croceū. Hij uero prodeūt & tunc uoces tubarū edūt. Duoq; & duo uoces tubarū reddunt inuicē. In ſola Gallia uociferi uiuunt, elati uocē perdunt & muti ſunt. Phiſiologus. Bufo eſt aīal horroris, quod nunc cū aranea, nunc cū lacerta, quandoq; uero cum colubro, uel etiam cū ſerpente prelium ſubit. Leſus aūt ueneno alterius animalis uenenoſi à plantagine medelam accipit. Saluia libenter ueſcitur, cuius radix bufoni mortalis ē. Lapis in capite bufonis inuentus, & ab hoīe geſtatus, ueneni maliciā arcet. Ex bufone q̄q; per combuſtionem in puluerē redacto, cum ſibi relinquitur, bufo uiuus regeneratur, nec tantum unus, ſed etiam plures.

CAPVT. 18.

BVbalus & Biſontes. Iſido. Bubali ꝑ deriuationē uocati ſunt: eo q; ſunt ſimiles boum, adeo indomiti, ut prę feritate iugum ceruicibus non recipiant, hos Africa procreat. Ex lib. de nat. rer. Bubalus eſt animal boue maius, & altius corpore, nigrū colore, habet cornua longa tortuoſa, collū lōgum, caput ingens, mēbra macilenta, caudam paruā, aſpectum benuolū ac ſimplicem. Sed ſumme pernicitatis atq; crudelitatis eſt, cū ad iram fuerit prouocatū. Vſibus humanis accōmodatiſſimū eſt, fortitudine maxima pollet. Bubalus ꝑatiēs eſt laboris, pilos habet paucos, uocem terribilem, frontem aſperrimā, cutem duriſſimā, pede ſpargit terrā. In eius nare anulus ęreus cum funiculo ponitur, ut facilius homini cedat in opus quod fuerat ei impoſitū: q; ſi onus eſt graue, & ultra uoluntatē ſuā imponat̄: ſtatim cōmotus, in terra ſternit̄, nec facile ictibus ad ſurgendū cogitur, niſi alleuiato onere quo grauat̄: hic alio noīe biſontes dicit̄, de q̄ dicit Solinus, q; beſtia ē boui ſimilis. Solinus. Biſontes in ſeptētrionali plaga, ſunt boues feris ſimiles, ultra tauros pnicitate, capti aſueſcere neſciunt, hos imperitū uulgus bubalos uocat. Pli. li. 8. Germania Scythię cōtermina gignit inſignia boū ferarū genera: iubatos biſontes, & uelocitate excellentes uros, q̄bus oībus imperitum nomē bubalorū imponit: cum id Africa gignit, uituli potius, ceruice quadam ſimilitudine.

OPERATIONES.

Pli. lib. 11. Bubalorum ſanguis nō ſpiſ- 1
ſatur. Haly. Coagulum pulli bubali cōtra
potum cicutæ prodeſt ei qui comedit fun-
gos. Vrina bubali ſi contrita miſceatur 2
mirrha aut oleo, & in aure ponatur, dolo
rem eius ex frigido mitigat. Dioſc. Fi- 3
mus bubali patientis impoſitus, tumores
uulnerum tollit, & ſciaticę paſſioni conue
nit. In cathaplaſmatibus poſitus duri- 4
cias ac ſcrofas purgat, & puſtulas ſoluit.

CAPVT. 19.

BRuchus. Rudolphus ſup Leuiticū & Gloſa ſuper Iohel. Bruchus modicus eſt et fului coloris. Bruchus uocatur fœtus locuſtæ, anteq̄ habeat alas: deinde cum incipit uolare parum, dicitur athelabus: cum uero plene uolat, dicitur locuſta. Eſt autē bruchus multo grauior, q̄ locuſta uł athelabus, quia iacens in uno loco radicitus rodit fructus.

CAPVT. 20.

BVpreſtis. Iſid. & Plinius li. 30 Bupreſtis ē anial paruū in Italia, ſimilimū Scarabeo, longipedū fallit inť herbas Bouē maxime, ūde et nomen habet: deuoratumq; tacto felle ita inflammat, ut rumpat.

OPERATIONES.

1 Plinius lib. 23. Oleum omphancinum
contra Buprſtim ualet ex aqua per ſe lotū
2 uomitiōibusq; redditū. Idē in li. 30. Bu
preſtis cū hircino ſepo illita lichenas tol
3 lit ex facie ſmectica ui. Idē in li. 28. Lac
4 reſiſtit ueneno bupreſtis. Idem in. li. 31.
Si bupſtis paſta ſit nitrū ex aq̄ uomitiōes
5 euocat Ex li. de na. re. Cū autē bos bu
preſtim inter herbas iacentē deuorauerit,
ac fel eiꝰ tetigerit, ita inflammať atq; tume
ſcit, ut ꝑtinus rūpať, laceratis uiſceribus.

CAPVT. 21.

Bubiōe ſiue Bibione & Blata. Iſi. Bibiones ſunt q in uino naſcuť quos uulgo muſciones à muſto appellant. Vñ. Affrāius. Cum à me expectaſſet fabulare incipis ex ore Bibiones inuolāt in oculis tuis Blate à colore dictæ ſunt ſiquidem & comprehenſæ manū tingunt, unde & blateum colorē dicunt. Hoc animal lucem non patitur uidere, contrariū muſcæ. Muſca enim eſt lucipeta. Blata uero lucifuga. Ex lib de nat. rerum. Blata uermis eſt qui lucem uidere non patitur, unde per noctem tantummodo ambulare conſueuit. Palladius de agricultura. Blatæ ſunt apibus inimicæ, ſicut & lacertæ. Vnde huiuſmodi animalia & his ſimilia oportet apum caſtris uel aluearibus longe fugare: qui uult apes bene conſeruare, 2c.

CAPVT. 22.

CApra Ex li. de nat. rerū. Capra eſt animal barbatū, longis & acutis cornibus, Paſcit in cōuallibus, & ī mōtibus, & in ramis arborum q̄s ore poteſt attingere, ſed morſus earum exicialis eſt arbori. Mel uero lambentes capræ moriuntur Herbis uenenatis uiuūt. Conſt. Si capræ ex uaſis tamariſci biberint aut comederint, non habebunt ſplenē

Serapion in libro de ſimplici medecina. Vidi inquit Galenus Capras lingentes tamariſci frōdes, & inueni eas ſine ſplene. quaſdam uero uidi lingentes ſerpentes pelle depoſita. & poſt albeſcētes minꝰ ſeneſcere. Iſi. Capram à carpēdis uirgultis quidam dixerunt. alij q carpent aſpera Nonnulli a crepitu crurium. unde eas creas appellatas que ſunt agreſtes capre. Ariſto, Capra eſt animal ruminās quod tamē habet dentes in utraq; mandibula. Capre in paſtu cito mouentur a locis ſuis: quod non oues faciunt. & accipiunt ſumitates herbarum tantū. Quando mouentur poſt meridiem, plus aque potabunt. & quando ſalē ante partū comederit, multū fluxum a mammillis habebunt. Capræ naturaliter ueloces ſunt, ideo paſtores non po-

nunt eis rectorē. Capra non bene uidet in die: ſed acuit̃ eius uiſus de nocte. Habet aūt aliquando oculos diſſimiles in colore. Quando ſagittata fuerit, pulegiū ceruinū querit, & comedit ut extrahat̃ ſagitta. Pli.li.8. Capræ in Cilicia iuxtaq; Syrtes, ſicut oues, uillo tonſili ueſtiunt̃. Capris in Aethiopia uita eſt uſq; ad ānos.11.in urbe reliquæ plurimū octo. Idē in li.11. Oculi capræ de nocte ſplendēt: luceq; iaculantur. Pili acute craſſi exeūt hircis: fœminis aūt tenuiores. Item mares caprarū, plures habent dētes q̃ fœminæ. Nec habēt capræ dentes preter priores geminos. Habēt & binas in feminibus māmas, nec alibi, ſicut & oues. Pli.li.8. Capræ pariūt, & quaternos, ſed raro admodū, ferūt quinq; menſibus ut oues, ueneno pingueſcūt: pinguedine ſterileſcūt. Itē Ariſt. Caper unius anni coit: ſed debile q̄d generat. In Aethiopia proprie capra uiuit annis.11. tota uita coit: & gemellos parit, & ſi cibus cōueniens eſt: caper uirtuoſus erit. Palla.lib.8. Capra trima optime poteſt educare: ſed eligenda eſt capella magni corporis, craſſis cruribus, breui collo, plenaq; ceruice, auribus flexis et grauibus, paruo capite, nitido ac ſpiſſo longoq; capillo, magnis uberibus. Nec multæ capræ ſicut oues, claudendæ ſunt una ſtatione q̃ & luto carere conuenit & ſtercore: q; teneriores mares generāt, haud tranſeundum eſt. Sed ultra octo ānos nō ſunt mares ſeruādi, quia genus hoc languore ſterileſcit & ętate.

OPERATIONES.

Eſculapius. Capręcerebrū cū melle, carbūculos in uentre ſanat. Sepū eius omni morſui et leſuræ ſubuenit. Axungia q̄q; eiuſdem cū roſis mixta, puſtulas que in nocte graueſcūt tollit, hoc etiā auribus inſtillatū, ſurdos ſanat. Caſeus eius impoſitus, oēs pūctiones atq; dolores reprimit. Pili eius uſti fluxus omnes ſedāt.

Vngulæ eiuſdē uſtæ & cum pice liquida tritæ & illitæ, alopœciam curant. Lac eius bibitum artericum liberat, uermes occidit. Pruriginem & morſus ſanat.

Sanguis eius eadem facit: & uenenum bibitum extinguit. Ex li. de na. re. Cornu capræ aduſtum, ſi ante nares uere caduce teneat̃: ſtatim cadit. Auicen. Cornu capre aduſtum, & albificatum, dentes fortiter abſtergit, ſtringitq; gingiuā: & ſedat inflatæ gingiuæ dolorem. Pli.li.28. Capræ cornu uel pilis accenſis, fugari ſerpētes dicunt. Cinerēq; ex cornu potū, & illitum, ualere cōtra morſus eorum. Idē quoq; cinis ſudores inhibet. Sanguis capræ cum medulla decoctus, contra uenena toxica ſumitur. Idem etiam ſic datur diſſintericis, & auxiliatur hydropicis. Iecur capræ contra papilionem, qui luminibus aduolat proficit. Aſſum quoq; ciliacis ſubuenit: laudabiles quoq; ſunt medullæ hircinæ & caprinæ. Dioſ. Adeps caprinus ceteris magis eſt ſtipticus, paſcuarum cauſa: unde diſentericis cliſteribus miſcetur. Ius fellis eius etiam ptiſicis auxiliatur. Bibentibus quoq; cantarides ſubuenit. Fel caprinum adhibetur fiſtulis, cū ſucco porri. Adhibetur etiam medicaminibus uulnerum: & ea ſine tumore ſanat.

CAPVT 23.

Capreæ. Plinius. li.8. capreę trāſfigurātur in plurimas ſimilitudies. Sūt enim capreę: ſūt rupi capræ, ſunt ibices, ſūt et oryges, ſoli à quibuſdam dicti, contrario ueſtiti pilo & ad caput uerſo. Sunt & damæ & pygargi, & ſtrepſicerotes, multaq; alia haud diſſimilia. Sed illa alpes, hæc tranſmarini ſitus mittunt. Idem in lib.11. Natura cornua dedit ramoſa capreis ſed parua: nec decidua fecit. Huius animalis ſanguis non ſpiſſatur. Iſido. Capreas agreſtes creas dicunt quas greci: eo q; acutiſſime uideant, recte pandorcos appellauerunt. Morantur em̄

in

in excelſis mõtibus. Et quamuis de lõginquo ſint, uidẽt tamẽ oẽs qui ueniũt. Eędẽ & capreę, & ibices, quaſi auices: eo ꝙ inſtar auium ardua & excelſa teneant & inhabitẽt. Ita ut de ſublimi uix humanis obtutibus pateant, unde & meridiana pars ibices aues uocant: qui nili fluentis inhabitant. Hęc itaq; animalia in petris altiſſimis cõmorantur, ut ſi quãdo ferarum, uel hominum aduerſitates perſenſerint, de altiſſimis ſaxorum cacuminibus ſeſe precipitant: & in ſuis ſe cornibus illęſa ſuſcipiunt. Ex lib. de nat. re. Capra ſilueſtris quæ & capreola uel rupi capra dicitur: beſtia ſeua eſt in cõparem ſui generis. In alias autem beſtia timida ac manſueta nimis. Hec in inſula Creta, quando uulnerata eſt pulegium quęrit, quo comeſto, ſagitta de corpore exilit: uix autem capi poteſt quia celerrima eſt. Et cum à canibns premitur: ad montes altiſſimos cõfugit, plurima inter mares eſt diſcordia propter fœminas: & hoc tempore coitus.

OPERATIONES

1 Dioſc. Fimus caprarum ſilueſtrium cũ
2 uino bibitus, ictericos ſanat. Cum folio
ſpicanardi bibitus, menſtruis imperat.
3 Reliquos ſanguinis fluxus cũ aceto im
4 poſitus, abſtinet. Cõbuſtus & tritus cũ
aceto & oximelle, alopœcias ſanat.
5 Axungiæ mixtus, podagricis medeť.
6 Actor item de caprea hoc idem qđ ſup
ponit: licet ſub aliȷs uerbis.

CAPVT. 24.

Canis. Ariſtote. Canis ẽ animal iracũdũ, & applaudens hominibus, piloſum ſecũdum uniuerſum, ſicut porcus & urſus: habet dentes ſuperius et inferius, & uentrẽ unũ, ac poſt uentrem inteſtinũ. Multos habet fœtus: multaſq; fiſſuras in pedibus, et multas mammillas ſicut & porcus. Quinq; digitos habet ĩ pedibus anterioribus & quatuor in poſterioribus, ſicut leo & lupus. Fimum etiam habet ſiccum ſicut & lupus, ſplenem longum, ſicut homo & porcus, preterea ſomnus & uigilia, incrementum & corruptio, & uita & mors, cęteraq; accidẽtia ex ſenſibus, ſunt in canibus ſicut in equis & hominibus. Alexãder. Canis animal eſt immundum, rediens ad uomitum, iracundum, latratu horrendum, canem extraneum lacerans, oſſa corrodẽs: qui cum habuerit conſortium alterius canis, refugit. Solus autem nomen ſuum cognoſcit. Ex libro de naturis rerum. Canis eſt beſtia docibilis ad omnem ludum, dominũ ſuum diligit, & eius hoſpicium uigilando cuſtodit, noctuq; latratu nocentes prodit. Eſt etiam quoddam genus canum, qđ odoratu fures intelligit: & à ceteris hominibus implacabili odio diſcernit. Iſidor. Nihil autem ſagacius canibus, plus enim ſenſus cęteris animalibus habẽt. Nam ſoli nomina ſua cognoſcunt, recognoſcunt dominos ſuos & diligunt, & eorum tecta defendunt, pro dominis ſuis ſe morti obȷ̃ciunt, ſolitarie & uoluntarie cũ eis ad prędam currunt. Ambro. Canis eſt animal ſagax, quod ubi ueſtigium lupi uel leporis inuenerit, argumenta quędã ad eũ directa ſemita inſequendũ colligit, ad diuerticulũ ſemite uenit, ſingularũq; ſemitarũ exordia tacitus percunctať: ut per odorẽ cognoſcat in quã partẽ diuerterit. Huic etiã animali inſitũ ẽ naturaliter, impartitæ alimõiæ memoriã ſeruare, gratiãq; referre: ac ſollicitas excubias pro dñorum ſalute ꝑ tẽdere. Cũ enim infirmať canis: radicem alicuius herbæ comedit ad uomendũ. Phiſiologus. Canis cætera bruta ĩ tribus excellit: in diſcernẽdo, amãdo, ſeruiẽdo. Diſcernunt enim dñm ab extraneis, nec eos quos inſectať odit, ſed ꝑ eo quẽ amat zelat: et ex cõſcientia ſolliciti amoris inuigilat. Mos eius eſt cũ paſtore alludere, gregẽ noſſe, inſidiantes feras perſequi: ſoli huic a natura inſitum eſt, uoluntarie ad quod præparať

 ingeri:

ingeri: & ꝑ quandē obedientię formulam ſola diſciplinati timoris expectatione ſuſpendi, donec ad peragendi licentiā ſigno mittatur. Canum autem genera ſunt plura. Alij enim ad capiendum feras ſiluarum inueſtigant, Alij uolucres. Alij uero greges. Alij domos cuſtodiunt. Ex li. de naturis rerum. Tria ſunt genera canū Horum nobiliſſimi ſunt leporarij, alias leuerarij, quibus forma elegantior, & ad curſum celerior aptiorꝙ uenatui. Hi pectore ualentes ſunt, latratus edere neſciūt & niſi producantur ad curſum, intra domum ſe continent. Alij ſunt apti uenatui longis auribus ac dependentibus, hi odore & importunis latratibus beſtiam inſequuntur. Item canes maſculi, non facile lędunt canes feminas. Et ita fit in pluribus generibus beſtiarum. In omni autem genere animalium maſculi plus feminis uiuunt, exceptis leuerarijs, in quibus accidit cōtrariū, Ariſt. Leuerarij q̄ppe uiuūt ānis ferè decem, leuerarię duodecim, In leuerariorū quidē genere plus uiuūt feminę maribus, ꝓpter laborem ipſorū maſculorum. In alijs autē plus uiuūt mares feminis. Itē canes feminę cū applicant ad ætatē coitus habent ſigna ſicut homo q̄m earū mamillę intumeſcūt, & inuenit in eorū pectore cartilago, ſed hoc diffile eſt cognoſcere, niſi exercitato, maribꝰ autē non accidit hoc ſed in maiori parte crus eleuant in mingēdo: & hoc nō niſi pꝰ ſex uel octo mēſes faciūt & uniuerſalit, poſtꝙ rigeſcunt. Omnes autē feminę ſedent quando mingunt. In canibus feminis, lac inuenit ad quinꝙ dies ante partū: & in quibuſdā per ſeptem Eſtꝙ lac caninum ſpiſſius omni lacte: pręter quā porcorum ac leporum.

OPERATIONES.

1 Eſculapius. Canis ſanguis potatus tremuloſos liberat.

2 Caput eius uſtum, tritum & pulueriza tum, uel eius caro neruoſa, & ficus, morſus canis ſi bibatur ſanat. Puluis dentiū eius, dolores dentium & gingiuas curat.

3 Cor eius potatum, canes a latratu detinet. Fel eius cum melle, curat oculos. Lac eius bibitum, pilos & capillos creſcere ſinit.

Cum melle uł uino datū, mox fetū mortuum eijcit. 4

Dens ex eo tactus, cito omittitur: & cicatrices oculorum extenuat. Adeps eius podagram & aurium dolorē ſanat. 5

Auicen. Sanguis canis, ꝓhibet ortū pilorum euulſorum: ut ſcripſit Galen. Vrina quoꝙ canis adminiſtrať ſuper uerrucā. 6

Dioſcor. Lac primi partus canis, capillorum ortus amputat: & in utero infantes excludit. Lociū caninū addito nitro & medicamē factum, lepras & prurigines tollit. 7

Fimus caninus in canicularibus diebꝰ collectus & ſiccus, bibitus uentrem abſtinet cū uino. Albus uero fimus eiuſdem, arcuato morbo medetur. 8

Plinius libro. 29. Sangnine canino nihil præſtantius contra toxica putant. Canino felle cum melle, curabat Appolonius oculorum ſuffuſiones. 9

Item albugines canini lactis inſtillatio dolorem & grauitatē auriū ſedat. Adipe canino lendes à capillis tolluntur. 10

Idem libro 30. Canina cutis cuilibet digito circundata diſtillationes ſedat. Fel caninum podagricis confert penna illitum. Verrucas omnium generum ſanat urina canis recens illita fimiꝙ cinis cum cera. 11

Canis lingua medicinalis eſt: lambendoꝙ ſua uulnera uel aliena ſanat q̄ ſi uulnus proprium attingere lingua nō poſſit pedē lambit & ſaliue medicamine delinitum ad uulnus apponit: certus de medicamine q̄d lingue ſue natura indidit. 12

Auicenna, Aqua caſei canes impinguat ualde & nutrit eos bene. 13

Canis cecus naſcitur lunaticus eſt odoratu multum uiget: dētes habet acutos & os fiſſum: ualde mordet & lingit: non ruminat ſed rodit, ad uomitum redit priuſꝙ recubet lectum circuit: boliſmum patitur id eſt rabidam famem. 14

CAPVT. 25.

Cattus

Cattus & Cathaplepa. Iſid. Cattus id eſt ingenioſus á greco uenit, muſio eſt appellatus: eo ꝙ muribus infeſtus ſit, hunc uulgus captū, à captura uocant. Dicunt alij ꝙ captat id eſt uidet, tā eñ acute cernit, ut fulgure luminis noctis tenebras ſupet. Alber. Cattus eſt aīal à capiendo dictū: muribus eñ infeſtus. Et dicitur moribus eſſe uerecūdū et pulchritudinis amatiuū. Habet aūt colorem griſeum glauci ſortitur cōgelare ſimilem, habet eñ colorem hunc naturalē. Et alias habet ex accidentali cibi, & precipue q̄ domeſticus eſt, eſt aūt mordax ualde, in multis ſimile leoni, unguibus, et dentibus armaṫ ſicut leo, & intrahit et emittit ungues ſicut leo. Carnē aūt habet laxā et mollē

OPERATIONES.

1 Auicen. Ex catti morſu quandoq; acci
dit dolor uehemens, & uiriditas in corpe:
2 & curatio eius eſt curatio cōmunis. Iu-
uatur aūt cū emplaſtro cepe, uel calamēti
3 ſilueſtris. Razi. Catti ſilueſtres ex fumo
rute & amigdalarum amarum fugiunt.
4 Haly. Carnes catti calidæ ſunt & ſiccę:
medētur emorroidarū doloribus. Renes
calefaciunt, dorſi doloribus proſunt.
5 Eſculapius. Stercus catti uel cattæ cum
6 ſinapi & aceto alopœciā curat. Catha-
plepa appellatur fera modica & iners, iuxta fontem Tygrim, qui eſt apud heſperios Aethiopes (ut pleriq; eſtimauere) Niſi caput. Fera hęc cęteris quoq; mēbris iners caput tm̄ pregraue, egre fert quod deiectū ſemper in terrā. Alias in tremore eſt humani generis omnibus: qui oculos eius uiderint confeſtim expirantibus. Eadem & baſiliſci ſerpentis eſt uis.

Solinus. Iuxta fluuium Tygrim naſcitur cathaplepa: modica & iners beſtia peſtilenti aſpectu figura fere catti.

CAPVT. 26.

Caccꝰ. Ex li. de nat. re. Caccus ē mōſtrum in Archadia, totū ſetoſum ut porcus Et ut ſcribit Adelinus philoſophus. Anhelitu ſuo pectore flammas eructat id eſt ſpiritum flammineum, maxima cum ira furit per motum. Hic in antris ſuper Tyberim commoraṫ: & inuadit ſubito taurorum & uaccorum greges p caudas tres uel quatuor apprehēdens: ut ui ſuæ fortitudinis in antrum occulte trahēs, greſſu retro grado ſcilicet de facili poſſit inueſtigari. Nec ſolum animalibus eſt infeſtus: ſed buboni grauiſſime inſidiatur. cum tamen ipſum hominē plurimū timeat. Si queritur, quomodo de animalis ore flāma poſſit euomi tam efficax, ut proxime contacta comburat: et nō ipm corpus animalis flāma tali obſumaṫ. Reſponderi poteſt, quia cum anhelitus adhuc in uiſceribus animalis, per mēbra uaria late diffuſus eſt, tepidus manet uſq; quo non exuberatur in flammas. Sed eructuatus continuatur, ac multiplicatur in obiectum aliquod corpus, uirtutemq; recipit comburendi: ſicut uidemus per medium berilli lumen ſolis multiplicare radios, & in ſummo mucronis acumine radiorū ignis, uirtutem in ſubiectam materiam ſuſcipere, ignemq; effici uiolentum. Huic animali ſimilia fuerunt illa de q̄bus in libro Sapientiæ legitur, ꝙ ignis ex ore ſuo ſpirabant. De cacco dicit Virgilius 8. libro Eneidos. Semi hominis facies huic monſtro. Vulcanus erat pater illius

atros ore fomens ignes magna ſemole ſerebat, terribiles oculos uilloſaq; ſetis pectora ſenuſeri, huius cacci mens effera quatuor a ſtabulis preſtante corpore thauros auertit, totidem forma ſuperante iuuencas: atq; hos ne qua forēt pedibus ueſtigia rectis: cauda in ſpeluncam tractos uerſiſq; uiarum: indicijs raptos ſaxo occultabat opaco. Hunc Caccum propter furata ſibi pecora, Hercules interfecit ut ibi Virgilius in longum proſequitur.

CAPVT. 27.

CAmelus. Ex lib. de nat. rerū. Camelus ē animal deforme, gibboſū, habēs collum longum, crura poplexa, lentū inceſſum & dū graditur nūq; pedes atterit: immundū aīal ſecundum legem, quoniam ungulā quidem habet: ſed non diuidit eam. Cum aūt onerandi ſunt: paululum ſuper genua percutiuntur, & ſtatim ad onera flexis ceruicibus inclinantur, aquas puras refugiunt, lutulētas bibunt, & hoc gratia nutrimenti. Omē enim elementum, quanto plus cōmixtum eſt alijs: tanto plus nutrit, & ecōtrario. Irati cameli ſtrident horribiliter. His etiam rabies accidit & podagra de quibus facile moriuntur: non autē ungulas eijciūt, ſed uehementiſſimo dolore grauaṫ quando duras et laborioſas uias incedunt: non enim in pedibus habēt de forti corio ſotulares. Ordeum cito tranſglutientes reſeruant: ut rurſum ruminādo tota nocte mā ducent, alij compatientes abſtineant. Illi q recti cameli dicuntur: unum tamen habēt in dorſo gibbū. Eſt aūt & aliud genus eorum quos dromedarios uocant, curſu mirabili uigentes, & bina tubera in dorſo habentes. Ariſtot. Cameli ſunt ſicut animalia cornuta, quia uentres eis ſunt, ſicut habentiū cornua: & quia cibus illius ſpinoſus eſt: neceſſario fuit eius lingua carnoſa propter duriciē palati. Natura ergo utitur palato, ſicut parte dentiū terreſtri. Camelus nō habet fel diſtinctum, ſed uenas paruas in quibus eſt fel. Solinus. Camelorum fœminæ ad bella preparantur: putāt q; ualidiores eas fieri, ſi caſtratione à coitibus arceātur Camelæ cum homines eis utuntur ad preliandum, caſtrantur, quia tunc non impiguantur. In locis quidē altiſſimis habitantes: tria milia camelorū habent homines, currētium uelocius quam equus, & hoc non accidit eis niſi propter amplitudinem paſſus.

Vegetius de re militari lib. 3. Camelos apud ueteres aliquantulæ nationes in aciē produxerunt. Sed hoc genus animalium, arenis quidem tolerabile ſic aptum: nam confuſas etiam in puluere uento uias, abſq; errore dirigere memoratur. Cęterū praeter nouitatem hoc ſi utiuideatur, inefficax bello eſt. Item camelorum mares, habent uirgas ad poſteriorem partem, unde auerſi coeunt. Sunt autem uirgæ neruoſæ ac duræ, unde ex eis arcuum corde fiunt. Coitus tēpore ſolitudines aut ſecreta petunt. Item camelus eſt ualde malus tempore coitus. Et ſi quod animal, uel homo tēpore hoc appropinquauerit ad eum, ledit ipſum. Coit autem poſt triennium, tempore luxurie ſolitarius eſt cum femina, ferus ac ſilueſtris, & coeundo per totam diem equitat. Sed cum alias luxurioſus ſit, erga matrem tamen continēs eſt. Vnde in quadam ciuitate cooperiebitur camelæ caput ut eius pullus ſuper eam ſaltaret, qui cooperto matris capite ſup eā ſaltauit: et cooperimento ſublato matrem agnoſcēs, turpitudinis opere quod ceperat intercepto, deſcendit, ipſumq; ingeniatorem mordēs interficit. Camela pregnans eſt per annū: poſt partum quoq; quieſcit à coitu per annum unum, tantum filium facit, ſicut elephas, equus, & omne animal habens ſoleas. Cameli uiuunt centum annis. Cameli patiuntur ſitim per quatriduum, & poſtea bibunt multum, huic animali natura dementi,

dit magnitudinem corporis in modum iumenti, ſicut & elephanti. Animal quoq;, cuius cibus ex eſt materia lignea & ſpinoſa multos habet uentres: & in hoc genere eſt camelus.

OPERATIONES.

1 Auicenna. Caro cameli prouocat uri-
nam Adeps, qui eſt in gibbo cameli, ſuffu
migatus confert hemorroidibus. Cameli
cerebrum exiccatum, et cum aceto bibitū,
confert epilentiæ, ad idem ualet eius ſan-
2 guis. Qui etiam ſiccatus & frixus, reti-
net fluxum: cum uino quoq; bibitus, ſagit
tæ armene nocumento confert, poſt pur-
gationem uero menſtruorum potatum, iu
uat ad impregnationem: & confert prouo
cationi matricis.

3 Idem. Lac camelarum fetarum eſt ſubtilæ, & ualde aquoſum, nec facit opilatiões (ſicut cętera) propter paucitatem caſeitatis abſterſionis aquęitatis illius.

4 In ipſo eſt ſalſedo, quia cameli diligūt acetoſum, & hoc eſt melius lac. Dicitur autem ꝙ eſt uehementis tarditatis in ſtomacho, & in ſuperioribus uentris. Ex ipſo non timetur ſordicies ſicut ex cęteris, niſi raro.

5 Vrina cameli confert hydropiſi, & uehementer fœtori narium. Et aperit opilationes colatorij cum uirtute uehemēti, ablutione ex ea facta confert furfuribus.

6 Dioſcori. Fimus camelinus albus cum melle tritus & impoſitus, tumores reprimit: & uulnera deſiccata permundat.

7 Haly. Sanguis cameli fricatus, diſenteriæ prodeſt: & ſolutioni chronicę potuiq; ueneni lac cameli prodeſt: corruptioni cōplexionis, augetq; uentrem.

8 Plinius. Stercus cameli mundificat & deſtruit uerrucas: abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus & quando bibitur cum medicinis, epilentiæ confert.

9 Item reſoluit bothor & ulcera, ſcrofulas quoq; fortiter. etc̄.

CAPVT. 18.

CAmeleon. Iſi. Cameleō nō habet unum colorem, ſed diuerſa uarietate cōſperſus eſt, ut pard⁹, huius cameleōtis corpuſculū ad colores quos uidet faciliſima conuerſione uariatur, cum aliorum animalium non ſit ad cōuerſionē facilis corpulentia. Rudolphus ſuper Leuiticum. Cameleon in infirmitate manſuetū eſſe ſe fingit: cū alias ſit immāſuetum animal. Glo. ſup Leuiticum. Cameleon eſt natū ad deridēdum, doloſum, rapax, ingluuioſum: et ideo ſecundū legē immundū. Amb. Cameleon diuerſas ſpecies coloris uario fertur mentiri. Ariſt. Cameleon eſt animal ualde timoroſum, propter qđ in multos colores mutatur. Cauſa uero timoris eius paucitas ē ſanguinis & caloris, unde etiam ualde macer eſt: & uocat̄ leo terræ. Huius facies eſt ſicut animalis ex porco et ſimia cōpoſiti. Vngulas habet ſimiles uncis ſeu auiū ungulis. Alteratio coloris fit, qn̄ coriū eius inſufflat̄, manet in cauernis ſicut lacertul⁹. Soli. Cameleō per oēm Aſiam eſt plurimus. Animal ſcilicet q̄drupes: facieq; lacertæ: niſi crura recta & lōgiora uētri iūgerent̄, ꝑlixa cauda, eadēq; in uertiginē torta, hamati ungues, ſubtiliq; idōeitate. Inceſſus uero piger, et idem fere q teſtudinum motus. Corpus aſperū cute, qualē ex crocodilis deꝓhendimus, ſubducti oculi et receſſo concauo introrſū recepti: q̄s nūq; in taxiōe obnubit.

OPERATIONES.

Pli. Cameleon quoq; multa in ſe fert̄ ha 1
bere utilia medicinæ. Caput eius & gut-
tur ſi roboreis lignis accendantur, imbriū
ac tonitruum cōcurſus facere democritus
narrat. Item iecur in tegulis uſtum. 2

Reliqua ad ueneficia partinẽtia que dicit
quamq̃ falſa eſtimantes obmittemus pre-
3 terq̃ in riſu coarguentium. Oculo eius
dextro ſi uiuenti eruatur, albugines cum
lacte caprino tollũtur, lingua quoq̃ ad al-
4 ligata, pericula puerperij. Eundem ſalu
tarem eſſe parturientibus circa domum.
5 Cor eius aduerſus quartanam eſt profi
cuum, lana nigra primæ tonſuræ illigatũ.
6 Pes prior dexter in pelle hienæ adalli-
gatus brachio ſiniſtro: dicitur prodeſſe cõ
7 tra latrocinia, terroreſq̃ nocturnos. Itẽ
dextram mãmillam cõtra formidines pa-
8 uoreſq̃. Sed et pedem eius ſiniſtrum in
furno torreri cum herba eiuſdẽ nominis,
addito ungento paſtillis factis inde (ſi cre
dimus) fertur hominem inuiſibilem face-
9 re. Eius felle glaucomata & ſuffuſiones
corrigi creditur proprie tridui unctione,
creditur eo lienibus inſtillato ſerpentes ſe
perari: & ad alia multa.

CAPVT. 29.

CAmelopardus. Iſidorus. Camelopardꝰ eſt dictus, eo q̃ cum ſit ut pardus albis maculis ſuꝑ aſperſus, collo eq̃ ſimilis, pedibus bubulis, capite tamẽ camelo ſimilis eſt. Hũc Aethiopia gignit. Pli lib. 8. Camelorũ aliqua ſimilitudo in duo transfertur animalia. Nabuna ſiquidem Aethiopes uocant beſtiam collo ſimilem equo: pedibus & cruribus boui, capite camelo, albis maculis colorem rutilum diſtinguentibus. Vñ & camelopardalis appellata eſt. Hęc primum quidem dictatoris Ceſaris Circenſibus ludis Romę uiſa eſt. Ex eo ſubinde cernitur aſpectu magis q̃ feritate cõſpicua, qua ꝓpter et ouis ueræ nomẽ inuenit.

CAPVT. 30.

CApreolus. Auicen. Capreolus ẽ animal in India: ſimilis hinnulo ſiue ceruorũ filio, qui apud nos etiam nõ mutāt dẽtes. Et q̃ñ eius dentes ſunt magni, ſignant uitæ diuturnitatem in eis, & habet oculos acutos. Ariſtot. li. 13. Capreoli ſilueſtres habent ſapientiam, quando uulnerantur, quęrũt pulegium ceruinum, & comedunt ipſum, ut extrahãt ſagittas a corpore, ſi quæ in ipſis ſunt in fixæ, ex uelocitate motus, & aſſiduitate diſcurſus. Caro capreoli a ſuperfluo humido exoneratur, et eius caro tenerior, & digeſtibilior efficitur, & ſaporis ac odoris eius grauitas amputatur. Ariſtot. Paſtus gratia de locis altis ad altiora tendit, et inter herbas ſalubres & noxias, odore dijudicat & diſcernit. Ruminat cibos, et ungulam findit. Non ungue, non cornu, non dente, ſed ſola uelocitate fugæ a canibus uenatorũ inſulſis ſe defendit. Vnde quando in campeſtribus perſequitur, ad montana fugiens alta petit. In montibus Indiæ ſunt quidam capreoli, qui ab herbis aromaticis & odoriferis paſcũtur: in quorum unguibus ſunt quędam cõcauitates, in quibus humores quidam ad apoſtemata colligũtur, que primo ad maturitatem, & motum, & confricatiõem rũpuntur, & a corpore cum piloſis folliculis abſtrahũtur, & ſubſtantia quæ infra pelliculam cõtinetur, ſumme eſt odorifera: & inter aromatica maxime precioſa, in medicinis plurimum utilis & uirtuoſa, & uult Dioſc. & Platea. Et aliqui dicũt illud, muſcum uulgariter appellatum.

CAPVT. 31.

CAſtor, eſt anial admodũ canis põtici, longũ ſcilicet & gracile, dẽtes habet acutiſſimos, pellẽ delicatam ac nobilem, quę quanto nigrior eſt, tanto precioſior: colores in pilis habet uelut Daxus: ſed pili ſubtiles ſunt, et pulchri. Non poteſt diu ſuſtineri uel ſubſiſtere niſi caudam in aqua teneat, quam habet utiq; piſcium caudę ſimilem: ſaporemq; eius & ſpeciẽ. Vnde & a Chriſtianis in ieiunio cõmeditur, pars enĩ caudę ipſius edibilis eſt, reſiduũ autem eius eſt caro. Ipſaq; cauda lõgitudinis cubitalis eſt, pinguedinẽ multã habẽs. Pedes aũt poſteriores habet ut Anſer. Anteriores aũt ut canis. Hec enim illi natura parauit, ut & poſterioribus uelut auis in aqua nataret, & anterioribus in terra ſicut quadrupes ambularet.

Ex libro de naturis rerũ. Caſtores, ut dicit experimentator in grege uiuunt, & ſimul ad ſiluas pergũt. Lignaq; dẽtibus abſcindentes ad cauernas ſuas ea miro modo referunt. Vnum ex caſtoribus ꝓ uehiculo reſupinatũ pedibus eleuatis in terrã ꝓijciũt, & inter crura eius abſciſa artificio ſe cõponunt: & ſic eum trahẽtes cauda ad ꝓpria tecta deducunt, uerum iniuriam talem non faciunt his, qui inter illos educati ſunt, ſed illis q de alienis partibus ad ſe uenerũt. Hos eñ in ſeruitutem ſub certa cuſtodia redigunt. Aliorum tñ opinio eſt ꝙ hoc illis faciãt, q ſenectuti laborbiusq; cõfecti, dentes obtuſos habent, & q ligna ſecari non ualent. Tales enim in ſeruitutem redactos, per aſſumptionem pilorum in dorſo uenatores agnoſcunt: eoſq; pietate commoti illeſos abire permittunt. In duplices autem uſus ligna ſecta habent. Nam & corticem cõmedunt, & ex lignis babitacula ualde artificioſa faciũt. Amaris qdem arborũ folijs, & corticibus, Caſtor ꝓ ſummis delicijs ueſcit̃, unde & tota eius caro, et ſi bono, tñ amaro odore ꝑfundit̃ Phiſiologus. Caſtor cũ eñ uenator ꝓſequitur, abſciſos teſticulos ante faciẽ eius ꝓijcit, & uenator habens quod ab eo cupiebat ultra non ſequitur. Si aũt alius uenator eum ſequat̃, erigit ſe et oſtendit uirilia ſe non habere, & ſic euadit. Eſt aũt animal manſuetũ nimis. Ex li. de na. re. Hui⁹ animalis uenatio fit hoc modo. Canis ad hoc inſtructus in aquã ꝓijcitur, qui ad foramen manſionis illius ꝑueniens, ingredit̃, nec cedit caſtor morſibus, donec a uenatoribus artificioſa illa mãſio refringat̃.

OPERATIONES.

Plato Caſtoris teſticuli abſciſſi, in um- 1
broſo loco ſuſpenſi deſiccantur, & in uſũ
medicinę reſeruẽt̃, et dicũt̃ caſtoreũ. Bo- 2
nũ aũt caſtoreũ. i. nõ ſophiſticatũ, habet
ſaporẽ mediocriter acutũ: Glutinoſũ eſt,
& ſaporẽ habet multũ horribilẽ, neruos
intricatos, & pelliculis adherentes, ꝑ annos ſex in magna efficatia ſeruari poteſt.
Melius tñ eſt q̃ recẽtius. In medicinis ponitur abiecta pellicula exteriori. Virtutẽ
habet diſſoluendi, attrahendi, & maxime
neruoſa loca confortandi.

Contra epilentiã, & alias frigidas paſſi 3
ones capitis datur caſtoreũ cum ſucco rutę in potu uel decoctionis eius uino,

Contra paralyſim linguepuluis eius 4
ſub lingua ponitur, donec ꝑ ſe reſoluatur,
& cõſumatur. Contra paralyſim totius
corporis dat̃ uinum decoctionis eius et ru 5
tę, & saluię. Cõtra letargiã ꝓuocat̃ ſter- 6
nutatio ex caſtoreo: cerebrũ cõmouet, &
cõfortat. Dioſ. Caſtoreũ teſticuli ſunt
animalis, quod Caſtor dicitur, & ſępe a- 7
quaticam, ſepe uero terrenam ſuſtinet uitam. Optimum eſt ponticum, ſi inte-
rius cereum & obſtruſum membranulis 8
naturalibus. Quidam autem teſticulos
adulterantes, immittunt ueſicis cũ armoniaci gutta ſanguine caſtoris conſperſa.

Eligendi ſunt ergo qui iuncti ſunt ex 9
una radice ſibi coherẽtes, pleni, incidi, fragiles ipſis folliculis ſe tracti⁹ ſeparantes'

10 Caleſcit autem caſtoreum, et deſiccat, & attenuat. Illis ergo qui ex plenitudine ſpaſmum patiuntur, aut tremorē neruorꝫ utiliſſimum eſt. Quibus aūt hoc cōtingit ex inanitate uel ſiccitate cōtrarium.

11 Vitia quoqꝫ pulmōis emēdat. Et humidū frigidi cerebri humorē cum pulegio, cum uino bibitum inflationes tollit.

12 Torſionibus medetur, potiones uenenatas nocere non ſinit, litargicis ſingulare preſidium eſt.

13 Tremori & contractionibus, & oībus neruorꝫ cauſis delitum & unctū medet̃.

14 Virtus em̄ ei termantica eſt, et recorporatiua mixtū malacinatibus, & acopis paraliticis ſeu ſciaticis, & his ſīlib⁹ ſubuenit

15 Auicen̄. Caſtoreum confert obliuioni & letargię cum aceto & oleo roſaceo, ſurdidatiqꝫ frigidę, ac uentoſitati in aure diſſolutū in oleo nardino.

16 Attractio per nares ex fumigatione ipſius, confert apoſtematibus pulmonis, et infirmitatibus eius. Bibitur cū aceto ꝓpter ſingultum, et facit ſitim.

17 Delet dolorem uentris pungitiuū, cum aceto bibitum: uentoſitatem reſoluit. Mēſtrua ꝓuocat. Secundinā et fœtō extrahit

18 Confert morſui paruorꝫ uenenatorū, & quod ex eo declinat ad nigredinem, eſt uenenum, ita quod interficit quandoqꝫ in una die.

19 Fel caſtoris ad multa utile eſt. Eius quoqꝫ coagulum ſedat morbum caducum.

CAPVT. 32.

CHama. Alb. in libro de natu. animaliū. Chama eſt beſtia alio noīe rufiuus dicta in Aethiopia. Eſt autem ad modū lupi in figura maculis albis ut pardus ꝑ totū reſperſa ludis apta, eo qḋ diſciplinę multū eſt ꝑceptibilis. Et in hoc cōuenit cū natura canis.

CAPVT. 33.

CAlopus. Al. in li. de na. anima. Calopus dicit̃ eſſe aīal, iuxta Eufratē habitans, et de Eufrate ꝑpter aquę frigiditatē bibēs. Aſtutū et uelox eſſe dicit̃, ita ut uenator ipſi appropinquare non poſſit. Cornua geſtat longa ſerrę modum pretendētia: quibus et arbores deiĳcere dicit̃: ſed uirgulta ante repulſum cornuū ſuorꝫ tendētia frangere non pōt, licet ad hoc ſepe nitatur: et ideo in eis frequenter inuolutis cornibus cum captum tenetur, dentib⁹ ſtridet, & audito ſtridore à uenatore capitur.

CAPVT. 34.

CEru⁹. ex libro de naturis rerꝫ Ceruus ē aīal uelocitate mirabili, frōtē habens ramoſis cornibus aſperatā, Quorum creatio fit ſi biennis fuerit, tunc uſqꝫ ad ſex annos pro ætate ramos augēt: deinde numeroſiora fieri nō pn̄t, ſed maiora. Solū hoc animal cornua mutat, & ſupra modum gloriatur. Habet unū uermē in capite, qui eā ferè uexat aſſidue

due. Sed et omne animal, et ipſe homo, uermem habet ſub lingua, Ariſto. Ceruus eſt animal ſapiens, de quo etiam oppinantur quod inter animalia quadrupedia diſcretius ſit. Idem. Ceruus eſt animal timidum, cornua quidē habens, et fiſſuram in ungulis, dētes ei⁹ declināt ad inferius: habet quattuor dētes: in una parte oris, et in alia quattuor per quos mollit. Habet etiā duos magnos alios, qui ſunt in maſculo maiores, et in femina minores. Vox maſculi groſſior eſt, & altior quam feminę. Maſculus uociferat multū tempore coitus, et femina quando timet. Ceruus itaque (ſicut & cętera magni cordis animalia) timidus eſt, uocem uulpium timet. In ſibilo aūt & cantu delectat. Itaque ſibilantem & cantantē ſequit, et alius eum occidit. Vn̄ cum aures erectas habet inſidias ſubſequentis aduertit: poſtquam uero dimiſerit, non aduertit. Itē cerui pugnant, & uictus obedit uictori obedientia forti. Cum aūt impregnat ceruus, latet propter uenatores. Intęſtina cerui ualde fœtida ſunt, unde non cōmedunt à canibus: niſi ſint ualde famelici. Phiſiologus. Ceruus ubi ſerpentē agnouerit eſſe, implet os ſuum aqua, effunditque in foramē, deiñ cū quadam oris ſui ſpiramine ſerpentes foras attrahit, et pedibus ſuis cōculcans ipſum interficit. Ceruorum aūt duo ſunt gña, unū quod, ut inuenerit ſerpentē in cauerna ubi latitat, flatum īmittit ut exeat, & egredientis collū percutiens hinc & inde occidit eum, & deuorat. Poſtea uero, propter tumorem ad aquas puriſſimas currit, ac ueneuū euomit. Sed inter hunc tumorē pilos mutat, et cornua abijcit. Aliud eſt genus, quod ſi ſerpentē inuenerit occidit, et poſt uictoriam ad montē ubi pabulum inueniat tendit. Amb. Ceruus cum non dū habet cornua, tamen fronte pręludit, et ea que nondum expertus eſt tela minatur. Ceruus quando ęgrotat, ramuſculos oleę commedit, et ſanus fit. Ari. Ceruus (ut dictum eſt) maſculus uociferatur multum tempore coitus, cerua non poteſt coitum pati, propter duritiem uirgę maris, recipit autem fugiendo. Cerua paritura prius dragonteā cōmedit, cum uero parit, ſubito commedit ſecundinam antequam cadit ad terram. et eius eſt ſecundina nenenum.

OPERATIONES.

Phiſiologus. Ceruorum lachrimę collectę & oſſa inuenta in corde ipſorum apta ſunt potui, cordis pulſu laborantibus. 1

Plate. In corde cerui repit quoddā os in ſiniſtra parte, in qua eſt quędā cōcauitas, ad quem ſplen habet reſpiraculū, et emittit ſuperfluitatem, quę ibi propria ſiccitate in ſubſtātiam mutatur oſſuoſam. Illud eſt de ſanguine cordis ſubrufū, habet uirtutem depurādi fumum melancolicum. 2

Datur & contra cardias, & ſincopin, et cōtra emorroidas, 3

Eſculapius. Si quis in coreo cerui uoluitur: ſerpētes nō timet. Medulla quoque cerui dolores ſedat. 4

Haly. Coagulum cerui cōtra potum cicutę & fungorū eſum prodeſt. Vrina cerui ſplenis dolorem adiuuat. Ventoſitati ſtomachi & inteſtinorum, prodeſt. Auribus inſtillata, medetur earum ulceribus. 5

Auiceñ. in. 4. Can. Extremitates caudę cerui, uenenum eſt, et ipſam bibenti accidit anguſtia uehemēs, & ſincopis & mors Sed cura eius eſt, ut euomat cū butyro & aneto: deinde in potu dētur auellanę & fiſtici cōfecta ſimul. 6

Plini. lib. 28. Pulmo ceruinus cum gula ſub arefactus in fumo, deinde tuſus ex melle tuſſim ſanat. Coagulum cerui ex aceto, ſanguinem ſiſtit. Hiñuli uero coagulum matris utero execti, ſummis pręfert remedijs. 7

Plinius dicit. Cornu cerui uſti nidor, comitialem morbum ſiue caducū deprę hendit. Eiuſdem cornu cinis, illitus ex aceto uel roſaceo, dolorem capitis ſedat. 8

Idem cinis dētes mobiles fricando uel colluēdo cōfirmat, eorumque dolores mitigat. 9

Idem quoque ualet crudi cornu farina. 10
Item cinis prędictus reumatiſmos ſanat, & ſanguis excreatiōes curat.

Tinearum quoque genera, id eſt, fermes pellit potatus. Regio morbo prodeſt, potatus ex uino. 11

Solinus. Ex cornibus autem cerui, dextrū efficatius eſt ad medelā, Actor. Quia 12

uero cornu dextrũ (ut dictum eſt) ad medelam efficatius eſt, ideo dicit Plinius, ꝙ ceruus hoc bono ſuo inuidẽs, homini cornu dextrum abſcondit, ne queat inueniri: Idem quoq; dicit liber de naturis reꝝ.

Ariſto. uero dicit eum abſcondere cornu ſiniſtrum, tanꝗ in eo ſit aliquod iuuamentum.

CAPVT T.

CEruleus. Actor (ut aiũt) Solinꝰ & ſtaciꝰ Seboſus. Vermis ẽ mirabilis in Gãge fluuio abundans, habet brachia bina lõgitudinis ſex cubitorum, quibus etiam elephantem corripit, undiſq; ſubmergit. Sed q̃m hic uermis ingens ac mõſtruoſus eſt, & aquaticus, atq; inferius eum poſuimus inter monſtra aquatica, uidelicet in tractatu de piſcibus, de illo plenius dicemus.

CAPVT.

CEcula. Celidros & Cẽchrus. Iſido. Cecula dicta eſt, eo ꝙ parua ſit & non habet oculos. Celidros ſerpens eſt, q & cherſidros et in terris & in aqs morať. Nã cerſi greci dicũt terrã, ydros aquã. Hic terrã per quam graditur fumare facit, quã Macer ſic deſcribit: ſeu terga expirãt ſpumãtia uirus ſeu terra fumat: qua theter labiť anguis. Et Lucanus. Tractiq; uia fumare chelidri: ſemper autem directus ambulat nam ſi torſerit ſe dũ currit, ſtatim crepat. Solinus. Chalabria chelidris frequentiſſima boum quoq; gignit. Iſi. Chẽchris ſerpens inflexuoſus eſt, qui ſemper rectũ efficit iter. De quo Lucanus. Et ſemper recto lapſurus limite Chenchris.

CAPVT.

CEraſtes. Ex li. de na. rerũ. Ceraſtes ſerpẽs ẽ octo cornua in capite habens ex quibꝰ fieri ſolẽt manubria cultellorũ ad mẽſas imperatorum: quia ſudore prodũt uenenum appoſitum. Solinus. Ceraſtes dictus eſt: eo ꝙ habeat cornua arietum ſimilia. Ceraſti enim greci cornua uocant: ſũt autem huic quadrigemina cornicula: quorum oſtentatione uelut eſca illiciẽs ſolicita animalia perimit. Totum enim corpus arenis tegit: nec ullum indicium ſibi prebet, niſi ex illa parte qua iuitatas aues uel animalia capit. Eſt autem flẽxuoſus plus ꝗ alij ſerpentes, ita ut ſpinam non habere uideatur. Auicen̄. Cornuta eſt genus ſerpentum ſurdorum: cuius lõgitudo eſt ab uno cubito uſq; ad duos, et ſuper caput eius ſunt duę eminentię, quaſi duo cornua. Color corporis eius eſt cineritius, & uenter eius ſicut ſquamę ſiccę durę. quę ſtrident ſuper terram cum ſtrepitu. Dentes eius ſunt ęquales non recurui: plurimum autem manſio eius eſt in locis arenoſis.

In locis quidem morſus eius ſentiuntur, quaſi acus aut claui infixi in eis. Et dixerunt ꝙ continuatur eius corpori grauitas maxima

maxima:et eius labia inflantur,et accidũt ei uertigo & tenebroſitas occulorum. & deſtruitur ratio.

OPERATIONES.

Curę autem eius appropriatur,ut ſemẽ raphani cum uino in potu detur.

CAPVT. 38.

Cephos & centrocata. Plin. libro. 8. Cephos Aethiopia mittit, quorũ pedes, poſteriores humanis pedibus et cruribꝰ ſunt ſimiles. Hoc animal roma poſtea non uidit, niſi ludis Pompei. Solinus. Tempore dictatoris Cæſaris, monſtra Romę uiſa ſunt, quę cephos dicuntur. Horum poſteriores pedes crurę ac ueſtigio humanos mentiuntur arcus: priores hominum manus. Phiſiologus. Centrocota eſt quę beſtias uniuerſas pręcedit, huius corpus aſini, pectus & crura leonis ſimilitudinem habent, oris hiatum uſq; ad aures uaſtum, imitatur autem hominis uocem. Plinius libro. 8. Crocutas Aethiopia inter alia monſtra generat uelut, ex cane lupoq; cõceptos, omnia dentibus frangentes, protinuſq; deuorata uentre conficientes. Idem in eodem Hyene coitu, Leęna Aethiopia parit. Crocutam hominum pecorumq; uoces imitãtem. Acies ei perpetua in utraq; oris parte nullis gingiuis, continuo dente, qui ne occurſu contrario hebetetur, capſarum modo icluditur. Solinus. Crocuta nunq; aciem orbium cõmouet: ſed in obtutum ſine intactione intẽdit: in ore gingiua nulla: dens unus atq; perpetuus.

CAPVT. 39.

Cirogrillus. Rudolphus ſup Leuiticũ Cirogrillus eſt animal ſpinoſum hericio ſimile. Autor. Alibi legitur ꝙ maius ſit hericio, ſpinoſum tamen: unde patet ꝙ quidam dixerunt hunc eſſe cuniculum. Alibi quoq; legitur, ꝙ cyrogrillus ipſe ſit hericius uel herinacius, animal uidelicet porcelli formam habens: ſed ſpinoſum, de quo plenius dicetur inferius. Vnde in Pſalmo, 103. ubi legitur in noſtra tranſlatione. Petra refugium herinacijs. Alia tranſlatio habet cirogrillis. Gloſſa ſuper prouerbia Salomonis. In prouerbijs quoq; ubi iuxta tranſlationem noſtram legitur. Lepuſculus plebis inualida, qui collocat in petra cubile ſuum. Alij pro lepuſculo habent cirogrillum. Et eſt animal non minus hericio, ſimile muri & urſo, cuius in Paleſtina magna eſt copia, in foueis & in petrarum cauernis. Hinc & in Pſalterio ubi dicimus. Petra refugium herinatijs, alij ponunt leporibus, alij cirogrillis. Sed quidam hic ꝓ lepuſculo hericium habent.

Hieronimus enim uerbum hebreum ſapham interpretatur: & cirogrillum, & hericium, & leporem. Item ſuper Leuiticum. Cirogrillum animal debile quidẽ, ſed rapax et mortiferum eſſe dicũt.

CAPVT. 40.



Cicadę. Vincētiꝰ in ſpeculo naturali uiceſimo prio. Cicadę ſunt uermes, quorum genera ſunt duo. Quedā paruis locuſtis ſimiles ſūt, et hę domos inhabitant. ea ꝙ loca quę magis calida ſunt, ubi ſcilicet ignium feruor eſt. Aliud uero genus atrum colore, papilionibus ſimile: fertur etiam ꝙ earum genus eſt quod nos ceruos uolātes dicimus, & hos experimētator ſupra carbones uocat. Cicadę habent in pectore quoddā aculeatum, linguis ſimile, quo rorē lambunt, ipſum uero pectus fiſtuloſum habent, ex hoc dulciter canunt. Mares quidē canunt feminę ſilent, ſupine coeunt. Oua candida, ſed corrupta. In terra feturę locum excauant, ibi ꝙ prolem faciunt. Ambroſius. In exiguo cicadarꝫ gutturę dulcis eſt cantilena, quarꝫ cantibus eſtu medio rumpuntur arbuſta, eo ꝙ magis canore medianis caloribus, quo puriorem aerem ſpiritu attrahunt, eo cantus clariores reddūt.

Iſidorus. Cicadę ex cuculorum ſputo naſcuntur. Hec in Italia apud Regmos mutæ ſunt, nec uſꝗ alibi. Nam alibi dulciter canunt: quarum cantibus medio eſtu arbuſta rumpuntur. Plinius libro undecimo. Cicadę non naſcuntur in raritate arborū, nec in frigidis aut umbroſis nemoribus, pennarum illis natura, quę apibus: ſed ꝑ corpore amplior etc̄.

CAPVT. 41.

Cirotrochea. Albertus in libro de naturis animaliū inquit. Cirotrochea beſtia ē, quę rechiona, uoces hominum imitatur, oculos nunꝗ claudit. In ore nullam habēs gingiuam, ſed dentē habet. Os unum continuum, uerecundatur capſulis. Tante eſt uirtutis, ut omnia mox cōtinuat, et de lupo & cane generari dicitur,

CAPVT. 42.

Critetꝰ. Albertus in lib. de naturis animalium. Critetus animal ē paruulū, in terra habitans capite uario: dorſo rubeo uentre cādente: pilum adeo tenaciter pelli habens infixum, ꝙ cicius pars pellis de carne recedat, ꝙ pilus poſſit euelli. De antro etiam non extrahitur de facili, niſi aqua feruenti, uel alia in antrum infuſa. Et in hoc cōuenit cum cunieulo, quia habet pilum ſere ſicut cuniculus: et non habet aures, ſed uias auditus ſicut auis. Solinus. Critetus eſt animal, quod nos hameſter uulgo uocamus: et eſt animal mordax ualde & iracundum.

CAPVT. 43.

Coluber

COluber. Iſid. Coluber ab eo dictꝰ ẽ ꝙ colat umbras, uel ꝙ in lubricos tractꝰ, flexibus ſinuoſis labat̃. Nã lubricũ dicit̃ qcquid labitur dum tenetur, ut piſcis, ſerpẽs Ambroſius. Coluber autem ceruum fugit, leonẽq interficit. Phiſiologus. Colubri pellis, quę exuitur, in oleo decocta, mire aureum dolorem mitigat. Autor. patet de colubro ueꝝ eſſe in ſpeciali, quod ſupra dictum eſt de genere ſerpentum: uidelicet ꝙ exuuijs ſuis depoſitis, per foramen petere tranſiens, ſenectutem ſuam deponit: ſed prius ieiunando carnes ſuas ſubtiliat, ut eidem tranſitui abilior fiat. Eſt autem longus ut anguilla tortuoſe incedẽs, & ſibilans. Tranſeuntibus inſidiatur, & mordens, lingua uenenum infundit. Vnde ſcriptum eſt. Fiat Dan coluber in uia. Et alibi: Qui diſſipat ſepem, mordebit eũ coluber.

OPERATIONES.

1 Plinius libro .33. dicit: ꝙ contra rubetæ uenena, auxiliatur coluber uiuens in aqua.

2 Huius adipem aut fel ſecum habet: qui crocodilos uenantur: eoſ ꝙ mire his adiuuari teſtantur. Ydris a Grecis uocatur coluber: uiuens in aquis.

3 Dioſcorides. Tunica colubri in uino cocta, dolori medetur dentium. Eſt etiam oculorum adiutorium.

CAPVT. 44.

CRocodilus. Iſidorus libro duodecimo. Crocodilus animal eſt quadrupes, in terra & in aquis ualens, longitudine fere .20. cubitorum, dẽtium & unguium immanitate armatum: tanta eſt ei duritia cutis, ut quamuis fortium lapidum ictus in tergo recipiat, nihil omnino curet, nocte in aquis, die in terris quieſcit. Oua in terra fouet, quę ouis anſeris ſunt maiora: maſculus & femina uices ſeruant: huic quidam piſces ſerratam criſtam habentes: uentris diſſecantes interimunt. Et dicitur, ꝙ ſolus inter animalia ſuperiorem mandibulam mouet. Plinius libro .8. capite .25. Crocodilus eſt animal Nilum inhabitãs, linguę uſu inter animalia terreſtria caret ſola, ſuperiori mandibula exiſtẽti immobili, morſum imprimit uenenoſum. Dentes habet horribiles ad modum pectinis ſiue ſerrę et cubitos ad modum apri. Nullum autem animal ex tam parua origine creſcit in tam magnum animal ſicut Crocodilus animal eſt ualde guloſum, & multum comedit. Vnde quando eſt ſatur, iacet iuxta littus, ructans prę repletione, ſuperuenit aũt auis modica, quę dicit̃ apud eos Trochilos: apud Italos autem dicitur auium rex, et uolat ante os eius, quam aliquocies a ſe repellens: tandem fauces aperit aui, et eam intrare permittit: et hec auicula eum leuiter unguibus ſcalpit, & ei facit quendam pruritum, in cuius dulcedine delectatus, ſtatim obdormit. Auicula autem cum ſentit eum dormire, ſtatim illabitur in eius uentrem, et qua-

ſi telum ſtatim eum perforat, & corrodit. In uentre enim ualde mollis eſt: et ideo à piſcibus ſpinas & criſtas pinnulas in dorſo habentibus de facili ſupat̃. Subdit Plinius. Hec belua inſequitur fugiẽtes, et eis eſt terribilis, ſed fugax eſt cõtra ſerpẽtes: hebetes autem habet occulos ꝗ diu eſt in aqua, ſed extra aquam nimis acute nidet. In hieme ꝑ quattuor menſes ſe abſcondit ſed in uere exit: et ꝗ diu uiuit ſemper creſcit, Idem Plinius lib. 8. cap. 26. Crocodilus ſi quendam inuenit hominem circa littus, interficit eum, ſi poteſt, et pręterea plorat ſup eum, et poſtea deuorat ipſum. Itẽ herbas libenter commedit, inter quas enidros ſerpens paruulus, qui ei inimicatur, caute ſe inuoluit: et dum Crocodilus herbas carpit, ſerpentem tranſglutit: qui intrans uentrẽ eius, omnia interiora carpit: interimit eum & occidit: et ſic illeſus exit Item Plinius lib. 12. dicit: ꝙ idem uermis inſidiatur crocodilo quãdo dormit: et tũc inuoluit ſe in luto, et intrat per dẽtes eius. Solinus. Inſidiatut quibuſdã paruis auibus, quę generantur inter herbas Nili, quę euolant ꝓpter calorem ſolis, et intrant uẽtrem Crocodili, et cõmedunt uermes uentris eius: et ſic purificatur belua a' uermibus. Habet autem corium ualde durũ, quod uix gladio perforat̃, habitat in aqua de die ꝗ de nocte, quia aqua calidior eſt de nocte ꝗ de die, retinet em̃ radios ſolis, & ibi agitantur, et ſic fit calida ipſa aqua: et non habet linguam ꝓminentem ad uociferandum, ſed habet paruam linguã in parte inferiori, ſicut habent piſces ad guſtum: ut dicit idem Solinus: et etiam Ariſtoteles. & Auiceña hoc idem uolunt.

OPERATIONES.

Plinius lib. 8. dicit: quod de fimo crocodili fit unguentum, unde facies mulierum ſophiſticantur, ut ſenes & rugoſę iuuenculę per tempus uideant̃ ꝗ diu uiuit.

CAPVT. 45.

CVniculus Iſidorus. Cuniculi ſunt genus agreſtium aniialiũ: ſic dicti quaſi caniculi, eo ꝙ canum indagatiõe capiant̃, uel a' ſpelũcis excludantur. Plinius lib. 8. Leporum genera ſunt, q̃s Hiſpani cuniculos appellãt, Varro & autor. Eſt a' cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidũ, cuniculi fecundi in eis innumerę ſunt: famemq; Balearum inſulis populatis meſſibus afferunt; certũ q; eſt Balearicos aduerſus eorum ꝓuentum auxilium militare a' Diuo Auguſto petiſſe. Ex libro, de naturis rerum. Cuniculus eſt beſtia lepore minor, colore & forma ꝓpe tamen ſimilis. Hec in antroſa habitacula terram fodiẽs, nocte uineta frugeſq; depaſcit, mane uero antrum ingrediens, os eius ęquat terrę puluere per intrinſecus ne ſupuenientes homines per diem eius habitaculum deprehendant. Vbicumq; habitant cuniculi, multiplicantur nimis, quia ſępius in anno pariunt. Cunq; aliqui ex eis aliquid illic aduerſi ſenſerint aniaĺis, fugiunt: nec more cęreri ſociorum iniuria dedignari, locũ cum illis dimittũt. Hi auerſis poſterioribus coeunt: quoniã illis auerſum eſt membrum genitale.

OPERATIONES.

Iſaac. Cuniculus uim habet diſſoluentem proprie, etiam ſtomachum confortat, uentrem diſſoluit. 1
Vrinã prouocat. Vtilius quoq; eis qui elephantico morbo apparati ſunt. 2

CAPVT. 46.

DAma. Alb. in li. de na. animalium. Dama beſtia ē magnitudinis capre, figure & pili ſicut canis: cornua habens non ſquamoſa, ſed plana, lõga et acuta. Eſt aũt curſu uelox, uitę ꝑuida. Hec beſtia in Arabia uocat͛ adgazel, cuius caro frigida eſt & ſicca.

OPERATIONES.

1 Idem Albertus. Stercus huius animalis creſcere facit capillos, et meliorat eos pręparatum in oleo.

2 Dicit etiã, ꝙ ſi cum eo ungat͛ uirga uirilis, et ſi coeat cum uxore ſua, ſemper diligit eũ. Si cum lingua deſiccata ſuffumigetur guttur, in quo eſt ſãguiſuga, cadet.

3 Calcaneus cõbuſtus impletus in cõcauum fiſtulę, curat eam.

4 Dicit etiã: ꝙ fel huius aĩalis & ſemẽ teſticulorũ uulpis, & piper, & ſemen erucę de quolibet equale acceptũ ad pondus aurei, & mellis uncias duas, et fiat ex eo electuarium, et ipſum teneat in lana quando mulier cũ uiro cõcũbit, cõcipit maſculũ.

CAPVT. 47.

DAmula. Bartholomeꝰ in libro de ꝓprietatibus rerũ. Damula ſiue dama: ſicut ait Papias: caprea eſt agreſtis. Iſidorus libro duodecimo. Damula eſt uocata eo ꝙ de manu effugiat, timidum enim eſt animal & imbelle ac imbecille. Vnde neſcit ſe deffendere niſi fugiẽdo. Habet eñ ꝑ armis abilitatem membrorꝫ, & ad fugã leuitatem. Vnde dicit Martianus. Dente tuetur aper, deffendũt cornua ceruũ. Imbelles damę quid niſi pręda ſumus. Montuoſa loca & uenenoſa diligit, gramina medicinalia & aromatica cõmedit, ramuſculorum tirſos & extremitates carpit: qñdo eſt uulnerata tragonteam cõmedit, & ſic de corpore telum trahit.

OPERATIONES.

Iſidorus libro quinto. Sanguis eius eſt 1
medicinalis ſecundum Pliniũ li. 26. Neruos eñ contractos remollit, & articulorꝫ dolorem ſoluit, uenenum diſcutit & expellit. 2
Damulam odiunt ſerpentes & fugiũt, & eius anhelitum ſuſtinere non poſſunt.

CAPVT. 48.

DRaco. Phiſiol. Draco ſuper om̃es ſerpentes maximꝰ, et ſup omnia terrę animantia. Qui quandoꝙ ſup aerẽ fertur ipſum concitando ac nehementer impellendo, Iſidorus. Draco maior eſt cunctorum animantium ſuper terram. Hunc Greci dracontam uocant. Eſt autem criſtatus, ore paruo, & arctis fiſtulis, ꝑ quas ſpiritum trahit, & linguam exerit. Gignit͛ autem in Aethiopia & in India.

Ex li. de nat. rerꝫ. Dracõis manſio frequenter

quenter eſt in ſpeluncis, ꝑpter eſtum naturalem ſui corporis, et ꝑpter accidentalem ſolis, q maximus eſt in partibus Orientis. Raro eñi inuenitur hoc animal, niſi in calidioribus partibus orbis. Itaq; libenter etiam in rupe lapidea ſpeluncam ſortit̃. Circa turrim Babel, et in deſertis illius antiquę Babilõis ac ruinis eius, maximi dracones habitare dicunt̃: quoꝝ uox ac rugitus homines terret, Ad uiginti quinq; cubitos & amplius creſcẽs, ſepius eualeſcit. Ad ſeniũ aũt & debitam magnitudinem ueniẽs ſine cibo tempore multo uiuit. At ubi cõmederit, non de facili ſatiat̃. In abyſſis terræ (ſicut dicit Augu. aliqñdo draco moratur, et cũ in aere ſentit humiditatem egreditur. & ſup aera fert̃ magnis alarũ remigijs aerem cõcitans et impellens. Alis qdem pellicea uolubilitate extantibus, & ſecundum corporis ſui magnitudinẽ late diffuſis: ubicũq; morat̃ aerem inficit.

Pli. lib. 26. India dracones habet et Elephantes perpetua diſcordia bellantes, tantę magnitudinis, ut facili circũplexu Elephantes ambiant, noxioq; nodo perſtringant. Ambroſi. Draco elephantem ligat, cuius ruina mors uictoris eſt: et inde ſumme in utrũq; certatur. Ille ut pedẽ alliget, in quo caſus uicti ſibi nocere non poſſit. Pli. li. 10. Aquilę q̃q; ſatis eſt pugnæ cum dracone: multoq; magis anceps, etiam ſi in aere. Ari. uultur etiã & draco pręliãtur: qa cõmeduntaĩalia. Iſi. Draco uim in cauda non in dentibus habet, et uerbere potius q̃ ictu nocet. Ariſt. in li. de nat. animaliũ, Eſt in terra Aethiopię draco ex q̃ Tyrus generatur, et ex illo Enthichon accipitur, cõtra quod nõ eſt remedium. Omniũq; animaliũ uenenum habentiũ morſus, eſt ualde malus: maximeq; ſi ſe cõmedãt adinuicem: ſic cõmedit draco ſcorpionẽ. Item de ꝓprietatibus elementoꝝ. In diebus Philippi regis uia in mõte Armenię fuit, de qua rex interrogauit, cur ſup illam nullus tranſiret quin mortuus caderet. Socrates ergo ſpeculũ de calibe cõtra illũ poſuit, in quo duos dracones magnos uidit qui aperuerunt os ſuũ, et egrediebat̃ corrumpẽs aerem fumus ex orificijs eorum. Rex uero p̃cepit ad montem illũ exiri, & ipſos interfici. ſicq; ſalutatus eſt locus ille. Narrat Petrus Damianus de q̃dã agricola, qui quadã die ualde mane ſurrexit, & uidit dracone̅ enormis magnitudinis, lignum putauit, feſſuſq; ſup eum ut requieſceret ſedit, mox indignata beſtia deglutiuit.

OPERATIONES.

Solinus. Draconũ ex cerebris excidit̃: dracontias lapis: ſed lapis non eſt niſi detrahat̃ uiuentibus. Nam ſi obeat prius, cũ anima ſimul euaneſcit duricies ſoluta. 1

Phiſiologus. graminibus quidem medicatis dracones dormire coguntur, ſicq; lapis acquirit̃, cuius uſu reges orientales pręcipue gloriantur. 2 Draconẽ adipum fugiunt uenenata: ne ipſe draco habet uenena. 3 Draconis capita ꝓſperã et fortunatam domum promittunt facere. 4 Ex lib. de nat. reꝝ. Lingua eius & fel in uino decocta, remedio ſunt his qui uexãtur ab incubis, eoꝝ corporibus ex hoc inunctis. 5

Draconis caro uitrei coloris eſt, acueſcentes illa refrigerat. Hinc eſt q̃ Aethiopes in feruida plaga manẽtes dracõis carne libenter ueſcũtur. adeo quoq; auaritię ſitis in im̃enſum creuit, ut inſtitores qbuſdam carminibus draconem ad tẽpus manſuetũ reddant: eiuſq; tergo inſidientes: freno ipſum regant, uſq; dum in Aethiopiam perueniat. 6 Autor. Sanguinẽ draconis quo phiſici utuntur in medicinis aiunt gummi cuiuſdam arboris ſic dictum, ꝑpter ſãguinis ſimilitudinẽ ueri dracõis. 7

CAPVT. 49.

DRacon copedes. Ex li. de nat. reꝝ. Dracon copedes, ſerpẽtes ſũt magni & potẽtes. Facies uirgineas habentes

de hoc serpente tractat conradig gesnerius medicus lib. 5. qui est de natura serpentium fol. 53. pag. 2 y dice las mysmas palabras que estan en este capitulo.

tes humanis ſimiles, in draconũ corpus deſinentes. Credibile eſt huius gn̄is illũ fuiſſe, ꝑ quē diabolus Euā decepit: quia (ſicut dicit Beda) uirgineũ uultũ habuit Huic etiam diabolus ſe coniũgens uel applicans, ut cõſimili formam ulierem alliceret: faciem ei tm̄ oſtendit et reliquā partem corporis arborũ frõdibus occultauit Augnſtinus ſuꝑ Gen̄. Dicit̄ aũt ſerpens ille calidiſſimus fuiſſe, uel ſecundum alios, ſapientiſſimus: non proprie, ſed in bono ſolet accipi ſapientia dei uel angeli, ut aīe ratiōalis: ſed translatiue, ſicut apes uel formicas dicimus ſapientes, ꝑpter opera ſapientiam imitātia: q̄uis ſerpens anima non rationali, ſed ſpiritu diabolico, q̄ plenus erat, poſſit ſapientiſſimus dici. Mali em̄ angeli, q̄uis ſuperbi, deiecti, natura tamen excellentiores ſunt oībus beſtijs, ꝑpter eminentiā ratiōis. Serpens enī nõ intelligebat uerba, nec rationalis eſt facta. Qꝫ enim uerbis magoꝝ uel incantatorũ ſerpentes trahunt̄ de latebris, diabolica eſt uis: quod permittit̄ ad memoriā illius primi facti, ut ſciatur: quia cũ hoc genere familiariter ſit ei locutus. Eſt aũt ille ſerpēs ſicut aſina Balaā: ſed hoc fuit diabolicũ, illud angelicum. Boni enim et mali angeli ſimiliter operantur.

CAPVT. 50.

DAxus. Al. in libro de natura ani. Daxus ē anial pingue ualde & latũ in dorſo breuibus cruribus, multum mordax, pilo plus albo quam nigro, ſed in dorſo plures habetn igros, & in lateribus plures albos, et caput in medio nigrum, & in lateribus habet album: et quando eſt domeſticũ, multum eſt luſiunm. Dicunt crura ſiniſtri lateris breuiora eſſe q̄ dextri, et durum habet pilum, et eſt ſpiſſę pellis, et eſt ad quantitatem uulpis, et eſt duorꝝ generum. Dicitur autem daxus caninus, quia in multa findit pedē, ſicut canis. Et dicitur daxus porcinus, qui in duo findit ungulam ſicut porcus. Fertur q̄ ſcrabronibus & alijs uermibus uiuit, quia non eſt uelox ad uenandum.

OPERATIONES.

Axũgia eius ualet ad renum dolores: et ad multa alia, quę cauſa breuitatis obmitto.

Dicunt etiam aliqui, q̄ morſus aliquando habet uenenoſos.

CAPVT. 51.

Dypſa Iſid. Dypſa eſt genus aſpidis, qui latine ſitula dicit̄: q/a quē momorderit ſiti perit. Tantę autē exiguitatis eſſe fertur, ut dum calcatur, non uideatur, de quo Poeta Signiferum iuuenē tyrrenis ſanguinis aulũ. Torta caput retro dypſas calcata momordit, Vix color aut ſenſus dentiſq̄ fuit. Andromachus. Dypſa cum aliquē pungit, inflammatur in eo caliditas ualde ſuꝑflua, indeq̄ accidit ei uehemēs ſitis, & aduſtio inflammata: nec bibere ceſſat aquam donec corpus eius ſcinditur, et ſic morit̄ Auicenna. Serpentis facientis ſitim ſecũdum quoſdam longitudo eſt palmi unius et ſuꝑ corpus eius ſunt ueſtigia nigra plurima. Caput eius eſt paruũ, et collũ groſſum a quo īcipit creatura eius uſq̄ ad caudam ſubtilem.

OPERATIONES.

Auicenna, Vt euacuatur aqua ꝑpter ſitim

tim ex morſu iſtius ſerpentis. Huius regimen poſt cõmunia regiminum eſt indeſinenter eum facere bibere oleũ plurimũ et euomere: deinde cliſteriſare cum his quę educunt feces et humiditates.

CAPVT. 52.

DRomeda & damula, Iſido. Dromeda genus eſt camelorum mĩoris ꝗdẽ ſtaturæ: ſed uelocioris: unde & nomẽ habet. Nam dromos grece curſus & uelocitas appellatur. Centum eñ & amplius miliaria uno die pergere ſolet: quod ſclicet aĩmal ſicut bos & ouis & camelus ruminat. Damula Iſidor. Damula uocata eſt: eo ꝙ de manu effugiat. Timidũ animal & imbelle. Vnde Martialis: Dente tueť aper, deffendũt cornua ceruũ: Imbelles damę qa niſi prædaſumus. Gloſa ſuꝑ Paralip. Damula eſt animal mundum, uelox perſpicax,. Vnde ſcriptũ eſt, Eruere quaſi damula de manu etc̃. Plinius: Damę raro manſueſcunt, cum ferę iure dici non pñt. Complura nãq; ſuut nec placida, nec fera, ſed medię inter utrunq; naturę: ut in uolucribus Hyrũdines, apes in campo, in mari delphini. Idem in libro .11. Natura dedit cornua damis.

OPERATIONES

1 Auicen. Damulę caro more emplaſtri ponitur ſuꝑ dolores iuncturarum.

2 Eadem cum uino miſcetur & bibitur, propter epilentiam uel ſoda.

3 Item exſiccata cum uino in potu accepta, confert uenenis.

4 Hali. Virga Damulę, ſiccata tirta et bibita, morſui ſerpẽtum prodeſt. Idem facit & uirga cerui,

CAPVT 53.

DAran. Ex lib. de nat. rerum. Daran, (ut dicit Ariſtoteles) eſt anĩal uelox atq; fortiſſimũ, qd a uenatoribus inſecutum cũ euadendi deſperatione frãgi cœperit, aſtutia naturali ſtercus intorquet cõtra canes inſequentes ſe, eoſq; retardat putridę digeſtionis odore. Autor fortaſſis etiã hoc nomine uidelicet duran nocatur beſtia, quę ſuperius, iuxta eundẽ Ariſtotelẽ bonnacon eſt appellata. Et ipſa eſt (ut uidetur) ſiluiſtris uacca, de qua dicit Ariſtoteles ꝙ habet cornua cõtra ſe inuicem inclinantia. Et ideo natura dedit ei aliud iuuamentum, uidelicet eiectionem ſtercoris in remotum: ut ipſo uenatorem detineat, ne ad eam ꝓpe accedat. Idẽ uult Alber, in lib. de naturis animalium,

CAPVT. 54.

EQuus In lib. de naturis rerum Equi uniuerſis fere partib⁹ orbis generãt: ſed illi pręcipui qui in Scithia et Capadocia. Hĳ ad ſonitum buccine gaudent, & cõgreſſionibus gloriantur. In equis ꝑcipue, & omni genere iumentorum aures indicia animi ꝓferunt. In coloribus equorum niger eſt optimus

rumq́ꝫ bonus. Ceteri uero deteriores iudicantur. Ariſtoteles. Equus & equa plus diligunt coitum, q̃ animalia cętera, pręter hominem Equa quoq́ꝫ furit concupiſcentia coitus, olfaciendo ſe inuicẽ ore ad os, concupiſcentiam prouocãt. Maſculus ſupra matrem ſuã non ſalit. Vnde equus aliquando matrem ſuppoſitam agnoſcens, ſubito fugit ſeq́ꝫ precipitauit. Coit autem equus duum uel trium annorum, ſed debile generat. Fortis autem eſt à quattuor annis uſq́ꝫ ad. 20. & fortis eſt quouſq́ꝫ generat. Tota uita ſua coit: & uſq́ꝫ ad annos. 30 uł uſq́ꝫ ad. 35. uiuit. Equa uero uſq́ꝫ ad. 40 Equus cum equa coit etiam impregnata. Nullaq́ꝫ fœmina poſt impregnationem recipit coitum, niſi mulier & equa. Et eſt eq̃rum coitus iuuenum ante tẽpus determinatum, ſi bonum habuerint cibum. Nõ eſt ledens coitus equorum, ſicut coitus taurorum. Partus equarum melior eſt, q̃ omnium aliorum quadrupedum. Apparet q̃ pꝛ̃cipue in equabus & uaccis menſtruũ. Idẽ Ariſtote. Equus oculos habet diuerſi coloris unius ab altero. Nec eſt oculorũ uarietas ſicut in hominibus & equis. Cõtra naturam etiam omnium animalium eſt, q̃ cum ſeneſcit equus, dentes eius albeſcunt. Itẽ equus felle caret. In corde equi & uaccæ ſunt oſſa. Ibis auis eſt, quę odit equum: & uocem eius imitando ſtupefacit ipſum, ac fugere cogit, & forte interficit.

OPERATIONES.

1 Dioſco. Equorum ſanguis medicami-
2 nibus cauſticis admiſcetur. Lac equinũ
uentrem mollit & hominem turbat.
3 Fimus caballinus crudus et cõbuſtus,
ſanguinem abſtinet profluentem.
4 Haly. Coagulum equi ſolutioni cronicæ prodeſt, & inteſtinorum ulceribus. Fimus equorum ſi uaporetur mulieri, ſecundinam fetum q́ꝫ mortuum educit.
5 Eſculapius. Equæ lac bibitum, matricis
laborem ſedat: & educum eijcit.
6 Caſeus eius uentrem reprimit: et torſio
nes tollit, coagulum eius cum uino propi-
7 natum omnes dolores ſedat. Stercus eq̃
ſiccum aſperſum ſanguinẽ ſiſtit, auribus
8 inſtillatum, dolorem tollit. Auicenna
in. 2. canone. Sanguis equi aduſtiuus, eſt
putrefactiuus, totiuſq́ꝫ debilis digeſtiõis,
precipue qui groſſus eſt. Lac equarum 9
ſicut & lac camelarum partui uicinarum
ſubtile eſt, aquoſum, & uentrẽ lenit. Coagulum equi conueniens fluxui antiquo, & ulceribus uiſcerum, ac fluxui.
Corium pulli equi ſi aduratur & liniatˋ 10
ex eo cum aqua ſuper bothor, infrigidat
eas. Dicitˋ quoq́ꝫ: q̃ additiones illæ quæ 11
ſunt in genu equi tritæ & bibitæ cum aceto ſanant ſodam & epilentiã. Stercus etiã equi facit operationes ſtercoris aſini.
Pli. lib. 28. Sanguis equorum et equarũ 12
preterq́ꝫ uirginum, uim habet ſtipticã, erodit ulcera: carne ac fimo equi in agro paſti
utuntur ad plagas. Itẽ fauilla fimi equi 13
ni inueterati, partum mortuum eijcit.

CAPVT. 55.

ELephas. Ariſtote. Elephas ẽ animal manſuetũ, quod cito domeſticatˋ, & obedientior atq́ꝫ diſciplinatior eſt omnibus animalibus: unde inſtruitur etiam adorare regẽ, & in hoc omnibus melior eſt animalibus. Ex lib. de natu. rerum. Elephãti (teſte Caſſiodoro) omnium quadrupedum ſuperãt intellectum. Vnde nõ dubitat elephas primo aſpectu adorare, quem cunctorum intelligit rectorem eſſe. Cui ſi tyrannus apparet, inflexus permanet, farinam ſimilem minutiſſimo pulueri permixtam ſeparat optime: ita q̃ farinam in paſſum colligens nihil admittit de puluere. Læſi uero dicũtur offenſam ſeruare, longo q́ꝫ tẽpore poſt iniuriæ uindictã reddere. Auicenna. Iuuant homines in pugna & elephantum fœmina ſicut maſculus: ſed corpora fœmi-

narum minora ſunt ꝗ mariũ, & cum hoc
etiam audaciæ ſunt minoris. Elephas aũt
tantæ fortitudinis eſt, ut cum ſuis culmis
proſternat magnos parietes, & cũ ſua frõ-
te magnas arbores. Ex lib. de nat. rerum.
Elephanti concupiſcentiã fetus in ſe non
habent. Sed tempore quo uolunt filios ꝓ-
creare, uadunt ad orientem uſq; ad proxi
mum paradiſi ubi inueniant Mandrago-
rã, de cuius fructu prior guſtat femina, de
inde maſculus eius ſuaſione: & tunc cõue
niunt & concipit fœmina. Tempore uero
partus ingredit̃ aquã uſq; ad ubera: & ibi
parit ſuper aquam: propter draconem qui
inſidiatur ei. Et ſi extra aquam pareret, fe
tus ei deuoraret. Maſculus quoq; non re
cedit ab ea dum parit: propter ſerpentem,
qui inimicus eſt eius, ſicut draco. Nam hu
ius animalis oſſa & pellis in quocũq; loco
incenſa fuerint, ſtatim odor eorum ſerpẽ-
tes fugat: & quolibet uenenoſum non ac-
cedit. Iſido. Biennio aũt fetus portãt nec
amplius ꝗ ſemel gignũt: nec plures, ſed
unum tantum. Viuunt aũt annis tricentis.
Ariſto. Elephas coit in agreſti loco maxi-
me prope fluuios: fœmina ſedet, mas equi
tat ſuper illam. Fœmina poſt annum deci
mũ uſq; ad quindecim coit. Mas aũt poſt
quinquennium: & hoc in uere. Vnicum fi
lium gignit, ſicut equus & camelus, fœmi
na per duos annos impregnat̃. Impregna
ta quoq; à maſculo nõ tangitur omnino:
& poſt partũ ceſſat triennio. Ex lib. de
na. rerum. Elephanti cadentes, ſurgere nõ
poſſunt, quoniam oſſa ſolida ſine iunctu-
ris habent. Vnde & crura tibiaſq; flectere
non ualent: niſi in iuuentute. Crura uero
ęqualia habent in groſſitudine, inſtar ſti-
pitũ, ab imo pedis uſq; ad uentrem. Pedes
uero rotundos inſtar pomi. Plini. Ele-
phanto duriſſimum tergus eſt dorſi, uen-
tres molli. Interius ſimile eſt interiori por
ci, & per coſequẽs interiori hominis. Ele-
phanti naſus longus. Autor. Elephas
in tibijs iuncturas non habet: & dormien
tes elephanti nunꝗ recumbunt: ſed cum
labore defatigati ſunt, arboribus magnis
applicati ſe recreãt: & in ipſis ſuffulti dor
miunt. Quod eorum uenatores attenden
tes: locum & arbores notãt: eaſq; pene ſuc
cidunt; ſicq; capiuntur.

OPERATIONES.

Iſidorus. Elephanti ſanguis et maxime 1
maſculi, fluxus reumatis ſiſtit. Fumo quo
q; qui fit ex ungula & pilis elephantis, ani
malium quęlibet uenenata fugantur.

Platearius. Elephas habet oſſa quędam 2
ſolida ut dentes, & hæc non comburũtur,
ſed ad diuerſa officia reſeruantur. Quędã
uero ſunt medullam habentia, & hęc com
buſta dicuntur ſpodium. Eſt autem ſpodi
um frigidum in. 3. gradu, ſiccum in. 2.

Sophiſticatur autem quandoq; ex oſſi 3
bus canis combuſtis: quãdoq; ex marmo-
re cõbuſto, ſed id eſt minus ponderoſum:
unde illud eligendum eſt quod eſt ſubal-
bidum, & ualde leue & continuum.

In ſirupis ponitur ad infrigidandum. 4
Puluis eius cum ſucco plantaginis datus,
ualet ad diſenteriam & emptoicam paſſio
nem. Auicenna. Adeps elephantis cum 5
ex eo fit linimentum, fugat uenenoſa. Fu
mus eius ſuppoſitus, prohibet impregna-
tionem.

Fimus Elephantis, ſi uaporetur eo uen 6
ter febrem patientis, prodeſt. Sed ſi cum la
na ſubmittatur mulieri, non concipit.

CAPVT. 56.

Enchires.
Ex lib. de 1
nat. rerũ.
Enchires
ẽ animal
in orien-
te, tauro
ſimile
ſed ha-
bens lon-
gos cries
ad ſcapu
las deſcẽ-
dentes, ſi
cut equus. Cornua uero multum recurua-
ta: & ad pugnandum abilia, caudamq; bre
uem reſpectu corporis, corium ualde du-
rum. Huius etiam caro dulciſſima eſt. Cũ
uenatores fugiens debilitatum fuerit pu-
gnat:

gnat: et in pugna ſtercus eijcit per quatuor paſſus cauſa timoris. Eſt enim animal multi ſtercoris. Deinde cum appropinquat ei tempus partus, multa eiuſdem generis animalia circa ipſam adunãtur: & egerentes aggregant ſtercora ad inſtar muri in circuitu eius. Autor. Videtur autem enchires eadem eſſe beſtia que ſuperius duram uel bonnacon ſecundum Ariſtotelem eſt appellata.

CAPVT. 57.



ENhidros et Enitra. Iſidorus. Enhidroſ eſt beſtiola ex eo nuncupata: q; in aquis uerſat̃, & maxime i Nilo. Quæ, ſi crocodilũ dormientem inuenerit, uolutat ſe primo in lutum et intrat etiam per os eius in uẽtrem, & carpens omnia intranea eius ſic ut moriatur. Hęc ychneomon grece uocatur.

Ex libro de naturis rerũ. Enitra eſt animal modicum in Germania, mas & fœmina cumulos in terra facientes, congregãt cibos in ęſtate, quibus uiuant in hyeme. Fœmina naturaliter ciborum eſt auida: mas econtra ſupra modum parcus & auarus. Vnde & aditum obſtruit ne fœmina cibos attingere poſſit. At illa naturaliter calida, foramen occultum ex alia parte facit ꝑ quos fruetur quod auiditati ſue ſufficiat. Sicq; fit ut maſculus parcus macie tabeſcat, fœmina ṽo pinguedine rutileſcat.

CAPVT. 58.



ERinacius et Ermineus. Iſidorus. Erinacius qui et Cirogrillus, eſt animal porcelli formam habens ſed ſpinoſum ubiq;, preter quam in uentre: undiq; uero ſpinis ſuis claudit̃, ꝓpter inſidias: & difficult̃ ſe uidendũ prebet atq; palpandũ: ſed qñ in aquam calidã mittit̃, ſtatim ea delectatus in planã membrorũ deiectionẽ oſtẽſionemq; reſoluit̃: & ſic in offenſe uidet̃ atq; palpatur. Hic (ut dicit Ariſtoteles) obtuſius audit omni animali habentẽ teſtã in capite. Erinacius pinguis eſt & medicinalis. Solus habet duos anus ꝑ quos feces emittit. Huius ſpecieſ mas & fœmina ſtãdo coeunt, applicati & ad inuicẽ cõiuncti: et hoc ꝓpter ſpinarum aculeos q̄ in eius dorſo ſunt. Ex li. de na. rerũ. Ermineus ẽ beſtiola de genere muſtelarũ: ſed forma minor: et colore diſſimilis. In hieme cãdet inſtar niuis ꝓpter extremitatẽ caudæ: eſtate uero tm̃ in uẽtre cãdet, et dorſo fuſcus apparet. Mures ꝑſeqtur, carnes ueſcitur.

CAPVT. 59.

ENgula & erura. Ex libro de natu. rerum. Engula ẽ uermis à re nomen. Habet ẽm ſemper i ſanguine caput contineq; ſu-

gens ita intumeſcit,ut medius crepet. Nō enim exitum ſuperfluitaris habet hic à quibuſdam pediculus ſilueſtris dicitur. In iumentis nunꝙ ſed in lupis & canibus frequenter gignitur.

Eruca in lib. ut ſupra. Eruca eſt uermis longus multis diſtans pedibus,colore uarius. Olera & arborū folia depaſcitur. Iſidorus. Eruca eſt frondiū uermis, in olere uel pampino inuoluta: ab erodēdo dicta. De qua meminit Plautus. Imitatus nequā beſtiam,maleficam, inuolutam in pampino frondem & florem erodens, hoc malū oritur tempore humido & lento.

OPERATIONES.

1 Palla.lib.2. Contra erucas. ſemina quæ ſpargēda ſunt,ſemper uiuæ ſucco uel crucarum madefaciunt ſanguine. Aliqui uero cinerem de fico ſuper erucas ſpargunt. Nonnulli ſquillā in hortu ſerunt. Vel aliqui etiam mulierem menſtruatā, nudis pedibus,contra erucas circumire faciunt.

CAPVT. 60.



Falena & Fiber. Iſidorus. Falena eſt animal quod naturali ꝙdam indignatione ſuperbiā in homine deteſtatur. Itaqꝫ ſi congrediendi occaſionem acceperit,pugnæ conſtanter inſiſtit, uictorqꝫ ſuperbię inclementer nitiť hominem decerpere. Solinus. Fiber ꝑ uniuerſum Pontum plurimus,quē caſtorem aliqui dicunt lutheræ ſimilis: eſt aīal morſu potentiſſimum,adeo ut cum hominem inuaſerit, conuentum dentium non prius laxat, ꝙ oſſa fracta concrepuiſſe perſenſerit. Plini.li.31. Fibris uictus eſt in terris,& in aqua. Caſtorea teſtes eorum dicūtur: quos ab ipſis amputare cum capiūtur negat. Seſtius medicinæ diligentiſſimus: illos eſſe paruos: ſubſtrictos ꝙ & adherentes ſpinę: nec adimi ſine animalis uita poſſe aſſerit. Item Operationes etiam ſuperius ſub nomine caſtoris ſunt dicta.

CAPVT. 61.

Formica. Actor. Formica eſt aníal paruum, ſollicitum, ꝓuidum, et ſagax. Terrā de cauernis egerit: arto calle īcedit: grano paſcitur. Iſido. Formica dicta eſt ab eo, ꝙ forat micas farris. Ex libro de naturis rerū. Formica eſt animal mire prouidētiæ ſibi. Hęc ſola inter animalia ſenio fortificať & creſcit. Formicæ labores communicant ut apes: ſed apes cibos faciunt, hæc uero condunt. Efferunt etiam mortuos ſuos atqꝫ ſepeliunt: & hæ ſolæ inter oīa animalia preter hoīem faciunt. Item formica frumenti granum eligit, & ſi compluta in foſſa ſua fuerit: illud exponit ut ſiccetur, ſicqꝫ iterū reponit ipſum uſqꝫ ad tempus, ut autē granum cōſeruet abſqꝫ germine: fertur ipſum in tres partes diuidere. Ariſto. Formica ē animal anuloſum ſine alis & ſine ſanguine. Et eſt ex animalibus, quę cum ſocijs ſuis manent: & ex his ꝙ habitacula habent, ſicut mures et talpæ. Formica ſicut et muſca coit in hyeme, ſi conueniens aër fuerit, & uentus meridionalis flauerit.

OPERATIONES.

Ariſto. Si quis acceperit ſulphur & ori 1
ganum agreſte, & pulueriżauerit ſuper
manſiones formicarum: dimittunt illas et
fugient. Similiter etiam fugiunt a fu- 2
mo ſtoracis ſicci.

3 Raſi in almanſore. Formicæ ex alchi-
tran, & ex ſulphure, & ex aſafetida fugan
4 tur. Et ſi ex iſtis mittatur aliquid in ea-
rum foraminibus, morientur: porro ſi ex
eo circa foramẽ epithima fiat, nõ exibũt.
5 Ex li. de nat. rerũ. Domus formicarum
ex ſulphure & origano agreſti fumigata:
formicas effugere cogit ab illa.

CAPVT. 62.

FOrmicæ maiores. Soli. Formicæ dicuntur eſſe in Aethiopia ad formam maximi canis: quæ arenas aureas pedibus quos leoninos habent eruunt, ac ne quis auferat cuſtodiunt. Ex lib. de na. re. In India ſunt formicę circa mõtes aureos, uulpibus maiores, fortes ac ſeuæ nimis, pedes quatuor habẽtes, & in pedibus hamatos ungues. Tantæ uero fortitudinis ſunt, ut uiſos homines diſcerpant. Beſtias autem de facili nõ ledũt: ſatis conſciæ ꝙ aurum illud quod ipſę cuſtodiunt inuitis non auferãt. Ad plectendum ergo temeritatem auariciæ illic à deo collocatæ ſunt beſtię. De his formicis meminit Iohannes de Manda uilla, ꝙ in non nullis montibus Indiæ morantur formicæ in quantitate noſtrorum catellorũ, quę effodiunt, purificant, & colligunt cum intenta occupatione auri minutias, eaſq; ponunt et reponunt de cauernis in cauernas: & conſeruãdo aurum ſunt ita diligentes & acres, ut nemo hominum de facili appropinquare audeat: niſi interdũ illis pauſantibus, & ab ęſtu ſe occultantibus. Aliq; non tamen ſine periculo in drometarijs rapiunt uel furanť, ingenioſe etiã ſup equã, quæ nuper fetũ edidit imponũt ciſtellas ligneas ſeu cophinos nouos uacuos à lateribus apertos de pendentes prope terram. Hanc equam famelicam ad montes huiuſmodi dimittunt ut ſe herbis paſcat, quam formicæ uidentes ſolam, ſalientes & iocãtes colludunt ad cophinorum nouitatẽ. Et quoniam eis eſt naturale, ut circa ſe omne uacuum implere conentur comportãt certatim aurum in predictas ciſtellas: cum homiẽs à remotis tempus obſeruauerint, emittunt pullum equæ ut uideat matrem cuius aſpectu iam diu ſtetit priuatus, et ad hinnitum pulli protinus equa reuertitur honuſta auro. Hoc & ſimile ingenio aurũ a formicis eripitur.

CAPVT. 63.

FVrus & Furũculus. Iſidorus. Furus a furno dictus eſt. Vnde & fur. Tenebroſos enim & ocultos cũiculos effodit: & eijcit prædam quã inuenerit. Ariſto. Furonum fœminæ ſunt obedientes ad coitũ ualde, clamãtq; mares ad coitum tempore luxuriæ, nec coeunt mares cũ femina retro ſed mas eleuatur, & fœmina equatur ſubiacẽdo.

Furunculus. Ex lib. de na. re. Furunculus putoriæ ualde cõſimilis eſt, paulo amplior ꝙ muſtella. Inter album & buxeum colorem habet, et eſt animal animoſum ac ferox. Coire dicuntur proſtrati, femina ſi marem non habet, quando luxuria ſtimulatur, tumeſcit & moritur. Partu quidẽ fœcunda eſt, ut pote ſeptem uel octo fœtus ſimul edens: portat in utero. 40. diebus. Et cum nati fuerint catuli, cęci ſũt diebus. 30 A tempore uero quo uidere incipiunt, uſq; ad. 40 dies uenari incipiunt.

CAPVT. 64.

GAla etgenetha. Iſidor. Gala eſt animal multæ audaciæ cũ ſerpentibus pugnans, mures etiam libenter comedit. Et ipſum genus ſerpentium, carnibus murium uiuit ideo quaſi cibi ſui emulos ſerpentes perſequitur: & cũ eos deuictos comederit, mox rutam, quæ ſerpentibus aduerſa eſt, comedit. Hoc animal ad ſeptẽtrionalem partẽ ingreſſus fouearum ſuarum facit, ut uento ſibi contrario non fatigetur. Genetha. Iſi. Genetha eſt beſtia paulo maior uulpecula, colorẽ habẽs inter croceũ et nigrum, maculas interdũ nigras ordinate in pelle diſpoſitas habet, mãſueta ſatis ẽ beſtia niſi fuerit iniuria laceſſita: nec ad ardua conſcẽdit, ſed in humilibus locis, & ſuper riuos aquarũ deambulat, ibi quꝫ cibũ querit.

CAPVT. 65.

GAmaleon, & Chamæleon. Iſid. Gamaleõ ſiue Chamæleon, ẽ animal quadrupes, habens faciem quaſi lacertæ, caudã ꝓlixam & tortuoſam, corpus aſperũ, cutem qualis eſt crocodilis. Profert aũt ex cute q̃ſi lanã quãdam, de qua zonæ cõtextæ cõburi nõ poſſunt. Eſt aũt animal pigrũ inceſſu, ſed uictorẽ ſuũ interfectus perimit. Nã cũ aliqs ex eo comederit: illico morieẽ. Hoc idẽ aĩal dicit̃ & ſalamãdra græce: et etiã (ut quidã) uolũt ſtellio latine: ſed fortaſſe diuerſæ ſunt ſpecies q̃uis eiuſdẽ generis ſicut capræ et capreę et rubicaprę, unde idẽ Iſi. Gamaleonẽ ponit in genere beſtiarũ, ſalamandrã ac ſtellionẽ tanꝗ diuerſas ſpecies in genere lacertorũ. Plini. autẽ dicit ſtelliones habere quodamodo naturam chameleontum. De his ergo plenius dicetur infra, ubi agetur de ſalamandra.

CAPVT. 66.

GAzelle. Sera. lib. aggre. capit. miſch. Dixit Habõ haſen ex uerbo albulhuaſim almaſcadi in li. auri, et minerarum, & margaritarum, terræ in quibus ſunt gazellæ muſci, & ſũt regiones tumbaſi, & ſeni, ſunt terræ cõfines. Verum muſcus regionis tumbaſi, eſt melior muſco ſeni, duabus de cauſis. Vna eſt, quia gazellæ de tumbaſi comedũt ſpicam nardi: & alias ſpecies odoriferas, gazellæ uero de ſeni comedunt alias herbas ab iſtis. Et non differunt gazellæ iſtæ ab alijs in figura, & colore, & corporibus, cognoſcuntur tamen in dentibus caninis earum: quia quelibet ex iſtis habet duos caninos dentes egredientes ab ore ipſius, ſicut egrediuntur ab ore porcorum. Itẽ cũ natura gazellæ expellit curſum ſanguinis ad folliculũ illũ uel chiſtim: & cõpletur eſſe ſanguis in eo nocet illi animali, & tunc uenit ad ſaxa, uel ad aliquem ex lapidibus calidis caliditate ſolis: & fricat ſe multũ, cum delectatione magna: donec uulnerat̃ cutis in loco illo, & emanat qđ continet̃ ſuper lapides, queãdmodũ emanat ex apoſte

mate

mate aliqua quando aperitur, & ſentit tūc
illud animal in exitu eius delectationem
magnā, & illud ſic euacuatū, dicitur mu-
ſcus. Egrediunt ergo homines qui noue-
rūt loca, ubi paſcunt gazellæ: & peruenien-
tes ad ſaxa illa & lapides inueniūt ſangui-
nē illius, q deſiccatus eſt ſup lapidem ſiue
ſaxa, & colligūt eū, & ponūt in folliculis
q̃s habent ex gazellis, quas ipſi uenati ſūt
& ſeruāt apud ſe, et huiuſmodi eſt ille mu
ſcus, q̃ utuntur reges, & q donat pro dono
magno.

OPERATIONES

1 Muſcus fortificat cor, & omnia interio
ra mēbra, quando bibitur aut ponitur ex-
terius in emplaſtris: & abſtergit albuginē
ſubtilē, & deſiccat eius humiditatē, & ca-
2 lefacit cerebrum. Vnde corroborat mē
3 bra ſua aromaticitate. Et confert ſodæ
antiquæ q̃ eſt ab humiditatibus, & corro-
borat cerebrū. Et ſi accipiatur de eo parū,
& reſoluatur cū oleo de Kerui, & liniatur
4 cum eo uirga, iuuat ad coitum. Et eſt in
eo humiditas quędam per quā excitat coi
5 tum. Auicenna de uiribus cordis ait: ꝙ
confortat cor. Infra capi. muſq; elibet ple
nius tractetur de muſco.

CAPVT. 67.

Glandoſa & natrix, Conſtātinus. Glādoſa ſerpens ē, cuius morſus eſt putridus, & de q̃ peſſimꝰ odor eminus egreditur. Dicūt autem quidā, ꝙ pedes ſuper illā incedētes excoriant: et apoſtemata in crure patit. Illius quoq; q̃ ei medet manus excoriatur. Qui uero hūc ſerpentē occiderit, odor eius putridus fit, et omnē niſi ſolius huius fetoris pdit: huius morſus ſignificatio eſt, ꝙ in illo loco ſubſequit apoſtema cū robore, ue ſica illa mēbra circūdat, aliqñ ſummatim currit ſanguis quaſi aqua, dolorē q̃ꝙ patitur in ore ſtomachi. Natrix. Iſidor. Natrix eſt ſerpens aquā ueneno inficiens. In quocunq; enim fonte fuerit eū ueneno immiſcet. De quo Lucanus. Eſt Natrix uiolator aquæ.

CAPVT. 68.

Grillus & Gurgulio. Iſidor. Grillus à ſono uocis nomē habet, hic retro ambulat, terram terebrat, ſtridet noctibus, uenatur cū formica circumligata capillo in cauernā eius coniecta, efflato prius puluere ne ſe abſcōdat, & ita formicæ complexibus trahitur.

OPERATIONES.

Plinius lib.29. Grillus prodeſt pruru- 1
lētis auribus cum terra ſua effuſus, magnā
huic animali perhibet Nigidius autorita-
tem, magi quoq; maiorem. Auriculæ pa-
rotide p ſunt grilli ſiue illiti ſiue adalliga
ti. Idem libro.30. Strumis quoq; ſuade 2
rit illinire grillū cum terra ſua effoſſum.
Porro contra calculos, & alias difficul 3
tates ueſicæ prodeſt grillum aqua calida
dilutum ſumere: pręterea grillorū crema
torum fauilla ex oleo, perducit ad cicatri
cem ulcera. Haly lib. regalis diſpoſitio 4
locuſtæ longe id eſt grilli: ſi collo ſuſpen
dantur quartanam patienti prodeſt.
Petrus comeſtor. Gurgulio, uermis eſt, 5
qui naſcitur in corruptione fabarum, ſicut
tinea ex corruptiōe olerum, teredines ex
corruptione lignorū. Iſido. Gurgulio di-
citur, quia pene nihil eſt aliud niſi guttur.

CAPVT. 69.



HErinaceus. Ariſt. Herinaceus eſt anial ſpinoſum: cuius ſenſus apparet multotiens contra uẽtos ſeptẽtrionales & meridionales: foramina nãꝙ facit in terra ecõtra in oppoſito. Plin. lib. 8. Huius cute ueſtes expoliuntur, & eſt animal ſpinis, coopertum, quod inde nominatur: quia ſubrigit ſe, quando ſpinis ſuis claudit, quibus undiꝙ protectus eſt contra inſidias. Nam ſtatim ut aliquid preſenſerit, primum ſe ſubrigit, & in globũ conuerſus: in ſua ſe arma recolligit: & ita ſpinoſo defenditur tegmine, ut nec contingi quidem poſſit. Iorath. Herinaceus cum ſpinis dorſi colligit fructus: ſi quid autem ex huius cibo ceciderit, reſiduum à ſe totum reijcit, ac reuertit ut ſpinas ſuas repleat. Hunc autem lupus timet ac fugit.

OPERATIONES.

1 Auicenna: Herinaceus alius eſt terrenus habens ſpinoſas ſagittales. Alius marinus, & eſt ſpecies piſcium. De quo infra tractatu de piſcibus habetur. Vtriuſꝙ cineres ſunt abſterſio: reſolutio: & acuitas & exiccatio.

2 Adeps herinacei prohibet effuſiões ad uiſcera, ſimiliter & eius epar.

3 Ex lib. de naturis rerum. Carnes herinacei uim habent deſiccatiuam & diſſolutiuam, proprieꝙ ſtomachum confortãt, uẽtrem ſoluunt, urinam prouocant, utiles ſunt his qui ad lepram & elephantiam diſpoſiti ſunt.

CAPVT. 70.

HYęna. Hieronimus contra Iouinianũ inquit. Hyęna eſſe anĩal magnitudine lupi, in cuius collo ſũt pili ſicut collo eq̃rũ. Pilos habet duros uel fortes ſup oĩa ſpondialia. Paſtores & canes ſingultãdo quaſi eſſet canis deludit, & ſic pecora comedit. Ipſos etiam homines & canes deludẽs deprędatur, & ſepulturas cauat, qñ talem carnẽ comedere deſiderat. Ex lib. de na. rerũ. Hyęna duas habet naturas: maris ſcilicet & feminæ. Colorem cũ uoluerit uariat, & in ſepulchris mortuorũ ſemp habitat, gẽmã portat ĩ oculis (uł ut aliq dicũt) ĩ frõte.

OPERATIONES

Hieronymus ut ſup. Hyęnæ fel oculo- 1
rũ claritatẽ reſtituit. Stercus eius putri- 2
da curat uulnera. Plin. lib. 28. Cutẽ quo- 3
ꝙ capitis hyenæ, dicunt capitis dolori al-
ligatam prodeſſe. Sic et caligines diſcu- 4
tit, & in claritatem ſuffuſiões excitat, mul-
taꝙ alia huiuſmodi.

CAPVT. 71.

HIſtrix. Hier. cõtra Iouinianũ. Hiſtrix ĩ Aethiopia freq̃ntiſſime herinatio ſimilis eſt, ſpinis tergũ hiſpida. Ex li. de na. re. Hiſtrix

Hiſtrix ē beſtia, ꝙ uulgo porcus ſpinoſus dicitur, circa marina habitat, & in cauernis montiū nōnunq̄, qñ ſcilicet iuxta marina refugiū non habet. In terra & aq̄ potenter ualet. Ira eius ad uindictā citiſſima eſt. Vnde plerūq; iaculis è tergo ſpōte laxatis, canes uel hoies uulnerat ꝓximātes. Ariſt. animali qđ dicit̄ porcus ſpinoſus, loco pilorū ſunt ſpine ſui corij, & cooperiūt iṗm ut pili. Sūt etiā illi ſicut arma, quibus iṗm quęrentē deprehēdere torquet. Idem, Hiſtrix eſt aīal ſpino tergū hiſpidū, quos plerūq; laxatas emittit iaculatione uolūtaria: ut aſſiduis aculeorum nimbis, alias iaculis, canes uulneret ingruentes.

CAPVT. 72.

Hirc⁹. Ex libro de naturis rer. Caprę maſ id eſt hircus, ē anial animoſū ac bellicoſum et robuſtū. In frōte aūt & cornibus eſt illi maxima fortitudo. Iſid. Hircus eſt laſciuū animal, & ſemp feruens ad coitū, cuius oculi ob libidinē intranſuerſum aſpiciūt, unde et nomen traxit. Nam hirci ſecundū Suetoniū ſunt oculorū anguli. Huius natura adeo calidiſſima eſt, ut adamantē lapidem, quem nec igni nec ferri materia domare ualet, ſolus huius cruor diſſoluat. Maiores hirci confij dicuntur, à fluuio cū ſe in Lybia ubi grandes naſcūtur. Actor. eſt etiam hircus animal fetidum (ut dicit Iſaac) ſi ſumatur in cibū, peiorem ſanguinem generat quam capra.

OPERATIONES.

1 Plini. li. 28. Hircino ſanguini tanta uis
eſt, ut ferramentorū ſubtilitas non aliter
acuatur, aut induretur, aut ſcabricia polia
tur uehementiuſq; q̄ lima. Aui. Hirci- 2
na caro mala eſt abſolute, & facit eueni-
nire febrem quartanam. Sanguis apo- 3
ſtemata calida cito maturat, & adminiſtra
tur poſt cōgelationē. Idē potatus, frāgit 4
lapidem renū. Frixus aūt & cum uino bi-
bitus, armene ſagitte nocumento confert.
Hircinus adeps uehemētioris eſt reſo- 5
lutionis, q̄ cęteri. Fel hircinū carnē ma 6
lam eradicat. Fel hirci ſilueſtris, eſt tiria-
ca morſibus uenenoſis. Iſaac in dietis. 7
Sāguis calidus hirci punctus ut dicit Dio
ſcorides, araneas et mala uulnera cōpeſcit
Pli. lib. ubi ſupra. Sanguis caprinus cū 8
medulla hydropicis auxiliatur, efficacius
autem, ſi hircus lentiſco paſcatur.

CAPVT. 73.

Hinnulus. Bartholomeus de proprietatibus rerum. Hinnulus ceruí eſt filius, ab hinniēdo eſt dictus. Iſidorus libro. 12. Hīnulus animal quidem eſt debile & imbelle, ſicut damula, & eſt acutiſſimi uiſus, & uelocis curſus: mater autem eius ipſum in ſpecubus & antris et locis umbroſis abſcondit, & illum ultra ſpineta & rubeta ſaltare inſtruit. Carnes habent teneras & digeſtibiles, propter motus frequentiā. Et ſi fuerit caſtratus, anteq̄ creſcāt eius cornua, caro eius melior & tēperatior in ſiccitate & colore. Et ſi fuerit caſtratus antequam cornua habuerit, nunq̄ ei ulterius creſcent. Et ſi poſt, nunquam ea abijciet nec mutabit. Ariſtot. libro. 8. Hinnuli ſerpentibus contrariantur miro modo.

OPERATIONES

Plinius. Qui fuerit inūctus eius ſepo uľ 1

ſanguine, à ſerpente illo die non tangitur. Et eius coagulum, eſt ſummum remedium in uenenis, ut dicit Pli. li. 38. cap. 9.

CAPVT. 74.

HEdus. Iſidorus. Hedꝰ ab edẽdo dictus eſt. Parui eñ pinguiſſimi ſũt & ſaporis iucundi inde & hedulus uocatur. Palladiꝰ ubi ſupra. Hedis autem nutriẽdis ſupra lactis abundantiam hedera uel lentiſci cacumina ſepe prebenda ſunt. Plinius libro. 8. Hedi luna decreſcente caſtrandi ſunt ſicut & uituli.

OPERATIONES.

1 Plinius libro. 28. Sanguis Hedi recens cum aceto acri feruẽs potus, ſanguinis excreaciones iuuat.

2 Eius pulmo ebrietatem arcet. Vtuntur & ipſorum pelle ad plagas.

3 Fœminum Hedi cinis inteſtina rupta mire ſanare uidetur.

4 Auicenna. Caro quippe caprarum paruarum melior eſt: magiſꝙ ſuſceptibilis digeſtionis.

5 Idem. Caro Hedina minorum eſt ſuperfluitatum, quam arietina.

6 Haly. Coagulum eduli cõtra potum cicutæ prodeſt: eiꝙ qui fungos comedit.

CAPVT. 75.

HEmorrhois, enidris, et excedra. Iſidor. Hemorrhois ẽ aſpis ex eo nũcupatus, ꝙ ſanguinem ſudet, q ab eo morſus fuerit ita ut diſſolutis uenis quicquid uitæ eſt per ſanguinem euocet. Alexander. Hemorrhois ergo recte dictus eſt à ſanguine, eo, ꝙ ab eo punctus nimium emittit ſanguinem. Vnde mulier menſtruata dicitur Hemorrhoiſſa.

Enidris. Iſidorus. Enidris, eſt coluber in aqua uiuẽs, greci enim aquam ydor uocant ſupra capitulo. 57. de ea tractauimus.

Excedra. Iſidorus. Ydra grece dicitur draco multorum capitum: qualis fuit in Lernia palude prouinciæ Archadiæ. Latine uero dicitur Hydra, græce dicitur Excedra, eo ꝙ uno ceſo tria excreſcebant capita Actor. De hac ergo plenius dicetur in loco congruo, ſecundum ordinem capitalium literarum ubi de Hydra tractabitur. De hac eñ Hieronymus in proemio Eſdræ contra detractores ſuos loquens, uerſum poeticum tractat dicens. Licet excedra ſibilet uictorꝙ ſi non incendia iactet: nunꝙ meum iuuante Chriſto ſilebit eloquium & præciſa lingua balbuciet.

CAPVT. 76.

Iaculus

IAculꝰ, & Ipnalis. Iſid. Iaculus ē ſerpēs uolans de q̃ Lucanꝰ. Iaculiq; uolucres Exiliunt enim i arboribus, & dū aliquod animal obuium fuerit, iactant ſe ſup̄ illud & perimūt, unde & iaculi dicti ſunt. Iorath. Iaculus ſerpens uolatilis, animal quodcūq; occurrit ei dum uolat interficit. Et eſt alius q̃ ſine ſenſu doloris animal percuſſum moritur. Alius qui ſi quem tetigerit, dolore diurno fatigabitur: & poſtea moritur. Ex li. de nat. rerum. Iaculus eſt ſerpens, qui uolans alis: arbores ſubit & in eis deliteſcit. E quibus ui maxime turbinatus: penetrat animal quodcūq; obuium inuenerit. Ipnalis. Iſido. Ipnalis eſt ſerpens ab aſpide genus trahens q ſomno, quos mordet, interimit. Veneno em̄ immittit ſomnū, q̃ nullo impulſu deſerit infectū. Hunc Cleopatra ſiniſtro brachio ſuo appoſuit iuxta ſuum Anthoniū ſe collocās: ut eius attactu dormiret, & uitam quieta morte finiret.

CAPVT. 77.

INachlin & Echinus. Iſidorus. Echinus ē animal terreſtre, quod uulgꝰ uocat, à quo ericinus marinus nomen traxit. Actor. De icino marino qui eſt echinus appellatus infra in tractatu de piſcibus dicetur. Icinus autem terrenus ſimiliter pluribus appellatur nominibus, ſcilicet echinus, ericius, & herinacius. Quæ ſcilicet nomina quandoq; ſcribuntur cū aſperatione: quādoq; ſine illa, et ideo de hoc animali dictū eſt ſupra. Plinius. lib. 8. Inachlin in ſcadinania ferūt nullo ſuffraginū flexū. Ideo nō cubantem ſed arbori in ſomno accliuem, eaq; inciſa ad inſidias capi: alias ē uelocitatis memoratæ, labrum ei ſuperius eſt pręgrande, et ob id retrograditur in paſcēdo, ne in priora tendens inuoluatur.

OPERATIONES

Dioſ. Echini terræ corium combuſtū: 1
& pice liquida cōmixtum, alopitijs mede-
tur. Carnes eius cū oximelle bibitæ, ne- 2
freticis ſingulare ſunt preſidium. Hy- 3
poſarchis, & Hydropicis, cōtractis, et ſtru
maticis, & colericis ſiccat intraneorū reu
ma. Iecur eius in teſta ſiccatum in feruē 4
ti ſole, atq; repoſitum, & inūctum, mirifi-
ce ſanat iam dicta.

CAPVT. 78.

LAcertus. Iſidorus. Lacertus eſt reptilis genus ſic uocatus, q; habet brachia, & quatuor pedibus innititur. Genera uero lacertorū plura ſunt, ut ſalamādra, ſaura, ſtellio. Ex libro de nat. re. Lacertam potius uermē dicunt quidā q̃ ſerpentē: quia clementius ferit, ſibilat tamen ut ſerpens, & caudam habet conſimilem, linguamq; bifidam & piloſam, pedibus uero graditur. Huic animali nulla eſt memoria, & ideo nō cubat,

oblita quidem in quo loco ſit enixa, per ſe erumpunt catuli numero undeni. Quidã dicunt fœtus à matribus deuorari. Lacertæ ſunt in India numero pedum .24. colore fulgenti. Gloſa ſuper Leui. 11. Lacerta immundum animal ſecundum legem, in ſepulchris habitat, & inconſtantiam uitæ ſignat.

OPERATIONES

Auicenna in .2. canone. Lacertæ natura ſtellioni uicina eſt, ſed melior.

Sanguis eius confortat uiſum. Stercus eius albugini confert oculi, & pruritui, uiſum acuit, coloremcꝫ bonum efficit.

Idem in .2 canone. Lacertæ caro mortiſicans eſt, & ei qui bibit eam accidit apoſtema linguæ: & pruritus & dolor capitis & aduſtio & tenebroſitas oculorum.

CAPVT. 79.

LAmia & lauzanũ. Ex lib. de na. rerũ. Lamia ẽ animal magnum & crudeliſſimum: nocte ſiluas exit & hortos intrat, arbores frangit, earũcꝫ ramos diſſipat, & hoc per brachia fortia nimis ad omnẽ actum abilia. Cuncꝫ ſuperuenerint homines ad prohibendum, pugnat cum eis, & mordet eos. Hoc autem in eius morſu mirabile eſt (ut Areſt. refert) ꝙ homo ſauciatus lamię dentibus, non ſanatur à morſu, donec rugientis beſtiæ uocem audierit. Gloſa ſup Eſaiam. Lamia pedes habet equinos: cętera uero capris conformia. De qua dicit Propheta. Ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem. Gloſa ſuper Treñ. Lamia dicitur quaſi lania, quia durior & crudelior eſt ſuis fœtibus, ꝙ ceteræ beſtiæ, fertur enim eos laniare, et inde eos lactare. Sicut ſcriptum eſt. Lamiæ nudauerunt mammas.

Ex lib. de nat. re. Lauzanum eſt animal cuius crudelitate nulla beſtia eſſe tuta poteſt. Nam & ipſa leonem, omnibus formidabilem, deterret, ſuo tamen genere parcit: in cętera graſſatur, reliquas cꝫ beſtias deprędatur. Et cum hoc ſcelus in alijs perſequatur, propriæ tamen iniquitatis non meminit.

CAPVT. 80.

LEo. Iſidorus. Leo uocabulũ habet influxũ ex grçco. Leo ſiquidem gręce rex interpretat̃ latine, eo ꝙ ſit princeps omnium beſtiarum. Ariſto. Leo eſt animal audax, forte, largum, nobile, magnanimum. Huius generis mas habet comas. Leo eſt ex animalibus quadrupedibus, quæ fiſſa ſunt in extremitatibus, uncos habet ungues, & in curuatos. Mingit ad poſterius, & in modum canis eleuat crus. Cuncꝫ os ſuũ aperit, odor ab illo exit. Animal eſt multorũ digitorum, habet quincꝫ digitos in pedibus anterioribus, quatuor in poſterioribus, ut linx, & canis, & lupus. Ex libro de naturis rerum. Leo fœtidus eſt maximecꝫ in ore, dormiẽs apertos habet oculos. Cũ autem dormit in naui, periclitatur nauis. Iſidorus. Leonum uirtus eſt in pectore: firmitas in capite, animos eorũ indicat frõs & cauda. Ariſto. Leo ergo eſt animal forte. Dentes habens acutos ut ſerram: & fiſſuram oris terribilem. Oſſacꝫ duriſſima, ac penè omnino non medullata. Plinius lib. 8. Vrſo quidem eſt caput inualidiſſimum, quod econtra leoni eſt fortiſſimũ Phiſiologus. Leo cacumina montiũ amat

ire,

ire,et cum à uenatoribus queritur,ordinē
eorum ſentit,ſua ueſtigia cauda tegit,ut ꝑ
ea uenatores eum inueſtigare nequeant.
Ex lib.de nat.rerum.Leones adeo ſunt ca
lidæ naturæ:ut omni tempore deſiderent
coire.Feminis magna libido coitus,& ob
hoc maribus ira.Hęc habet in pectore du-
as mammillas,in medio ſcilicet uentris,&
has paruas reſpectu ſui corporis:quia mo
dici lactis eſt.Solinus.Leones autem auer
ſi coeunt, leęna primo fœtu quinq; catu-
los parit,et educat,deinde per ſingulos nu
mero detrahunt annis in ſequentibus:&
poſtremo cum ad unum materna fœcundi
tas rediјt,ſterileſcunt in eternum. Phiſio-
logus.Leonum itaq; fœtus producti, uſq;
in diem tertiam ſunt mortui. Nam leones
calidiſſimi ſunt natura:quod probat eorū
nobilitas,& fortitudo cum audacia & ira
cundia.Fœtus autem humiditatem habēt
ex generis temperie,quæ ſiccatæ comple-
xionis & caliditate uiſcoſior redditur: &
maxime circa cerebrum dominante ſicci
tate,& ſibi animali ſpiritu cooperāte.Vn
de cum opitulantur nerui: ſpiritus nō poſ
ſunt ingredi,nec uirtutes ad actiones ſuas
mouere.Parentibus ergo rugientibus cir
ca fœtum ſpiritus per os & aures & poros
capitis ingredientes,prebent fœtui motū.
Iſidorus. Leo & leęna cum genuerint ca-
tulum tribus diebus & noctibus dormire
fertur.Tunc deinde patris fremitu uel ru-
gitu,uelut tremefactus cubilis loc⁹,ſuſci-
tare dicitur catulum dormientem.Iorath.
Leo minimum ſolicitus de ſe & catulis ſu
is, dormit apertis oculis, quaſi uigilanti-
bus,ueſtigiaq; ſua terram cauda ſpargens
operit uſq; ad antrum ſuum.

Raſin in Almanſore.Leo pro mure fu-
git.Pro ligno quoq; quod dicitur ſethin ti
met.Elleborus etiā & ſquilla canes & leo
nes plurimos,beluaſq; interficiunt. Eſcu
lapius in libro de membris. Cęterum ſi ſu
ꝑ cortices quercus calcauerit zarim id eſt
leo,formidabit continuo.

OPERATIONES.

1 Iſaac.Leonina caro cęteris eſt calidior,
groſſa,grauis et difficilis,ſi comedatur do
lorem & torſionem in uentre generat.
Eſculapius.Leonis caro fantaſticos ſa- 2
nat,aurium dolori & omni aliј ualet.Si qs
ſederit ſuper pellem leonis, recedent ab il
lo hemorrhoides. Qui uero linit cor- 3
pus ſuum ſepo renum leonis,terrentur ab
eo lupi. Haly: Adeps leonis calidior eſt 4
cęteris & fortioris diſſolutionis in apoſte
mata dura. Dioſcorides. Adeps leoni- 5
nus omnibus quadrupedibus calidior eſt,
& minus extenuatorius. Vetus autem fa-
ctus,a ſe ipſo calidior fit.

Dicitur autem uenenis eſſe contrarius 6
cum uino adhibitus beſtias omnes expel-
lit,& eſt repercuſſibilis odoris, quo ſerpē
tes perſequitur. Auicenna. Adeps leo- 7
nis reſoluit duricias apoſtematum.

Plini.lib.28. Leonis adeps cū roſaceo, 8
cutem in facie cuſtodit à uitiјs,candorem-
q; ſeruat,& ſanat aduſta. Idē etiā adeps 9
cū roſaceo quottidianis febribus prodeſt.
Etiam perunctum eo,beſtiæ fugiunt.

Fel eius aqua addita, claritatem oculis 10
inunctum facit. Cor in cibum ſumptum,
quartanis medetur.

CAPVT. 81.



LEopardus.Ex libro de naturis rer. Leopardus ē animal,q̄d ex leęna & pardo generatū eſt,colore ſubrufo, maculas habet ni-
gras per totum.Fœmina mare fortior eſt.
Cum pardus beſtia crudeliſſima ſit,aliquā
do quidem domeſticatur:ſed nunq; ſic,ut
ſuæ crudelitatis obliuiſcatur Domeſtica-
tur autem ad uenandum, itaq; cum ad prę
dam in uenatiōe ducitur, relaxatur,quam
ſi quarto uel quinto ſaltu capere nequiue
rit,ferociter iratus ſubſiſtit. Et niſi ſtatim
uenator furēti,beſtiam aliquam obtulerit,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

cuius ſanguine placetur, in ipſum uenatorem uel in quoslibet obuios irruit. Impoſſibile eſt enim eum placari niſi in ſanguine. Sed in hoc prouidi ſunt uenatores, ut agnos penes ſe uel alia animalia ſemp habeant, quibus iratos placant. Phiſio. Leopardus eſt animal leoni ſimile in capite ac membrorum diſpoſitione, licet non ſit tā magnus, nec tam robuſtus, hic ab homine ita domeſticatur, ut eo ſicut cane ad uenādum utatur.

OPERATIONES

1 Auicenna in.2.cano. Fel leopardi uene
num eſt ex eo bibenti, cui uomitus & tyri
2 aca propria ſubuenit. Eſcula. Leopardus cum hominis craneum uiderit, fugit.
3 Raſi. Herba quoq;, quæ leopardi herba dicitur, leopardus terretur.
4 Et herba quæ leopardum ſtrangulās dicitur, interficitur.

CAPVT. 82.

Leonthophonos: & leucrocuta. Iſi. Leonthophonus ē beſtia modica ex eo uocata, quia capta exuritur, eiuſq; cinere aſpſæ carnes, & poſitæ per compita ſemitarum, leones necant ſi quantulū cunq; ex illis ſumpſerint. Solinus. Propterea leones eas naturali odio premunt, et ubi facultas datur, morſu quidem abſtinent. Plin. li. 8. Leonthophonon accepimus paruū animal uocari, nec alibi, q̄ ubi leo gignitur, naſci. Quo guſtato à leone, tanta ei uis ineſt, ut cęteris quadrupedum imperitās illico expiret. Leucrocuta. Solinus & Plin. lib. 8. Leucrocuta uelocitate p̄cedit feras uniuerſas. Ipſa eſt aſini fere magnitudine, ceruinis clunib⁹, collo, cauda, pectore, & cruribus, leonis capite, ore uſq; ad aures dehiſcente, dentium locis oſſe perpetuo. Hanc quoq; feram humanas uoces tradunt imitari. Nam uoce loquentium hominum ſonos emulatur, apud Indos inuenit. Actor. Videtur leucrocuta eadem eſſe beſtia, quę ſuperius uocata eſt cencrocuta. Et fortaſſis ex ſcriptoris uitio prouenit hęc nominum uariatio.

CAPVT. 83.

Lepus Iſid. quaſi leuipes, quia uelociter currit, uelox enim ē animal, & ſatis timidum. Actor. Lepus ē aīal molliſſimum debile, timidum ac fugitiuum, auriculatum, habet crura retro longiora, unde & facilius aſcēdit q̄ deſcendit. Immundus eſt ſecundum legem quia non ruminat: ſed tamē ungulam diuidit. In petra cubile ſuum collocat, apertis oculis dormit: habet aūt ſimul utrūq; ſexum. Vnde Terentius. Tute inquit es lepus, & pulpamentum quęris, quaſi dicat; ex quo nunc feminæ nunc maris uſurpas officium quicq̄ ꝙ palpes mulierē, habet autem lepus labia ſemper in motu. Ambroſius. Lepores cognouimus hyeme albeſcere: eſtate aūt in colorem ſuum redire. Teſtante Pli. Lepus nunq̄ pingueſcit.

OPERATIONES

Iſaac. Lepus licet ſiccus ſit, & groſſum 1
ſanguinem generet, melior tamen eſt hircis & capris iuuenibus: proinde ualet ſiccas habere uolentibus complexiones.
Contrarius uero eſt tenuē dietam ſeruā 2
tibus. Aui. Lepus ſiluestris frigidus eſt et ſiccus, ſtomachum mundificat.

Sanguis

3 Sanguis eius mundificat pannũ: & ci-
nis capitis eius medetur alopiciȩ.
4 Cerebrum eius aſſatum, confert tremo-
ri accidenti in ſucceſſione ęgritudinis.
5 Item cum eodem cerebro, gingiuæ pue
rorum mundãtur. Proprietas que in ipſo
eſt: uelociter oriuntur dentes: & facile ex
6 eunt ſine dolore. Coagulum eius meli-
us eſt omnibus coagulis in ſpecie, hoc cũ
7 aceto bibitum cõfert epilentiæ. Item cũ
8 tiriaca & aceto, ualet uenenoſis. Itẽ ca-
ro leporis calida eſt & ſicca: aſſata bona ẽ
9 ulceribus inteſtinorum. In iure carnis
eius ſedent podagrici, & habentes dolorẽ
10 iuncturarũ. Et eius operatio proxima
11 eſt operatiõi iuris uulpis. Item cerebel-
lum leporis comeſtum, tremorem corpo-
12 ris tollit. Caput eius combuſtum cũ ſe-
po urſino, & ut cataplaſma adhibitũ, alo-
13 pitias emendat. Coagulum eius bibitũ
14 abſtinet menſtrua. Coagulum cum ace
to, lac in mulierum mammis coagulatum,
diſſoluit.

CAPVT. 84.

Leuiathan. Actor. Leuiathan hebraice dicitur draco. Fertautem ꝙ draco & in terra ſerpit, & aquis natat, & in aere uolat, unde & in Aſia tribus nominibus appellatur ſcilicet ſerpẽs, cetus & leuiathan. Loquens enim in ſpiritu de diabolo, ſub leuiathan typo, ita dicit propheta. In die illa uiſitabit dominus in gladio ſuo duro, & grandi & forti, ſuper leuiathan ſerpẽtem, & uectem: & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſam, & occidet cetum qui in mari ẽ Iorath. Leuin & leuiathan piſcibus aſpedo id eſt ceto frequenter inſidiatur: & pugnat cum eo. Omneſq; piſces maris, q pugnã uident inter illos, ſubito ad caudã ceti confluũt. Et ſi cetus ab illo deuictus fuerit, morietur, & ipſe ſtatim. Quos em̃ cauda cinxerit, mox deglutit. Quod ſi cetus ſuperari non potuerit, tunc leuin a faucibus ſuis fœtidiſſimum odorem cum aqua emittit, cetus autem econtrario aquã haurit, & reſpuit, & odorem fœtidiſſimum repellit: & ſic ſe ſuoſq; ſaluat & defendit.

CAPVT. 85.

LAnificus et limax Ex li. de natu. rerum. Lanificus uermis ẽ longus, maculoſus ex multis conſtãs pedibus ſparſim colore albus. Hic lanam ſericam ex proprijs uiſceribus operatur, & arboris mori folijs ueſcitur, qui ſcilicet cibus mediantibus ipſius uiſceribus in lanam conuertitꝰ. Itaq; lanæ ſuæ fuſos in ramuſculis faciũt, & in circumitu ſui operantur, ita ut perfectis fuſis undiq; in opere ſuo includãtur: poſt hoc exitum ſibi faciunt in ſummitate fuſorum. Egredienteſq; natura mirabili, mutati prorſus apparent à forma priori, adeo ut uermes, qui repebant innumeris pedibus, habẽtes alas, iam apti ſunt ad uolandum. Demum uenerem in euntes diebus tribus coeunt: quo peracto maſculus moritur, fœmina uero ordine iterato oua parit innumera: ſubſtrato ſibi panniculo, uel albo uel rubeo, deinde moritur. Tunc panniculus cum ouis ſuſcipitur, et ubi nõ poſſit hyemis attingere frigus reponitur, poſtea calore ueris inualeſcẽte, oua ad ſolem exponuntur, & calore fouẽtur donec animata in uermes formentur. Iſi. Limax

eſt uermis limi dictus: eo ꝙ in limo naſcatur: unde & ſordibus ſemper & immundus habetur. Actor. De hoc plenius infra dicetur, ubi de teſtudine agetur.

CAPVT. 86.

LInx. Iſidorus. li. 12. Linx diusē, qa in luporū genere numeratꝰ, beſtia maculis i tergo diſtincta ut pardus, ſed ſimilis lupo. Algazel ſuper lib. de ſenſu et ſenſato. Maxime uero linx animal mouetur ſecundum ſenſum uiſus. Nam uiſu ſuo res ſolidas penetrat: & ſi aduenit ei res trāſparens, cito excęcatur ab ea. Ex libro de naturis rerum. Linx adeo ꝑſpicaces oculos habet, ut ſubtilitate uiſus etiam ſolida corpora penetret. Conſtat enim ꝙ oculus in humido ſitus eſt, iuxta philoſophum. Tria uero ſunt in aqua, ſcilicet aquea humiditas, diaphoneitas, & lucis perſpicuitas. Et hanc ultimam communicant cum natura celeſti. Linx habet linguam ſerpentis ſimilē: ſed maiorem quam in longitudinem magnā porrigit, & collum circumagit, ungues habet grandes, unicum fœtum facit, & urina eius in gemmam dureſcit.

OPERATIONES

1 Plinius libr. 28. Pruritus corporum urinæ lincis ſtillicidio traditur inhiberi.

2 Eademq; prodeſſe monſtratur & ungularum dolori.

3 Iorath. Linx habet formam ut lupus. Lapiſq; Ligurius ab eius urina diſtillatus
4 ſeptem dierū ſpacio generatur. De hoc lapide inferius tractatu de lapidibus dicetur.

CAPVT. 87.

LOcuſta ex lib. de na. rerū. Locuſta eſt animal q̄drupes paruū, ad cuniculi ferē modū: caput habet carnoſum et magnum & comeſtibile: habitatq; circa partes Hieroſolimæ. Vnde Ioan. Baptiſta huiuſmodi carnibus animalium ueſcebatur. Quidam tamen dicunt, ꝙ circa Iordanis terrā eſt herba dulcis ad edendum, que locuſta uocatꝰ: & huiuſmodi cibo non locuſtis animalibus Ioannes utebatur, hoc animal gregatim incedit. Vnde Salomon ait. Regē locuſta non habet. etc̄. Quod uti q; de locuſtis uermibus intelligi nō poteſt, q̄ in multo timore ſunt, & non per turmas, ſed ſolitarie incedunt. Dicit Ariſt. ꝙ fœmina quędam locuſta nutriuit ab eo tēpore, quo iuuenis & parua fuit: quæ cum creuiſſet, per ſe & ſine maſculo impregnatum inuenit.

CAPVT. 88.

LVpꝰ. Ex libro de natur. rerū. Lupus ē anīal rapaciſſimum & fraudulētum, húc nonnulli canē ſilueſtrē eſſe dixerunt, qui a forma eius canis ululatuſq; conſimilis, ſed latratu caret. Audax eſt magis eorum genus quod breue, quam quod longum eſt.

eſt. Cerebrum eius creſcit & decreſcit ſecundū ſtatū lunæ, ꝙ licet in omnibus quadrupedibus, in lupo tamē & in cane plus. Pythagoras. Oculum uero lupi eradicatum, cum uiderint quadrupedia domeſtica, timent & fugiunt. Et ſi quod aīal minxerit ſupra urinam lupi calidam, non cōcipiet unꝗ̄. Actor. Lupus aſtutiſſimus eſt et rapidus, horrendum habet ululatū. In ueſpere autem maxime eſurit, unde ſcriptū eſt. Iudices eius lupi. Ariſto. Lupus omni tempore agreſtis, eſt ſicut & leo & urſus. Eſt etiam fortis et aſtutus. Ambro. Lupus ſi primo hominem uiderit, uocem ei eripit, & eū tamꝗ̄ uictor uocis ablatæ deſpicit: ſi autem ſe præuiſum ſenſerit, ferociam deponit, & currere nequit. Ariſtot. Lupi famen quidem diu portant: & poſt longa ieiunia multum deuorant. Lupus guloſe comedit ſine maſticatione, et una die ꝙ ad tres dies ſufficiat, non autem comedunt niſi carnes. Iſido. Lupi toto anno non amplius ꝗ̄ duodecim dies coeunt. Ex lib. de naturis rerum. Lupi uirgas oſſeas habēt. Anno per duodecim dies coeunt: & ſolū eo tempore gregatim incedunt. Ariſtote. Lupus coit ſicut canis. Tempore coitus quando filios habet, ualde malus eſt.

OPERATIONES.

1 Ex lib. de naturis rerum. Lupi cor ſi deſiccetur: ac ſeruetur, multum dicitur fieri aromaticum.

2 Idem combuſtum, contritum, & potatum, iuuat epilenticum.

3 Phiſiologus. Epar lupi ſiccatum & tritum & cum dulci uino ſumptum: facit ad omnes diſtemperantias.

4 Eſculapius. Lupi caro cocta & eſa, fantaſticos ſanat. Adeps eius & fel, quantum canis.

5 Haly. Fimus albi lupi colicę prodeſt.

6 Auicenna in .2. canone. Caro lupi mala eſt. Caro tamen luporum habentia roſtra & ungues oculo cōfert et cōfortat ipſum, ualet etiam hemorrhoidis, ſed abhorret eam ſtomachus.

7 Phiſicus. Nec ſolum lupi ſanguis, ſed etiam ſimus confert in colica paſſione.

8 Pytagoras. Homo in paſſione ſua qua lunam ſenſerit, canini dentes, ad ib. id eſt lupi, curant eum.

CAPVT. 89.

LVTHER. Ex li. de natu. re. Luther ē aīal aſtutū & malicioſū, magnitudine murilegi, forma ꝑpe conſimili ꝑter ꝙ in capite colore fuſcum & nigrum, pelle nitens cui mollior pluma pilus ē, cuius nitor nō de facili cedit uetuſtati. Vnde de pelle ipſius fiūt ornatus circa collum in ueſtibus uirorum ac mulierum. Hęc beſtia circa ſtagna & fluuios habitat: ibiq́ʒ foueas habet, & fetus facit, piſcibus uiuit quos mirabili ſequētia uenatur. Qui licet ſub aquis diu uiuere poſſit, reſpiraculum tamen ab aere trahit. Vnde quādo ꝙ auiditate predę gurguſtium id eſt naſſam ingreditur: & quia tunc ne per introitus locum redire nec naſſam tam cito diſcerpe poſſit, ſpiritū in aere recuperare non ualens in aquis ſuffocatur. Adeo uero ciborum cupida eſt & auara, ꝙ piſces captos in ſpecu ſuo tāto cumulo congregat, ut ex putredinis eorum fœtore non ſolum foueam, ſed etiam aerem inficiat. Quod non ſine periculo ſui quidam experti ſunt, qui hanc beſtiam capere uoluerunt. A piſcatoribus aliquando domeſticatur, & arte inducitur, ut piſces ſuo circuitu cogat pericula retium ingredi, ſuoq́ʒ iuuamine capi. Vnde magnum emolumentum dominis ſuis preſtare uidetur.

CAPVT. 90.

LVmbricus Iſidorus. Lumbricus eſt uermis inteſtinorũ ſic dictus, q̃ſi lubricus: quia labitur. Vl'eo ꝙ in lumbis fit, horũ tria ſũt genera, rotundi, longi & lati. Haly in lib. regalis diſpoſitionis. Lumbrici naſcũtur ex humoribus flegmaticis putreſcẽtibus in inteſtinis, ubi naſcitur calor extraneus. Hos impoſſibile eſt naſci de ſanguine uel colera rubea, nam colera rubea cum amaritudine, & acuitate & ſiccitate ſua, huiuſmodi occidit animalia. Sanguis autem de uenis uel arterijs non exit: & ſi exierit apoſtemata gignit cum paſſionibus alijs. Vnde paſſionem hanc habent pueri, flegmaticam et groſſam humiditatem habẽtes, cum dieta ſua groſſa & purgandi negligentia. Maxime uero in autumno hęc paſſio naſcit̃ ex fructuum comeſtione, etc̃.

CAPVT. 91.

LVchaonẽ ſiue lichaonẽ & lintiſcus. Ex lib. de naturis rer. Lichaon in oriẽtis partibus ẽ beſtia quã in genere luporum nonnulli ponũt ſed lupo longior eſt, & habet crura breuiora ac diſſimilia, ceruicem quoq; iubatam, & multipharia coloris uarietatem: ſaltu uelox & innocua hominum, uenenatu uiuit: habitum mutat ſecundum tempora. Nam hyeme hirſuta eſt & pilis horrida, ęſtate uero nuda. Et hoc uult Plini. licet ꝑ alia uerba. Ex lib. de naturis rerũ. Lintiſcus eſt animal quadrupes (ut dicit experimentator in libro ſuo) quod ex cane & lupa naſcitur. Eſt enim uterq; parens adeo luxurioſus, ut odio naturali ſibi contradicente, quod eſt inter canem & lupũ, in copulam tamen conueniãt propter luxuriẽ delectamentum. Sicq; fit ut fœtus attrahit ſibi colorem & mores utriuſq;. Plini. lib. 8. E lupis galli canes concipi uolunt, quorum greges ſuum quiſq; ductorem e canibus & ducem habent. Illum in uenatu comitantur, illi parent. Iſido. Lintiſci dicuntur (ut ait Plinius) canes nati ex lupis & canibus, cum inter ſe forte miſcentur.

CAPVT. 92.

MAricomorio Albertus in lib. de natur. animalium inq̃t Maricomorion ẽ beſtia orientis raro uiſa: cui magnitudo eſt ut leonis, coloris rubicundi, tres ordines dentium habet in ore. Pedes ſunt ut leonis. Facies eius & oculi, & aures ut hominis. Cauda eius ut ſcorpionis. Agreſſui ſonus eius ut tubæ: & uoces imitatur hominis. Velocitas eius ſicut cerui. Et deceptos homines deuorat.

CAPVT. 93.

Muſtella

MVſtella. Ex libro de naturis rer. Muſtella eſt beſtiola ſubdola, catulos ſedulo nutrit, eoſq; de loco ad locum ſepius trās fert, ne forte inueniantur, hęc rupes & cauernas inhabitat, diutiſſime dormit. Quādo cum ſerpente pugnare uult, agreſti ruta ſe munit. Proinde ſuper omnem medicorum artem ruta eſſe dicitur: ita ut ſi mortuos fetus ſuos inueniat, per herbam naturaliter notā rediuiuos faciat. De hac Clemens papa dicit, ꝙ ore concipit & aure parit. Muſtella ſerpentes proſequitur, adeo ut ipſum baſiliſcum interimat: ſed eo interfecto commoritur, ſic ergo breuis corpore & ore, ſed aſtutia magna & animoſitate, uincit etiam animalia magna agilitate corporis.

OPERATIONES.

1 Auicenna in ſecundo canonæ. Ex immatura ficu cum herba fit emplaſtrum ſuper muſtellæ morſum.

2 Idem libro. iiij. Eſt autē muſtellæ morſus uelocis doloris, cōtra quam fit emplaſtrum cum cepis & aliis.

3 Odor rute muſtellam effugat.

4 Eſculapius. Muſtelle cinis & ſanguis eius elephanticioſes ſanat.

5 Plinius. libro. 30. Humeri doloribus cinis muſtellæ cum cera medetur.

6 Sanguis muſtellæ podagris confert, cū plantagine illitus preterea cinis muſtellæ ex aqua potus, freneticis prodeſt. Elephantiam quoq; ſanat.

CAPVT. 94.

MVmunetus ſiue mamonetus & mānticora, Iſidorꝰ. Mamonetus ē animal ſymia minus, i dorſo fuſcū, in uentre candidū, caudā habens piloſam, & collum ita groſſum ut caput. Vnde captū nō ligat̃, ꝑ illud ſicut cęteræ beſtiæ: cū laqueus id tenere nō poſſit, ſed ꝑ uentrē. Habet aūt ꝓpriſſime faciem humanæ ſimilē, nigrā dūtaxat, & ſine pilis, a collo de ſuꝑ frōtē, nec ē naſus ore cōtinuus, ſicut in ore ſimeæ, ſed certū ſpaciū inter utrūq; ſicut in hoie. Inter has beſtias & ſimeas odiū eſt implacabile, belluq; frequēs: et licet uiribus nō pręualeant, aſtutia tn̄ et aioſitate belladi ſimijs ꝓferunt̃. Mānticora Aui. In partibus Indiæ lupus qdā ē, q gręce dicit̃ Maricorion, latie Mānticora, tres habēs dētiū acies, inferius & ſupius. Eſt aūt magnus & piloſus, eiuſq; pedes ut leonis, facies & oculi & aures, ut hoīs, fuſci ſūt eiꝰ oculi, & color ē rubicūdus, ut mĩnij. Cauda eius ē ut ſcorpiōis agreſtis, et in ea ē rubedo. Ipſeq; pilos eijcit, & loquit̃ & hinnit, uox eius ē ut tubæ, & uelociter currit, ſicut ceruꝰ. Eſtq; agreſtis hoī comedēs.

CAPVT. 95.

MArcatꝰ, Alber. in lib. de na. animaliū. Marcatus ē aial, figuræ muſtellæ, ſed quantitatē habet catti,

ſed longius eſt,& bina habet crura: in dorſo,uentre et gutture album,ſicut muſtela: ungues habet breuiores q̃ cattus. Eſt duorum generum,unum fagorum,& alterum abietum dictum: ſed illud quod nidificat in abietibus.multo eſt pulchrius, & commiſcentur ſibi mutua ambo genera,pellis utriuſq; eſt precioſa. Genera iſtius animalis & muſtelæ habent hoc, q cum ſint iracunda ualde,efficiũt effœtida. Et ſunt animalia uix unq̃ quieſcẽtia; etiam quandoq; domeſticantur.

CAPVT. 96.

Melo, Meloſus & Monoceros. Iſid. Melo dictꝰ eſt, eo q ſit iucũdiſſimo membro, uel q fauos petat et aſſidue mella capter. Eſt autem animal quadrupes, armatum unguilis. Gloſa ſuper epiſtolã ad Hebreos: Melo uel melotus eſt animal,quod et taxus dicit,cuius pellis hiſpida ualde, melota uocatur. Vnde de quibuſdã ſanctis antiquioribus legitur. Circũierunt in melotis. Ex lib. de naturis rerũ. Meloſus eſt beſtia ualde magna, quæ truculentos hoſtes perſequitur,tãq̃ ad hęc creata. Rictus habet ingentes,dentes quoq; fortes & prominentes,cum quibus audacter bella cum aduerſarijs patitur. Hoc cum hominibus fortibus terribilis ſit,puerorum tamen innocẽtiam, & eorum paruitatem mirabiliter ꝑhorreſcit, eorũ uerba fugit: in quo dignæ magnificẽtia innocentiæ comprobatur.

Iſidorus. Monoceros eſt monſtrum: equino corpore,ceruino capite cauda ſuilla, pedibus elephantis,mugitu horrido: cornu tamen uno ſcilicet acutiſſimo in medio frontis armatum, Captum quidem perimi poteſt,ſed nunq̃ domari,immo (ut dicit Iacobus) q nunq̃ uiuũ in hominis poteſtatem uenit: quia uinci ſe cernens, furore uitam exuit. Phiſiologus. Monoceros eſt animal puſillum, hedo ſimile, acerrimum,habet unum cornu in capite. Plini. libro.8. Aſperrimam feram monocerontem reliquo corpore, equo ſimile, capite ceruo,pedibus elephanto,cauda apro, mugitu graui,uno cornu nigro media fronte duorum cubitorum eminente, uiuam capi negant.

CAPVT. 97.

Migale. Actor. Migale beſtia q̃ cameleõti ſimilis eſſe dicitur. Rudolphus ſuper Leuiticum. Migale dicitur,q̃ ſimus guloſus. Eſt autem & fraudulentus: nam cũ dolo rapit quæ poſtea uentri committit. Auicenna. Migalum eſſe dixit animal minus muſtela. Color eius ad citrinitatem decliuus eſt cum ſubtilitate & tenuitate. Longitudo oris eius eſt ad ultimum, & labium eius in ultimo, cunq; uidet animal, ſalit ad ipſum, & cum teſticulis eius ſuſpenditur. Dixerunt autem quidam q habet formam & colorẽ muris. Verum muſcida eius eſt acuta, & oculi parui. Dentes eius habent tres ordines, & accidũt in circuitu morſus ueſicæ plenæ humiditate ſãguinea ſuper baſes fuſtas. Quandoq; autẽ peruenit res ad puncturam in inteſtinis & difficultatem urinæ: ſudoremq; frigidum corruptum. Cũ ergo cadit caro corrupta, curetur uulnus curatione ſua.

CAPVT. 98.

Mulus.

MVlus. Ex lib. de nat. rerũ. Mulꝰ ex aſino & equa genitus: habet quędam aſini propria ſcilicet aures lõgas, hinnitũ horridũ, crucem in humeris, pedes exiguos, & corpus macilentũ: reliqua uero ut habet equus. Mulæ nunq̃ concipiunt: quia menſtrui ſuperfluitas in eis cum cibo tranſit in nutrimentum corporis. Item ſanguis quo natura nõ indiget, erit cum ſuperfluitate ueſicæ. Eſt et alia ratio, quoniam hoc animal extra naturam generatum eſt: & eius natura diuerſificata eſt in equo qui calide natura eſt, & aſino qui ſummæ frigiditatis. Itaq̃ in fœtu diuerſifice generato & malo complexionato, non poteſt eſſe concordantia partium, et ordinata natura: ut quaſi ex propria ſibi ſimile generet, qui nullã propriam generis ſui ſubſtantiam habet. Itaq̃ in annalibus Romanorum mulas pe periſſe progidij loco habitum eſt.

OPERATIONES.

1 Auicenna. Mulorum pellis ac ſimiliũ cinis ponitur ſuper aduſtionem ignis.

2 Etulcera calefacit, quando non ſunt apoſtemate. Eſt etiam medicamen excoriationi pedum calceamentis atq̃ coxarum & fiſtulis.

3 Belbetus in libro de ſenſibus. Si domũ fumigaueris cum ungula muli ſiniſtra, nõ remanebit in ea ſorex.

4 Pli. lib. uiceſimo octauo. Cinis ungularum muli uel mulæ ex oleo mirtino alopi

5 tias replet. Eſculapius. Auriculæ mulæ & burdonis teſticuli, ſi ferantur à mulieri, non concipiet.

CAPVT. 99.



MVs. Ex lib. de naturis rer. Mus ẽ beſtiola panis cupida, & eorum quæ ex frugibus ad humanos uſus fiunt. In pquirẽdis cibis ſolertiſſima, pro quibus nulla plerũq; uitat pericula, eorumq; cupidine duriores ſolidaſq; materias demolitur. Porro ſi in aqua bibitur, moritur: ualde humidæ naturæ eſt. Plin. lib. 8. Murium plura genera ſunt in regione Cyrenaica. Alij lata frõte, alij acuta, alij erinaciorum genere pũgentibus pilis. etc̃. Ex lib. de natu. rerũ. In oriente mures magni ſunt, admodum uulpium, qui animalia perimunt, homines, licet non occidant morſibus, tamen moleſtãt. In Arabia mus magnus inuenit̃, cuius pedes anteriores ſunt magni, ſcilicet unius palmæ, poſteriores autem unius digiti.

OPERATIONES.

Plin. lib. 22. Cameleontis herbæ ſuccus additis aqua & oleo, mures in ſe contrahit ac necat: ni protinus aquam ſorbeant. 1

Idem libro. 24. Taxi quoq̃ arboris fũ mus necat mures. Idem lib. 25. Elleborũ etiam pollente admixtum, mures necat. 2 3

Idem lib. 26. Porro ſi cerebrum muſtelæ coagulo addatur, dicunt caſeos à muribus non attingi. 4

Idem libro. 27. Aconitum è longinquo mures odore necat. 5

Raſi in almanſore. Mures de domo calcanto fumigata fugiunt. 6

Auicenna in ſecundo canone. Squilla eſt cepe muris ſic nominata, quia murem interficit. 7

Item argẽtum uiuum interficit mures. 8

Ad effugandum mures, mus maſculus excoriet̃, & in domo dimittat̃ aut caſtret̃, 9

aut cauda eius abſcindať: ſed excoriatio
10 fortior eſt. Item mus aſſatus & ſiccatus
& infanti datus ad comedendum abſcin-
11 dit ſaliuę fluxum ab ore eius. Sanguis
12 muris eradicat uerrucas. Stercus autẽ
eius ſuper alopiciam confert proprieꝗ
aduſtum & cum cepe linitum.
13 Cum thure uero & aqua mellis bibitũ,
14 frangit lapidem. Item ſumptum ſoluit
15 uentres puerorum. Et quando cũ aqua
coquitur, & ſedat in ea qui difficultatẽ uri
16 næ patitur, confert ei. Ex lib. de naturis
rerum. Fimus muris ueheme̅ter laxat: un
de & trutãni medicinam ex eo acuunt.

CAPVT. 100.

Mvſ que libet & muſcus. Iſi. Muſ quelibet eſt beſtia orientis capreolę magnitu dinẽ habens, in cuius inguie creſcit apoſtema de collectis humoribus. Quod cũ maturatũ fuerit, collidit illud & fricat ad arborẽ, ſicꝗ ſoluiť & decurrit ſanies, ibiꝗ cõdemſatur & indurať, et huiuſmodi ſub ſtãtia muſcus uocať. Ois etiã caro eius & ſtercus diciť muſcus, ſed ille multo melior eſt, qui ab apoſtemate currit. Muſcus odore pardito uirtutem ſuã in fœtoribus & latrinis recuperat, contra fœtorẽ eluctatur, & ſic quaſi luctamine reuiuiſcit. Cõſtan. in li. graduũ. Muſcus puſtula eſt in uentre cuiuſdã animalis, de quo etiã ſuperius dictum in ca. 68. Gazelle. Et eſt capřolæ ſimilis: quod eſt in India. Idem in pãtegni. Muſcus maior ẽ in aromatibus, calidus & ſiccus in tertio gradu.

OPERATIONES.

1 Iſid. Muſcus ualet contra ſincopim, et
cordis debilitatem, cerebriꝗ & epatis &
ſtomachi. Conſtan. li. ut ſupra. Muſcus 2
congruit ſenioribus in hyeme, me̅bra qui
dem defecta aromatizãdo cõfortat, timo
rem melancolicũ amputat & audaciam ꝑ
ſtat. Item ſternutatiões de muſco cõtra 3
paralyſim adiuuãt. Itẽ muſcus mittiť in 4
collirijs & pillulis ſeu pulueribus oculorum,
cuius uires albugines oculorũ exte-
nuant, noxiũ humorẽ deſiccant. Dioſ. 5
Inũctum capitis grauedinẽ depellit, eiſꝗ
uires preſtat, quia cõfortatiuũ eſt. Dat 6
ſolatiũ me̅bris oibus, & fortitudinẽ auget
oſſibus. Scotomiã ex abundãti humorẽ 7
natã emẽdat, ſomnũ inuitat, uentrẽ ſtimu-
lat. Cor & oia uiſcera cõfortat in modũ 8
cataplaſmæ impoſitum. Lege ſuperius ca. 66. & plenius inuenies de muſco.

CAPVT. 101.



Mvſio. Iſidorus. Muſio cattus eſt appellatus, eo ꝙ muribus ſit iſeſtus Ex libro de naturis rerũ. Muſio ſiue murilegus aut cattus gręce dicitur, quaſi aſtutus. Animal eſt immundum & uenenoſum, & omne murium genus perſequitur, cum bufonibus quoꝗ pugnare dicitur: quorum licet uenenatis aculeis repugnetur, non tamen necanť. Mures captas, prio luſibus afficit, poſt hoc illuſas, comedit. Oculis carbũculoſis tam acute cernit, ꝙ etiam in antris tenebroſiſſimis uelut in luce etiã mures conſpicit. Dentes habet ad modũ ſerræ, pilos circa os habet, quibus ablatis, audaciam perdit. Blandicijs gaudet, loca calida diligit. Vnde pręnimia duricia, pellem ſuam comburit: hominis manu cotrectari gaudet, & ad ludum facilime prouocatur.

tur. Loturam faciei lambendo prioribus pedibus imitatur. Libidine impatientiſſime accenditur, & libenter coitus tempore ſilueſtre efficitur.

CAPVT. 102.

MVltipes. Iſid. Multipes ē uermis terre nꝰ à multitudine pedū uocatus, qui cōtractꝰ in globū cōplicat. Naſcitur ſub petris ex humore & terra. Ariſtote. Animal annuloſum longi corporis & multorum pedum, ęqualem habet annuloſitatem, & uiuit aliquātulum poſt capitis abſciſionē. Item per fumum ſtoracis ſicci multipes deluditur, ac deprehenditur. Ex lib. de nat. rerum. Multipes à re nomen habet, & ſanguine caret. Hoc animal (dicit Augu. (aliquando coram ipſo allatum, eoq; ſpectante in multas partes conciſum, & tamē una quęq; pars uixit ab alijs partibus ſepata.

OPERATIONES.

Auicenna. Vermis qui eſt ſub urceis aquæ, plurimos habet pedes, & cum tangitur, rotundatur.

Si palatum ex eo cum melle tāgitur, ualet contra pręfocationes: & ſimiliter cum commeditur.

Confert etiam aſmati: & ad dilatationē anhelitus ſecundum quod dicitur.

Item uermis multipes cū uino bibitus, confert ictericiæ & difficultati urinæ.

CAPVT. 103.

NEpa Phiſiol. Nepa quibuſdā placet, ſerpētē eſſe femineam, que in hora libidinis eſtuātis, mari ſuo cōpari caput ꝑcidens ipſum necat. Vnde & ipſa in partu necat᷑ uiceuerſa. Sic ergo eadem eſt Nepa, que et uipera, ſic dicta, quaſi ui pariēs. Cum enī prope partum eſt, catuli matris uiſceribus corroſis erumpunt, cū interitu ipſius matris. Actor. De hac ergo ſpecie plenius dicetur infra, ubi agetur de uipera. Obices Iſido. Obices dicta eſt, eo ꝙ arene colorem habeat. De qua poeta: Quā ſparſis pictus maculis theophanus obices. Concolor exuſtis atq; indiſcretus harenis, etc̃.

CAPVT. 104.

NEomō. Albert. in libro de natu. animalium. Neomon beſtia ē: & grece uocat᷑ Neomon, latine uero Suillus, & dicit᷑ eo ꝙ ſetas habet pro pilis, & hoc odore cibum conuenientem à uenenoſo diſtinguit. Hęc beſtia ſerpētes perſequitur, que cū aſpide pugnās caudam erigit, quam aſpis, quaſi minantem obſeruat, et ad uim ſuam cum ea transfert aſpidem deceptam.

CAPVT. 105.

ONager. Iſidorus. Onager interpretatur aſinus ferus. Onager 25. die Martij duodenis uicibus ĩ nocte rugit, ſimiliter ĩ die: & in hoc cognoſcitur ęquinoctium eſſe. Eius quoq; rugitus per ſingulas horas rugientis numerus horarũ cognoſcitur. Actor. Onager (ut legitur) in ſolitudinibus & in altis habitat, ubi propter beneficium uentorum diuiſus a potu uiuit. Vnde Hieremiæ. Onagri (inquit) ſteterunt in rupibus traxerunt uentum quaſi dracones. Ex libro de naturis rerum. Onager Indiæ, magnum eſt animal & crudele, formam aſini habens, & unum ſolum cornu in fronte, durum nimis, & acutum ac longum, ad beſtias contrarias debellandas, & hoc habet in medio capitis: ſoleas etiã fortes & acutas habet, ut iuuamen naturale ꝙ in alterius cornu defectu perdit, in eis recuperet. Plinius lib. 8. Onagri in Phrigia & Licaonia pręcipui ſunt.

OPERATIONES.

1 Iſidorus et Auicen. Onagri fel id eſt aſini ſilueſtris eradicat morum: & cõfert ſuper apoſtematum ueſtigia linitum.

2 In emplaſtris etiam heriſipilæ ponitur, ac prohibet ipſam.

3 Vrina aſini ſilueſtris lapidem in ueſica frangit.

4 Actor. Vngula ſilueſtris aſini ſi cõburatur & bibatur, epilentiæ prodeſt.

CAPVT. 106.

ORafflus. Alber. in lib. de na. animalium. Oraſflus animal ẽ uarij coloris, omĩa pręcedẽs animalia. In anteriori parte eſt ualde altum, ita ut capite extẽſo altitudinem. 20 cubitorũ, in poſteriori autem parte emiſſum, ad inſtar cerui pedes habet & caudã, collum extenſum & caput equinum, licet minus ſit aliquãtulum, colores multos habet, tamen album & rubeum habet frequẽtiores: cum uidit ſe contemplantes ammirari, huc & illuc ſe uertit, prebens ſe bene uidendum: hoc animal temporibus noſtris uiſum eſt. Et Arabice Seraph uocat̃.

CAPVT. 107.

ONocenthaurus, & Oraſius. Ex li. de na. rerũ. Onocenthaurus ẽ animal monſtruoſũ, & natura biforme capite ſcilicet aſinino & corpore uelut humano, faciem habet ſatis horridam, manuſq; formatas abiles ad omẽm actum, dum uocem promit, quaſi loqui incipit: ſed inſueta labra uocẽ humanam formare non poſſunt. Hic poſt inſequentes ſe ligna uel lapides mittit, ut experimentator dicit. Hoc monſtrum (dicit Adellinus philoſophus) inter ceteras

beſtias

beſtias ab initio non fuiſſe tale creatũ, ſed
aliqñ & alicubi caſualiter et adulterina cõ
mixtione generari. Oraſius Iſidorus,
Oraſius in anteriori parte altũ, eminẽs ual
de, ita ut extẽſo capite. 20. cubitorũ altitu-
dinẽ poſſit attingere. In poſteriori vͦo par
te dimiſſum ẽ inſtar cerui. Collũ habet ex
tenſum, caput eqnũ, licet minus, pedes aũt
& caudã ut ceruus, pellẽ uero ſic oĩ colo
rũ gñre diuerſimode uariatã, ut homo fru
ſtra tẽtet artificio naturalẽ eius pulchritu
dinẽ imitari. Hoc aĩal noſtris tẽporibus à
Soldano Balbiloniorũ trãſmiſſum eſt im
patori Friderico Romanorũ auguſto etc̃.
In pręcedẽti capite. Albert. illud aĩal ſpe-
cialiter deſcribit, & appellat eũ Oraſſus.

CAPVT. 108.

ORix A-
ctor. O-
rix ẽ ani-
mal mun
dũ ſecun
dum legẽ
iuxta li-
brũ. Deu
tro. De q̃
etiã dicit
Iſai. Dor
mierũt ſi
cut orix
illa quea-
tus. Ex lib. de nat. rerũ. Orix eſt beſtia ca-
prę magnitudinis, hirco ex parte ſimilis,
uillũ habẽs ſub mẽto. Hęc in illa parte Af
fricæ q̃ caret aqua generatur, & ideo ꝑpe-
tua ſiti ardet. Admirabile uero remediũ
ſitientiũ latrões Getuliæ terræ aqua carẽ-
tis certiſſimis experimentis ꝓdiderũt, quo
homo i ſiti eo duraret auxilio, qui illo ſa
luberrimo liquore ueſicis dictarũ beſtiarꝫ
infuſo ꝓ parte modica uterent̃ beſtia (ſi-
cut Aegiptij tradũt) in exortu caniculæ na
turaliter tripudiare uidet̃, cõpage corpo-
ris eius uiſibiliter ſentiẽte, imber et frigus
abijt, inſtẽtq; uapores ignei ſolis, ut ueſtia
tur terra floribus, herbaſq; ꝓferãt & fru-
ctus. Eſt aũt frigoris impatiẽs. Vnde nec
frigus, nec niues de facili ſuſtinere poteſt.

CAPVT. 109.

Panthe-
ra. Iſi-
dor. Pan-
ther dicꝰ
eſt, ſiue q꜡
oĩm aĩali-
ũ ſit ami-
cus, exce-
pto draco
ne, ſiue qa
ex ſui ge-
neris ſoci
etate gau-
det, & ad
eandem ſi
militudinem quicquid accipit & reddit.
Pan em̃ ome dicit̃. Gloſa ſup̱ Oſee: Nihil
leone fortius, nihil q꜡ panthera uelocius.
Ideo p̱ prophetã ait dñs: Ego quaſi pãthe
ra Effraim, et quaſi leo domui Iuda. Ex
lib. de na. re. Panthera eſt aĩal uariũ ac ſpe
cioſum nimis. Sunt q tradunt huic in ar-
mo maculã eſſe lunæ ſimilẽ, & interdũ cre
ſcere rotundã, & ad lunæ mutationẽ uari
ari. Plin. lib. 11. Habentq; pantheræ quatu
or mãmas in medio uẽtre. Mares aũt in oĩ
genere fortiores ſunt fœminis: pręter q꜡ in
pantheris urſis. Item panthera ſemel om
nino parturit: cuius cauſæ ratio manifeſta
eſt. Nã cũ in utere matris coaluere catuli,
maturiſq; ad naſcẽdũ uiribus pollẽt, odiũt
temporũ moras. Itaq; oneratã fetibus uul
uã, tãq꜡ obſtantẽ partui, unguibus lacerãt,
& effũdit illa partũ ſeu potius dimittit do
lore cogente. Ita poſtea corruptis & cica-
tricoſis ſedibus, genitale ſemẽ infuſũ non
hęret acceptum, ſed irritũ reſilit. Nã ut di-
cit Plini. Animalia cum acutis unguibus
frequenter parere nõ poſſe: uiciãtur enim
in trinſecus ſe mouentibus catulis. Phiſio.
Pantheris uenandis inſiſtẽtes Hircani, ue
neno carnis illiniunt, eaſq; p̱ cõpita ſemi-
tarum ſpargũt ut illarum eſu Pantheræ ſe-
ducantur. Sed illæ dum excremẽta homi-
nis deuorant, euadunt.

OPERATIONES.

Auicenna. Panthera & Pardus quãdo
uenenum comederunt, ſtercus hominis q̃
runt & comedunt, & ſic euadunt.

CAPVT. 110.

PApro. Albertus in libro de naturis animaliũ. Papro aial ē circa habundans Cæſareā ciuitatē, parũ uulpibus maius, leporũ habēs mores, adunata enim ullulant. Aliquando enim uno pręcinente, & alijs poſtea ſimul reſpõdentibus, piloſa autem ſunt hęc animalia ut uulpes. Et ubi unũ iſtius ſpeciei occiſum fuerit, cętera circa ipſum ullulant quaſi plangant mortuum. Et ſunt eorum uoces adeo ſonoræ, ꝙ cũ eminus ſunt, tanꝗ de propinquo putantur audiri. Hoc animal dicitur ſepulchra hominum in famæ aliquoties intrare, et cadaueribus hominum ueſci. Et eſt, quaſi ſit compoſitum ex lupo & uulpe.

CAPVT. 111.

PAthion. Albertus in lib. ut ſupra. Pathion anial eſt, quod naturæ decorem mirabilē habet, color ē em purpureo pollens adeo radioſũ, ut uiſus in ipſa, quaſi ſcintillare uideatur. Mortuum autem ruborem retinet pellem ſed ſubducitur radioſitas: eſt ad modũ canis in quantitate, manſueſcibile ualde, & delectabile, gaudet in cibo. Quidam autē antiquorum putabant hoc animal habere aliquid diuinitatis. Oſſa huius animalis duriſſima & fortiſſima ſũt, & nerui adeo fortes, ꝙ nõ niſi magna uiolentia poſſint dirumpi.

CAPVT. 112.

PArandrus & pardus Solinus. Parandrũ nutrit Aethiopia, boum magnitudie, ybico faſtigio, ramoſis cornibus, capite ceruino, urſi colore, pariter uillo profundo. Hunc parādrum affirmant habitum metu uertere: & cum deliteſcit aſſimilem fieri cuicũꝗ rei proxima uerit: ſiue ſaxo albus ſit, ſeu fruteto uirens, ſiue quem alium modum preferat; faciunt hoc idem in mari polypi, in terra cameleontes, ſed & polypus & cameleon glabra ſunt, ut pronius ſit cutis, lenitatem proximantia emulari. In hoc autē eſt nouum ac ſingulari hirſutiam pili colorum uices facere: hinc euenit ut difficulter capi poſſunt. Iſidorus. Pardus ſecundus poſt pantheram eſt genus, uarium ac uelociſſimum, & pręceps ad ſanguinē, ſaltu enim ad mortem ruit: ex adulterio pardi & leęne leopardus naſcitur, & tertiam originem efficit. Ex lib. de na. rer. ut dicit magnus Baſilius. Pardus eſt beſtia torua & acuta nimis impetu, corpusꝗ moribus auium conueniens habet: & uarium in colore. ſaltu potius ꝙ curſu predā inſequtur. In Affrica propter inopiā aquę cõgregantur diuerſæ feræ ad amnes, ibiꝗ leęne beſtijs uarijs uel uilis uoluntate miſcētur. Et inde pardi procreari dicuntur.

OPERATIONES.

Ariſtotiles. Pardus ſicut & Panthera quando uenenum comedit ſtercus hominum querit & comedit.

Caput

CAPVT. 113.

PIloſus, pirolus, & Putorius Ex lib. de natu. rer. Piloſus ē anial (ſicut gloſa dicit ſup Iſaiã) qd̃ in hominis figura ſuperius incipit, ſed inferius in pedes beſtiæ deſinit: q̃lem beatus Hieronimus in uita Pauli heremitę primi deſcribit: ꝙ ſuperius ſit homo frontem aſperam habẽs cornibus, & in caprarum pedes deſinens. Aſſerit idem nulli eſſe dubium illud monſtrum in oriente eſſe captum, & in Alexandriam miſſum, & inde mortuum, ſaleq́ infuſum ne à calore diſſolueretur, deportatum fuiſſe Conſtantinopolim, ut ab imperatore iam Friderico uideretur. Noſtra etate delata fuit regi Franciæ beſtia, ad magnitudinem canis. Caput quidem non multum diſtabat à capite canis: cętera corporis membra, ut homo prorſus habebat. Crura quidem nuda, ut homo, manusq́ & brachia, collũ album ac nudum habebat. Carnibus coctis ueſcebatur. Ita decenter & modeſte manibus capiebat cibum, & ori ſuo inferebat, ut nullus dubitaret in hoc, quoniam humanum modum in talibus haberet. Erectum ut homo ſtabat, ſedebat ut homo. Puellis & fœminis libentiſſime iungebatur. Et in ſexu uiri & fœminæ diſcretionem habebat. Genitale membrum ultra ꝙ corporis quantitas exigebat habebat magnũ: furijs igitur agitatum hoc animal crudeliſſime mouebatur: & in homines ſeuiebat. Cęterum cum placatũ eſſet inſtar hominis mitiſſime & decentiſſime ſe gerebat, & mulcebatur alloquijs, & colludẽtibus applaudebat. Ex lib. de nat. rerũ. Pirolus ē beſtia parua, maior quidem, ſed nõ longior ꝙ muſtela: colore rubea, ſed in uẽtre cãdida. Mira agilitate uiget. In arboribus habitat, & fœtus fouet, in quiete ſe gerit, & de arbore in arborem ſaltu potius ꝙ uolatu tranſit: ꝙuis aliq̃n cauda pro pennis utat̃. Caudã enim uilloſam prope ad ſui magnitudinẽ habet, cuius ad uiſum ſaltu mouet̃ Et ſi quando gratia paſtus aquã trãſire cupit, lignũ admodum leue ſup aquam cõgerit, cui ſuperſidens (quaſi uelũ nauis) caudam ſuã erigit: ſicq́ uento flante uelificãs ligno tranſuehit̃. Eſtate cibũ cõgerit, quo uiuat in hieme. Viuit autem nucibus, et cibo qui dulcius eſt libentius ueſcitur.

Iſi. Putorius à putore dictus eſt: quia nimiũ fœtet, & hoc maxime cũ iraſcit̃. Hic ſicut & daxus, habet crura in ſiniſtro latere breuia, in dextro longiora, ardua domorum inhabitat & penetralia, gallinarũ ac pullorum cupidiſſima eſt, talibus enim uiuit: Cumq́ gallinam capit aut pullum, caput in inicio petit, ut hoc deuicto ĩ cęteris ei membris laborare difficile nõ ſit.

CAPVT. 114.

PEgaſus. Alber. in lib. de natur. animalium. Pegaſus anial magnum eſt & horridum, in Aethiopia, eq formam habet, alas ut aquila, ſed multo maiores, caput armatum cornibus habet, adeo monſtruoſum, ut eo uiſo cuncta fere aĩantia terreat, graui corpore, fuga mirabili. Alarũ remigio adiuti pegaſi potius currunt, ꝙ prouolãt: et colliſo aere uirtute pennarum ad inſtar turbinis impellũt uentos, multas eſcas deuorant: Inquiete mouentur: infeſti ſunt animalibus, & hoc maxime homini.

CAPVT. 115.

PYgargus, Barthol. in lib. de ppri. rerũ Pygargus ẽ animal mundum quo ad eſum: ut patet Deut. 14. & eſt anial cornutum & barbatũ ſicut hircus, minus ceruo, maius hirco, unde ſimilis eſt hircoceruo, ſed longe minus: quare infra de tragelapho: Ruminat ſicut hircus, & ſindit ungulam, ſicut cerceruus: & eſt animal agreſte magnæ uelocitatis, nemora inhabitat & deſerta. Hugo aũt dicit, quod Pygargus eſt auis parua & depreſſa: unde dicĩt à pige, quod eſt depreſſio. Sed in Deutr. ſupponit pro aĩali quadrupede qđ ẽ ſimile hircoceruo: ut ibi innuit glo. Nec aſpirat̃ ibi prima ſyllaba, unde cum h non debet ſcribi.

CAPVT. 116.

Pygmæi, Bartho. ut ſupra. Pygmæi ſunt hoĩnes parui ſtatura cubitali, q̃s greci à cubito pygmæos uocant. Hi montana Indiæ tenent: quibus uicinus eſt Oceanus: ut dicit Papias. Sed dicit Auguſtinus ſic, Pigmei tamen ſemicubitales ſunt, qui tertio anno perfectæ ſunt ætatis, ſeptimo ſeneſcunt. Dicunt̃ aũt pugnare contra grues, à quibus armati ferro aliquotiens deuincunt̃. De pygmæis aũt dicit Pli. lib. 7. c. 2. Pygmæi ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dotrantes nõ excedentes ſalubri cœlo, ſemperq; uernante, habitant in terra tẽperata montibus oppoſitis ex partibus aquilonis, quos grues infeſtare fama eſt. Qui inſidentes arietum caprarũq; dorſis armati ſagittis uerno tempore congregato agmine ad mare deſcendunt, & oua & pullos gruum pro uiribus deſtruũt & conſumunt. Et hanc expeditionem faciunt ternis mẽſibus: quod ſi nõ facerẽt, futuris auiũ gregibus reſiſtere non ualerent. De pennis aũt earum & ouorũ putaminibus ſibi caſas faciunt: ut dicit idem. Et ſubdit, Ariſtoteles in cauernis uiuere pygmęos tradit.

CAPVT. 117.

POledrus. Albertus in lib. de proprietatibus rer. Poledrus dicitur equę filius ſiue pullus equinus; quoniam diu matris uberibus eſt ſubiectus. In cuius fronte, ut dicit Ariſtote. lib. 7. Inuenit̃ yconamor: id eſt amoris ueneficium quando naſcitur, & lambunt matres equorum lingua & tondunt illud, & mulieres incantatrices prouerbiant ex hoc. Poſterior pars pulli eſt maior parte anteriori, & cum iuueneſcit, creſcit pars ſuperior, & propter hoc erit eleuatio anterioris partis corporis multorũ equorum magis q̃ poſterioris. Et ideo quando eſt pullus poteſt pede poſteriori tangere caput ſuum, quod facere non poteſt, quando peruenit ad etatem. Iſidorus lib. 8. Circa autem pullum equinũ hoc ultimo animaduertas, quia paſſum ſuauem uel durũ, quem aſſueſcit in iuuentute uix poteſt dimittere

dimittere etiam in ſenectute etc. Superius in capit. 54. dictum eſt: & quare, ibidem uide de Equo.

CAPVT. 118.

PVlex Ex libro de naturis rer. Pulices uocati ſũt, eo ꝙ in puluere magis nutriunt. Patet pulicem eſſe uermiculũ nigrũ & minutum quidem, ſed ualde pũgitiuum, maxime autem tempore ęſtiuo & pluuiali. Saliunt autem potius ꝙ̃ uolãt, nocte ꝙ̃ die magis hominem infeſtant. Et niſi uehemens torpor aut ſomnus grauis in membris ſit, ſe tueri non poteſt. Cum quis manum adhibet celerius fuga dilabuntur, nec inueniri queunt.

OPERATIONES.

1 Ex libro ut ſupra. Contra pulices optimum remedium eſt omni ueſpere corpus abſinthio fricare: uł herba eadem cũ oleo cocta corpus perungere.

2 Pulex in duas partes diuiſa, reuiuiſcit.

3 Raſi. Si aqua ĩ qua tribuli cocti fuerint domus roretur pulices omnino deſtruentur.

4 Aqua ſimiliter in qua ruta coquitͤ aut oleander, eos interficit.

5 Auicenna. Ad effugandum pulices aſpgitur domus cum infuſione coloquintide tunc enim ſaliunt & fugiunt: & ſimiliter ex decoctione rubri.

6 Dixerunt autem quidam, ꝙ quãdo ſanguis hirci ponitur in fouea in domo apud eum congregantur, deinde moriuntur.

7 Similiter aggregantur ſuper lignum linitum ex adipe hericij.

8 Item fugiunt ex odore caulis, & foliorum oliandri.

9 Palladius. Pulices fugantur amurca per pauimentum frequenter aſperſa: uł cimino agreſti cum aqua trito: uel cucumeris agreſtis ſemina aqua reſoluto ſepe infuſo.

CAPVT. 119.

PEdicui9. Iſi. Pediculi ſunt uermes cutis: à pedibus dicti: unde pediculoſi dicti ſuut, qbus pediculi in corpore efferueſcunt. Ex libro de naturis rerum. Pediculi dicuntur à numeroſitate pedum: hoc malum ex ipſa hominis carne creatur indubitanter, & tamen inuiſibiliter, hos nonnulli de ſudore hominis, alij de poris et euaporationibus gigni dicunt. Haly. Accidit autem peregrinanti copia pediculorum in corpore propter ſudorem, et puluerem, ac balnei paucitatem.

OPERATIONES.

Haly. Quod cum euenerit corpus peregrinorum uel aliorum cataplaſmetur cũ argento uiuo occiſo cũ oleo: adiuncta ariſtologia longa, mane quoqꝫ balneum ingrediatur, & corpus eius fricatione ualida mundetur. 1

Raſi. Pediculorum generationẽ prohibent uſus balnei & lauacri, pannorum frequens mutatio, proprieqꝫ ut pannus qui carni adheret lineus ſit: huiuſmodi: pediculos interficit argentum uiuũ extinctum, ſi oleo miſceatur, ex oleoqꝫ fila lanea inungantur: q̃ ſuper ſe aliquis appendat, aut ex eis ſe cingat. 2

Auicẽna. Stauiſagria cum arſenico pediculos interficit: & ſimiliter argentũ uiuum extinctum. 3

4 Precipuum remedium eſſe dicitur frequens ablutio corporis etc̄.

CAPVT. 120.

Porcꝰ Ex libro de na. rerū. Porcus ē beſtia ſeua & immunda, & obſcenis locis gratiſſime cōmorat. Actor. Porcus non ruminat, & ideo interim munda ſecūdum legem non reputatur. Mundis & immundis indifferēter ueſcitur, in luto delectatur, roſtro lutū ſuffodit, horrende grunnit: precipue autem uno percuſſo cęteri grunniunt, & quaſi compatientes illuc cōueniunt, ſed ſtatim obliti ſui planctus, ad lutum uel ad cibum redeunt. Fertur autē nullum corpus animalis interius & diſpoſitione & numero partium, ſic aſſimilari humano corpori, ſicut corpus porci. Vnde Phiſici & alij interiora humani corporis inueſtigantes: porcorum interiora quaſi quoddam exemplar inſpiciunt. Ariſtoteles. Porcus octo menſium coit, ſed tunc debile quid generat. Multos filios facit ꝓpter multitudinem ſpermatis, cętera biſulca paucos faciunt: uiuit autem uſq; ad annos. 15. Cum impinguatur coire poteſt oī tempore. Porca pregnans eſt quatuor mēſibus: fertilis eſt in fœtu: parit enim. 20. filios, & lactare non ſufficit: per totum uentrem habet mammillas. Ex libro de na. rerum. Porcus habet poteſtatem cœundi multum præ alijs animalibus: porcæ autē in tantum efferari dicuntur in coitu: ut hominem lanient: maxime candida ueſte indutum. Phiſi. Agreſtes porci tempore coitus bellicioſi ſunt. Et ut habeant durū corium, confricant ſe arboribus, & poſtmodum intrant lutum, deinde lutū illud deſiccant, poſtea prelíantur, tantum, ut ambo, uel unus eorum moriatur.

OPERATIONES

Auicen. Porci ſanguis & hominis ſimi- 1
les ſunt in omni re, ſimiliter & carnes am
borum: ita ut quidam uendiderunt carnē
hominis, pro carne porci: & latuit, donec
in ea inuenti ſunt digiti hominis.
Sanguis tamen porci debilioris eſt uir- 2
tutis ſanguine hominis. Fel porcinū cę 3
teris fellibus debilius eſt: ſolutiuum tamē
mali chimi. Adeps porcinus ualet ad a 4
poſtemata & ad ignis aduſtionem.
Stercus porcinum cum aqua et uino, cō 5
fert ſputo ſanguinis, & dolori lateris.
Item ſtercus ſiccum cum aceto bibitur 6
ad infirmitatem lacertorum. Os cauil- 7
læ porci, ſi comburatur & fricentur eo dē
tes ſolidātur. Locium porcorum prodeſt
albedini oculorum: ſed eius proprietas ē,
ut lapides frangat etc̄.

CAPVT. 121.

Pader, Parias, Preſter. Ex li. de na. rerū. Pader ē ſerpens in Germania ad groſſitudinē humani brachij: colore in uentre aureo, & dorſo uirenti. Huius flatus adeo noxius eſſe dicitur, ut ſi uirgam recēter ceſam ori eius adhibeas, corticem eius flatu ſuo faciet in ueſicas felleas ebullire, ſed & fulgentem gladium ſi ori eius adhibeas, ueneno eum inficit, & uſq; ad ſummum gladij percurrens. Hic cum hominē in pede percuſſerit, uenenum ad cętera mēbra per momentum decurrit: & hoc ꝑnimio excuſſu caloris eiuſdem naturę cuius ignis, qui ſemper aſcendit. Cum autē aſcēdens

dens cor tetigerit, tunc homo cadit, & moritur. Contra remedium eſt: ut homo percuſſus in pede ſuſpendatur in altum per pedes demiſſo capite, ſicq; uenenum nequit aſcendere, ſed inferius locus excidit, & per medicamenta ſanatur. Iſidorus. Parias eſt ſerpẽs, qui ſemper in cauda ambulat, & ſulcũ facere uidetur. De qua Luca. Quo contentus iter cauda ſulcare parias. Idem. Preſter eſt aſpis qui ſemꝑ ori patenti & uaporanti currit. Vnde poeta. Oraq; diſtendens, auidus fumantia p̄ſter. Hic quem percuſſerit diſtenditur, enormiq; corpulentia necatur, exuberatum enim putredo ſequitur. Alexander: Preſter eſt ſerpens fumum exhalans, et in morſu ſuo tumore tantum homini lęſo adducens: ut humana prorſus forma pereat.

CAPVT. 122.

RAna: Iſidorus. Rana à garrulitate uocata eſt, eo ꝙ circa genitales paludes ſtrepit, & ſonos uocis importunis clamoribus reddit. Ex libro de nat. rerum. Ranarum coitus magis eſt de nocte q̃ de die, & in eorũ coitu magna eſt mora, multumq; ſeminis effundũt Ranas habet mare, quæ alas habent. Et omnis piſcis fetus nutrit pręter ranam.

Iſidorus. Ranarum quędam aquaticæ dicuntur, quędam paluſtres, quędam rubetæ ob id: quia in uepribus ſunt grandiores cunctarum. Aliæ calamitę uocantur, eo ꝙ inter arundines et frutices uiuunt, minimę omniũ & uiridiſſimæ mutęq; et ſine uoce ſunt. Ex lib. de natu. rerum. Rana uermis eſt, quandoq; colore uiridis: ſed illa q̃ rubet, deterior eſt, loquax eſt: & aut ledit. In auguſto menſe nunq; poteſt os ſuum pro quolibet miniſterio cibi uel potus uel uocis aperire. Quod ſi manu uel baculo temptaueris, difficulter aperire poteris.

OPERATIONES.

Plin. li. 32. Ranæ iecur geminũ eſſe di- 1
cunt. Item ranæ ſi uiuæ concremẽtur in ol
la, cinis earum cum melle alopitias replet
ac melius cum pice liquida. Ius ranæ in 2
patinis decoctæ tuſſim fertur ſanare.
Vermes nati in homine ranarum tollũ 3
tur felle, prodeſt & febri ranarum fellium
cinis. Ranis ex oleo & ſale decoctis ut 4
ſuccus ſorbeatur thetano medetur. Aui 5
cenna in. ij. cano. Cinis ranæ poſitus ſuꝑ
ſanguinis locum retinet eum. Idem cõ- 6
fert apoſtematibus cordarum iuncturarũ
ſuꝑ effuſus. Ranam cum ſale & oleo de 7
cocta, dicitur eſſe bezahar lepræ ac uermi
um uenenoſorũ comeſta. Ex decocti- 8
one ranæ fluuialis os ad dolorem dentiũ
colluitur & ſedat. Corpus ranæ petro- 9
ſæ & proire pinguedo eius facilẽ facit den
tium eradicationem, ipſa quoq; dentes eij
cit animalium, quando ſumunt eam.

CAPVT. 123.

RAngifer & Roſurella. Albertus in li. de nat. animalium. Rangifer animal ē in aquilõis partibus ṽſus polum articum generatum & in partibus Noruegiæ & Suetiæ: & in his, quæ ſunt minoris latitudinis regionibus generatum. Et dicitur rangifer quaſi ramifer. Eſt enim quaſi de figura cerui, ſed maius de corpore, & robore fortiſſimum, & fuga celerrimũ: tres ordines cornuum gerens in capite, & in quolibet habens duo cornua, ita ꝙ caput ei-

us uidetur uirgulis circumpoſitum: duo es his cęteris maiora habet in loco cornuum cerui, & hęc efficiuntur in beſtia perfectæ quantitatis, aliquando quinq; cubitorum et romanorum uiginti quinq;, duo autem quoq; in medio capitis, quæ ſunt lata in modum cornuum damæ, & ſunt circũpoſita à ramis mutilis & breuibus: duo autem alia habet in fronte. Et cum his omnibus magis pugnat contra beſtias aduerſantes. Iſidorus. Roſurella eſt animal circa aquas habitans: ut frequenter muſtella maius, & pirolo minus. In dorſo ſubruſum, in uentre candidum. In terra facit habitacula: digerit ſtercus odoriferum ualde, et muſco ſimile in odore, ſed impar uirtute, et odoris uiolentia. Viſus hominum fugit, uno tamen in loco ſtercus illud congerit, & hoc mirum in beſtia: quia bonum ſuum preſto omnibus accipiẽdum ponit, quo uideatur bonum non inuidere.

CAPVT. 124.



RAttus, et Sorex Actor. Rattus ſiue glis & ſorex ſpecies ſunt. Et cum ſorici nomẽ muriſcõmunis uulgariter appriatur: econtrarie rattus in medicorũ libris quaſi proprio nomine mus uocatur: unde & medici fimo ratti ad alopicias utũtur: qui tamẽ uidelicet rattus uenenum in cauda geſtare dicitur. Eſt autem rattus duplicis generis ſcilicet terreſtris & fluuialis. Ex lib. de na. re. Rattus eſt murium genus, multo cęteris maius, hi adeo pernicioſi ſunt. cum libidine accenduntur ut ſi eorum urina partem aliquam hominis nudã atigerit carnes eius uſq; ad oſſa putreſcere facit nec uulnus in çicatricẽ ulterius inducitur. Iſidor. Sorex latinum eſt uocabulũ eo q; animal huiuſcemodi rodat, & in modum ſerræ pręcidat.

OPERATIONES.

Belberus. Si domum ſuffumigaueris 1
cum ungula muli ſiniſtra, non remanebit
in ea ſorex. Plini. lib. 11. Aures ſoricis 2
ſunt piloſi. Dioſcor. Fimus autem ſori 3
cis cum aceto tritus, alopicias emendat cũ
rore marino. Tuſus ac bibitus calculos 4
excludit.

CAPVT. 125.

REgulus. Iſi. Regulus ipſe ẽ baſiliſcus ſcilicet ſerpens longitudĩe ſemipedalis albis maculis lineatus. Idẽ et ſibilus dicit̃, quia ſibilo occidit anteq; mordeat uel exurat. Reguli ſicut & ſcorpiones arẽtia queq; ſectãtur: et poſtq; ad aquas uenerit hydrofobas & limphaticos faciunt. Gloſa ſup Eſaiam 14. Regulus ipſe rex ſerpentũ, qui ſolo uiſu et flatu abſorbet uolucres, occiditq; homines. Vnde de Achab & filio eius Ezechia ſic loquitur propheta: De radice colubri egreditur regulus, & ſemen eius abſorbens uolucrem. Eſt autem regulus ſerpens pennatus, unde ubi iuxta tranſlationem noſtrã legitur, uolucrem abſorbens: in hebrço iuxta Hieronymũ legit̃, ſerpens uolans. Actor. Hinc etiam alibi per eundem prophetam dicitur: In terra tribulationis & anguſtiæ, Leęna & leo, ex eis uipera & regulus uolans. Andromachus in libro de confectione tyriacæ. Regulus qui & Baſiliſcus, ſerpens eſt ſubalbidus, ſup cuius caput ſunt tres pilei. Quẽ cum uidet aliquis, paulopoſt moritur, & quando ſibilat moritur qui audit ſibilum eius. Om̃is

quoq;

quoq; beſtia de illo mortuo comedens ſtatim moritur. Et eſt malignior ſerpẽtiũ, nec aptus tyriacæ. Iorath. Regulum ſi quod animal uiderit uel audierit, hydropicum efficitur, & moritur. De hoc autem regulo plenius dicetur inferius in tractatu de auibus.

CAPVT. 126.

RHinocephalus & Rhinoceron. Phiſiologus Rhinocephalus ceruicem habet equinam cum uniuerſo corpore, flam̃is q̃s i ore aſpirat homines pereunt. Iſidor. Rhinoceron grece, latine interpretatur in nare cornu. Idem & Monoceron id eſt unicornus eo q; unum cornu in medio fronte habeat pedum qnatuor, ita acutum et ualidum, ut quicquid impetierit, aut uentilet aut p̃foret. Nam & cum elephantibus ſępe certamen habet, & in uentre uulneratum proſternit. Tantæ autem dicitur eſſe fortitudinis, ut nulla uenantium uirtute capiať. Sed ſicut aſſerunt, qui naturas animalium ſcripſerunt, uirgo & puella proponitur, quæ uenienti ſinum aperit, in quo ille omni ferocitate depoſita caput ponit: ſicq; ſoporatus uelut inermis capitur.

Ex lib. de nat. rerum. Rhinoceros qui & monoceros habere dicit̃ in media frõte cornu robuſtiſſimũ, in longitudine quatuor pedum. Eo q; aduerſus elephantes p̃liatur, naturaliter aluum petẽs, quam ſolã intelligit ictibus ſuis peruiam. Cum autẽ à uenatoribus capitur, ex ſola indignatione ſuperbũ animal moritur. De illo inferius in capitulo unicornus plenius diceť.

CAPVT. 127.

RVtela. Aui. Rutela eſt animal ſimile araneæ q̃ uocat̃ alpheed, & ẽ uenatrix muſcarũ. Species eius ſunt multum ſecũdũ Gale. Eſt enim q̃dam rubea rotuda, quedã autẽ alba rotundũ habens uentrẽ: paruũ os, ſtellata et ipſa eſt acuti dorſi cũ lineis lucidis: quedã uero citrina & piloſa: & q̃dã uuea ſcilicet ad nigredinẽ declinans, q̃dam formicalis, q̃dã ueſpalis, quędã Aegyptiaca. Ex morſu eñ eorũ fit dolor uehemens: et facit accidere dolorẽ capitis uehemẽtẽ, & profunditatẽ ſomnij, & ſuccedit ei mors.

OPERATIONES.

Aui. In cura morſuũ iporũ, adminiſtra 1
ť canõ uniuerſalis de attractiõe & ſuccione: et liniť cũ aq̃ ſalſa, dãturq; tyriacę fini.
Balneũ & tyna uelociores ſũt res in ſedã 2
do dolores eorũ, cũ eñ humectanť in tyna dolor ſedať, et cũ egrediunť ab ea, redit: unde oportet ut iugiter & oi hora balneenť.

CAPVT. 128.

RVbetũ ſiue rubeta. Actor Rubetũ eſt aĩal ac ueneno ſum ranę gen⁹, qđ uulgo craſſã diciť. Ex li. de na. re. Rubeta diuerſis

referta medicaminibus, quando uult deponit ac reſumit: & hæc aſſidue in paſtu facere dicit: Venena uero nũq̃ deponit: ſed tanq̃ arma ſua penes ſe reſeruat. Habẽt gemĩa cornua ueneficiorũ plena. Pli. li.8. Ranę rubetę q̃rũ & in terra & in humore uita eſt, plurimis refertę medicaminibꝰ, deponere ea aſſidue ac reſumere paſtu dicũtur: uenena ſibi tantũ reſeruantes

OPERATIONES.

1 Carnibus ut dicit Iſidorus, earũ in hamũ poſitis p̄cipue purpuras aliti certũ ẽ.

2 Contra uenena marini leporis & rubetæ cinis earũ remedio eſt in aqua potatus.

CAPVT. 129.

Salamãdra. Iſidorus Salamãdra dicta ẽ eo ꝙ contra incendia ualet. Cuius inter oĩa uenenata maxima uis ẽ Ex lib. de nat. rerũ Salamandra quã nonulli comeleontem. id eſt leonẽ terræ uocant. Eſt animal quadrupes, faciẽ habens lacertæ uel: ut dicit Ariſto. faciem habet inter faciem porci & ſimiæ: in igne uiuit, & incendiũ extinguit, p̄fert etiã q̄ndam lanã pallidã: de q̃ contexte zone cõburi non poſſunt. Eſt autem ſplene carẽs et contra omnia animalia. Iecur habet in ſiniſtra parte. In extis quoq; uiſcerũ magna eſt in eo uarietas à ceteris animalibus: macra eſt ualde: quia parum habet de ſanguine. Ideoq; timoroſa eſt ualde, quia diminuitur in ea calor q̃ eſt incẽdiuus audacie. Color eius uarius ẽ ac p̄ momẽta mutabilis. Oua gallinarum more gignit & eiꝰ fœtus p̄ducit In hoc autem genere non eſt maſculus neq; femina ſed omnes gignũt.

Alexander papa (ut fertur) Ex huius animalis lana ueſtimentum habuit quod cum ad mundiciam aliquando lauari deberet, non in alijs aquis abluebatur, niſi ꝙ in ignem proijciebatur, & per ignem candeſcebat. Plini. 29. Panis coctus lingnis à Salamandra contactis, interficit.

OPERATIONES.

1 Dioſcor. Salamandræ uirtus ſtiptica, ẽ & calida, recteq; miſcetur medicaminbus ſtipticis, & inprobos capillos qui ſunt in palpebris amputat.

2 Seruatur autem ſic, caput et pedes ei tolluntur ſicq; quod remanet in melle mittitur & cũ opus fuerit in uſum aſſumitur.

3 Plinius. 32. Teſtudinis marinę carnes admixtę ranarum carnibus, preclare contra Salamandras auxiliatur.

CAPVT. 130.



SAura & Stellio. Iſido Saura lacertus eſt, qui quando ſeneſcit excęcantur oculi eius. Et itrat in foramen parietis aſpicientis contra orientem, & ortum ſolis in tendens illuminatur. Rudolphus ſuper leuiticum. Stellio & lacerta ſunt animalia infirma, malicioſa tamen & reptilia uenenata. Ex lib. de naturis rerum. Stellionis uenenũ mortiferum, & contra illud remediũ fit ex triſtis carnibus ſcorpionis. Plinius lib. 30. Stellione nullum animal fraudulentius: hunc inuidere homini tradũt, & inde ſtellionum nomen in malum eſſe translatum dicunt. Sic eum capiunt. Eſtatibus obſeruant cubile ipſius, quod eſt in locis boſtiorum uel cardinibus feneſtrarum, aut in cameris uel in ſepulchris. Ibi uere incipiẽte fiſſis harũdinibꝰ texas apponũt caſas, q̃rũ ãguſtijs etiã gaudet eo faciliꝰ exuẽs torpore circũdatũ, ſed eo relicto rẽeare nõ põt.

Operationes

OPERATIONES·

1 Gual. id eſt ſtellio, longam habet cau=
dam, & paruum caput non eſt lacertus.
2 Caput etiam & corpus eius ab illo ſunt
diuiſa, ſed fortaſſe proximus ei eſt in natu
3 ra. Caro eius multũ calida eſt. In ipſo ẽ
uirtus extrahens ſurculos & ſpinas.
4 Sãguis eius ualet albugini oculorum.
5 Adeps eius fortiter impinguat. Stercus
eius tritum eradicat uerrucas;

CAPVT. 131.

Sanguiſuga. Ex lib. de nat. rerũ. Sanguiſuga eſt uermis aquatilis oſſib⁹ carẽs, & pedibus ac pẽnis: hominẽ impedit ac beſtias, ut ſanguinem eorum ſugat, cuius ſacietate nimia mortem ſibi ſepius accerſit. Os habet ad modum trianguli. Vnde & uulnus relinquit. Cunq; carni adhęreſcit, quanto magis trahitur, tãto fortius inſidet, donec rumpatur. Itaq; ſanguinem putridum ex trahit & alium ſanando ſeipſum occidit. Quidam autem his uermibus minus ſapienter ad ſuperfluum corporis ſanguinem hauriendũ ſe p̄bent, niſi corruptiõem, nimiam inſenſiãt. Nam in homine ſano nobiliorẽ ac bene digeſtum ſanguinẽ extrahunt. Meliores ac minus nociuæ dicũtur illæ, quæ rugatæ ac lineatæ in dorſo ſunt: deteriores uero ſunt q̃ nigræ. Sanguiſuga cum urticis ac tribulis pungitur, ut uenenũ euomat: ſcilicet quod in beſtijs, aut bufonibus, aut ſerpentibus aquaticis hauſerit. Auicenna in ſecundo canone. Aliquando quędam aquæ ſanguiſugas habẽt paruas, quarũ occultatio difficile facit ab eis cauere, ideo deglutiuntur: & aliquando pendent in manifeſto gutturis; quãdoq; in interiori parte meri: quandoq; perueniunt ad ſtomachũ. Cũq; diu morat̃, ſugit ex ſanguine quantitatem magnã: ſicq; creſcẽte illius corpore quãtitas eius apparet. Ei ergo quo ſuſpenditur, accidit anguſtia & triſticia, ac ſputum ſanguinis.

OPERATIONES.

Auicẽ. in li. de na. re. Quandoq; quidẽ 1
curatur cũ medicinis gargariſmorũ, ſi fue
rint prope guttur. Cũ eius uero quę uo= 2
mitu ex ſolutione uermes educunt: ſi fue=
rit ſtans in profundo & in ſtomacho.

CAPVT. 132.

Scrabrões. Iſidorus. Scrabrones à cabo: id eſt caballo uocati ſũt: eo ꝙ ex eis creẽt. Sicut aũt Scrabrões naſcũtur de carnibus equorũ putridis: ita ex eis iterum ſepe naſcuntur ſcarabei, unde cognominati ſunt, ut infra in tractatu de auibus latius aget̃.

CAPVT. 133.

Salpiga, Scitalis, & ſeps. Iſidor. Salpiga, uel ſalpinga, ſerpẽs ẽ q̃ non uidetur. Idem Scitalis dicta eſt, eo ꝙ tanta tergi

uarietate p̄fulget, ut notarum grana retar det aſpicientes: & q̃ reptando pinguior ẽ, quos aſſequi non ualet, miraculo ſui ſtupẽ tes capit. Tanti autem feruoris eſt, ut etiã hiemis tẽpore exuuias corporis feruẽtis exponat. De quo Luca. Et ſcitales Perſis etiam nunc ſola pruinis exuuias poſita ſu as. Solinus. Scitalis hiemales exuuias pri ma ponit. Iſid. Seps eſt exiguus ſerpẽs: q̃ non ſolũ corpus, ſed & oſſa ueneno cõ ſumit. Cuiꝰ poeta ſic meminit: Oſſa ꝗ diſ ſoluens cum corpore tabificus ſeps. Idem ſeps eſt tabifica aſpis: qui dum momorde rit hominem ſtatim eum conſumit: ita ut liqueſiat totus in ore ſerpentis. Lucanus. Parua modo ſerpens ſed quaſi nonnulla cruentæ mortis habet tantum. etc̃. & poſt eripiunt omnes animam, tu ſola cadauer.

CAPVT. 134.

Situla, Spuẽs, & Syrena. Ex libro de natur. rerũ. Situla ſerpẽs ẽ paruus, et malicioſus, qui hominẽ ſiti interficit: hic tanta uarietate refulget, ut intuentes pulchritudine retardet, & quem natura dedit reptando pigriorem, miraculo ſtupentes detinet, quos aſſequi non ualet. Eſt autem tanti feruoris, ut in hieme pellẽ deponat: huius morſu qui tangitur, igneo correptus ardore ſuccenditur. Actor. Situla genus eſt aſpidis, quod grece dicitur dypſa. De quo plenius dictum eſt ſupra. ca. 51.

Auicenna. Spuens dicitur quidam ſerpens, quia ſputo ſuo interficit illud ſuper quod cadit: ꝗ ſcilicet ſputũ proijciunt dentes eius cõſtricti ſuper alios. Odor etiam ſputi ipſius interficit. Longitudo eius eſt uſqꝫ ad duos cubitos, & color eius cinericius ad citrinitatem declinans: & illũ quẽ mordet, interficit ante ꝙ redeat. Quẽ eñ mordet, ſine ſenſu remanente & ſine motu, quietus & profunde dormiens poſt ſal tos continuos, & clauſionem oculorũ & torſionem colli, & ſpaſmum & pulſum in ordinatum, et non ſentit dolorẽ inteſtino rum, & intromittit digitos in guttur ſuũ, ut euomat.

Iſidor. Syrenæ ſunt in Arabia ſerpẽtes cum alis, q̃ plus currit ꝙ equi, ſed etiam uo lare dicuntur. Quarum tamen uirtus eſt, ut morſum ante mors inſequaẽ, ꝙ dolor.

CAPVT. 135.

Simia. Ex lib. de natur. rerum. Simia ẽ beſtia cõdẽſa uillo, ĩ exteriori bus membris ſup oĩa animalia ſimilaẽ homini corporis diſpoſitione: interius autem nullam cũ homine diſpoſitionem habens: communem autem animalibus minorem, ergo omnes feræ beſtiæ mammillas habent in poſterio ri contra renes, ut eas inferius poſitas fœtus attingere poſſint, & promptas habere cum uelint. Homo uero & ſimia habent eas in pectore: quia natura dedit eis manꝰ abiles ad omnem actum, quibus eleuare poſſint fœtus à terra, & aptare illos ad ubera: hoc autem illi de eſt humani corporis, quia caret umbilico, uirga quoqꝫ maſculi, eſt ut uirga canis. Calcaneum habet in pedibus, & propter hoc erigiẽ ut homo, ſtat, & currit quando ꝗ, ſed hoc non poteſt, niſi modice: quia natura beſtiam hanc cõdidit in faciem eſſe proſtratam. Nam ſolus homo naturaliter erectam habet ſtaturã. Hęc beſtia geſtu inquieta ẽ, morſu ferox, cauda caret et prętcteris animalibus guſtu uiget.

uiget. Nuces & poma libēter comedit,ſed cum in eis amarum corticem reperit, totū proijcit,ſicq; propter amarum dulce reſpuit. In India dicit Plini. eſſe ſimias toto corpore candidas. Alexander. Simia domeſtica dominum ſuum agnoſcit, poſt multa reuertentem annorum curricula. Ex lib. de nat. rerum. Simia ad omnem ludum docibilis eſt,& ad ferocitatis obliuionem: nunq̈ tamen ſic eſt manſueta, ut non ſit rabida, libenter cum pueris ludit,& ſi copia data fuerit, eos aliquando ſtrāgulat. Si quis eam leſerit diu contra eum rācorem cuſtodit. Ingenio pollent: & emulantur quicq̈d uident, unde facilius incidūt in manus uenatorum, habitant autem in arboribus uel rupibus. At ubi eas habitare uenatores uiderint acceptis calciamētis hominum uadūt,& ſedet in locis ubi ab illis uideri poſſunt, induuntq; calciamenta illa pedibus ſuis ac diligentius ligant, et poſt hoc exuētes: ea ſub arbore reliquunt & procul abeunt: tunc ſimiæ deſcendentes, quod eos facere uiderunt, imitantur, ſicq; calciatæ capiuntur. Iſido. Simiæ nomen grecum eſt id ē preſſis naribus: unde ſimias dicimus, eo ꝙ ſuppreſſis naribus ſint, & facie feda.

CAPVT. 136.



SCorpio. Ex lib. de natur. rerū. Scorpio blādū & quaſi uirgineum dicit' habere uultum, ſed habet in cauda nodoſa uenenatū aculeū, quo pungit & inficit proximantē. Ferit autem obliquo ictu et inflexo, nulloq̈ momento meditari ceſſat & occaſſiões inuenire feriēdi, hoi aūt ab eo pcuſſo putatur remedio eſſe cinis eius potatus cum uino. Solus inſectorū ſcorpio caudā habet. Duos habet aculeos (ut dicit Ari.) Terra uiuit, & in uere ouat, & in autūno ſimiliter. Pariūt uermiculos ouorum ſpecie: q̄s cum parens deuorare uoluerit, illi immunes ſunt q ſe clunibus matris imponunt. Porcus niger ſi a ſcorpiõe pcutit' pcul dubio morit'. Alterius uero coloris porcus euadit q̄nq;, nō ſemp. Iſi. Scorpio uermis eſt terrenus, q potius uermibus aſcribitur, non ſerpentibus. Gloſa ſuper Lucā: Ecce inquit, dn̄s dedit nobis poteſtatē calcandi ſup ſerpētes & ſcorpiones. Sunt eñ ſcorpiones, q cauda inſidiant' occulte: ſerpētes qui dente ledunt aperte. Ipſorum uenenatus aculeus retro eſt timendus.

OPERATIONES.

Palladius. Scorpiões exiſtimāt aliq poſ 1
ſe fugari: ſi aliq ex eis urātur in medio do
mus. Aui. in. ij. cano. Sputū hominis ie 2
iuni ſcorpiones interficit. Item rapha 3
nus ſcorpiõi aduerſat' ita ꝙ ſi fruſtū rapha
ni imponat' ſup eū, morit'. Eius etiā aqua
in hoc experta eſt: & fortior eſt: ſi ſcorpio
momorderit, aliquem qui raphanū come
derit, nec ei nocebit. Auicēna in. iiij. ca 4
none. Scorpionis punctura curat' p canones communes, & per uaporationem cum ſale & milio & ſimilibus.

CAPVT. 137.

SEta, Simulatas & Solifuga. Ex lib. de na. rerū. Seta ē ṽmis (ut q dā dicūt) ſerpens à re nomē habens. Eſt enim tenuiſſimus inſtar ſetæ, fere cubitalis longitudine, durus & albus, nihil differens utraq; extremitate, quippe cui caput non eſt: ſed ſerpit utrobiq;: hic in aquis corruptis nec tamen fœtidis naſcitur, adeo durus eſt, ꝙ uix pede

conteri poteſt. Huius ueneni tanta uis eſt, ut ab homine potu hauſtus, elanguere eũ & tabeſcere faciat, donec eum diro crucia tu uitam exuat. Ex Papia: Simultas eſt proprie uermis in capite arietis, qui dũ mouetur, facit eum repedare. Ex eodem. Simultas eſt uermis in capite animalis cornua habentis: cõmouens eum ad feriendũ cornibus. Iſidor. Solifuga eſt a mus araneus. Solinus: Sardinia quidem abſq; ſerpentibus eſt, ſed quod alijs locis ſerpens ẽ, hoc eſt ſolifuga ſardis agris, quæ occulte reptat: & per imprudentiam ſuper inſidẽtibus peſtem facit, huic incommodo accidit herba ſardõia: quæ de fluuijs fontanis prouenit largius iuſto. Hęc ſi edulio fuerit ueſcentibus neruos contrahit: deducit ora rictu, ut qui mortẽ intereant, facie uelut ridentium, etc.

CAPVT. 138.



SPoliator ac ſtella colubri. Ex lib. de na. rerũ. Spoliator colubri eſt uermis coloris aurei: qui etiam uirorẽ ad umbram habet: hic paruus & inualidus cum ſit anguem aſtutia decipit: & inde nomen accepit. Nã ubi colubrum ad ęſtum cubare uiderit, ꝑ caudam eius aſcendens ad caput tranſcurrit. Eumq; prius quaſi fricando permulcet, et demum morſibus carnes eius aggreditur: anguis lęſa fugit, perſecutor inſequit̃, ac lœtali morſu inſiſtit, donec interiora cerebri penetret ac perempti carnibus ſatietur hic à quibuſdã uermis aureus dicitur. Dicit aũt Ariſtot. de uermibus coloris aurei, ꝙ quando nati ſunt, primo à parentibus cibantur, deinde ſine cibo permanẽt diebus multis, & ita iacent immobiles, ut mortui uideantur. Poſt tempus autem à natura ꝑfixtum reuiuiſcunt, ſibiq; prouiſuri ad paſtum ſurgunt. Ex lib. ut ſupra. Stellæ figura uermis eſt, qui nocte ut ſtella lucet, nunꝙ niſi magnis imbribus prouenit, & ſerenitatem adeſſe ſignat: huius tantus rigorẽ ut ignem tangẽs, non alio modo ꝙ glacies extinguat: huius ſanie ſi caro hoĩs cõtacta fuerit, capilli defluunt. Idq; quod cõtactum eſt, colorẽ in uirorem mutat. Hi uermes nil gignũt, nec ẽ ĩ eis mas uel femina.

CAPVT. 139.



TAlpa. Ex lib. de nat. rerũ. Talpa eſt anĩal paruum, nigrum, & cęcũ, de terra genitũ, compilata & lutulẽta, sed corrupta. Hui9 pellis multorum pilorum eſt & ſuauis ualde, ſed teterrimum colorem habet. In terra habitat, uermium eſca uiuit, in ſame quoq; terram comedit. Rudolphus. Talpa eſt animal cęcum, quod dicunt ex terra ſimul ac pluuia creari. Iſidorus. Talpa dicta eſt, eo ꝙ perpetua cecitate tenebris dãnata ſit. Eſt enim abſq; oculis, ſemper terrã fodit, & humum egerit, & radices ſubter frugibus comedit, quam gręci afflata uocant.

OPERATIONES.

Talpa combuſta in puluerem et ſparſa cum albugine oui ſuper faciẽ, remediũ eſt contra lepram. 1
Sanguis eius ſuꝑ caput pilis nudatum declinatur, pilos redire cogit. 2
Actor. Fertur etiam ꝙ cinis talpę cõbuſtæ ualet contra fiſtulam, uidelicet ad eius putredinem conſumandum. 3
Haly Sorices magni talpe ſi ponantur ſuꝑ ſcorpij percuſſionem ſanat. 4

talpa. topo — aſpalax.

CAPVT. 140.

TAurus. Ex libro de natur. rer. Taurus ē animal robuſtū, & inter om̄es beſtias ſociales ſatis manſuetum, p̄terq̄ ad eas, q̄ rapacitate cęteris aduerſantur: hi ſimul adunatæ creberrime pugnant. Et in preliādo linguas exertas habent, dentibus nil agūt, ſed tamen cornibus, frontem habent ualidam ad omne prelium, mēbraq̄ in eis fortiora, ſunt caput & collum: propter hæc iuga ligantur eis in capite, & in humeris, ſicut equis.

OPERATIONES.

1 Eſculapius. Tauri cornu ſerpentem fugat, & ſanguis eius, eos interficit: maculas quoq̄ faciei delet.

2 Fel eius cum melle & balſamo, oculorum uicia curat.

3 Sepum eius cum reſina & cera, duricias omnes mollit.

4 Medulla eius cum uino temperata, tremuloſos curat.

5 Fimus eius tūores atq̄ duricias ſoluit.

6 Auicenna. Fel taurinum confert ulceribus in aure recentibus.

7 Etiam ulceribus ani. Fitq̄ ex eo linimentum ad dolorem matricis.

8 Dioſcorid. Fel taurinum mixto felle hircino ſquinanticos curat.

9 Vulnera & cicatrices ſanat, mixtum lacti dolores aurium mitigat, pluſq̄ mixto lacte mulierum.

10 Sāguis taurinus diaforeticus eſt & malacticus. duricies ſoluit, & cataplaſma adhibitus medetur etc̄.

CAPVT. 141.

TArādus ē anīal (ut dicit Plinius) cuī magnitudo bouis eſt, caput maius ceruino, nec abſimile: cornua ramoſa, ungula bifida, uillus magnitudine urſorum. Cūq̄ libuerit ſui coloris eſſe, aſino ſimilis eſt Tergori tanta duricia eſt, ut toraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, florum, fruticū, locorumq̄ reddit, in quibus metuens latet, ideoq̄ raro capitur. Hoc ergo animal Scytharum mutat colores: nec aliud ex his, quæ pilo ueſtiūtur, niſi in Indis lycaon, cui iubata traditur ceruix. Nā thoes, quod eſt luporum genus longitndine procerius, breuitate crurum diſſimile, ſaltu uelox, uenatu uiuens, innocuum homini, habitum non colorem mutat, p hyemes hirtus, ęſtate nudus. Actor. Hoc animal quod Plinius uocat tarandum, idem eſſe ęſtimo: q̄ iuxta Solinum uocauit parandrum, quod uitio ſcriptoris attribuendum puto, & quæ debeat eſſe litera capitalis, ſcilicet utrum p uel t in certū habeat.

CAPVT. 142.

TAxus, in lib. de na. rer. Taxus eſt animal magnitudine uulpis habet crura breuia, nec iutroq̄ latere equalia, ſed in ſiniſtro

breuiora,unde ſit in foliculas rotæ quas attritione currus faciūt,poſitis pedibus dextri lateris ualenter currat,ſicꝗ ſuos perſecutores effugiat. Pellem habet uilloſam et ſatis rigidam, albis nigriſꝗ pilis contextā Iſid. Taxus eſt animal agreſte,magnitudinem fere uulpis habens in corpore,ſed humilioris ſtaturæ:ꝗa tibias habet curtas. Pilum habet griſei coloris,cutē durā atꝗ ſordidiſſimam dentes acutos. Et cum à canibus uel cęteris aníalibus infeſtatur,ſeipm̄ reſupinat,& dētibus pedibuſꝗ repugnat. Fertur autem huic uulpes quodammodo eſſe contrarias. Vulpes enim nunꝗ ſibi foueam parant,ſed foueam taxi per dolū occupant. Cum enim eum exiſſe indeſcit,ad introitum uadit & ibi ſtercorat: ſicꝗ taxo propter immunditiam locum deſerente, uulpes eum occupant.

OPERATIONES.

1 Ex li. de na. rerū. Taxi ſagina luna creſ
cente augetur,decreſcente minuitur:ita,ꝙ
ſi occidatur in ultimo lunæ defectu nō in
uenitur. Huiuſmodi ſagina conficiuntur
unguenta,quibus ſedantur renū dolores,
membrorumꝗ lęſiones: & hoc mirū ꝙ be
ſtia licet ex una parte ſit medicinalis,mor-
ſus tamen eius plerūꝗ grauiſſimus eſt &
exitialis:ſed huius ratio ē, quia uiuit ſcra-
bonibus & animalibus, q̄ in terra repunt
ac uenenifera ſunt:ideo ꝙ dentes eius infi
2 ciūt. Eſculapius. Adipe taxi inuncti fe
3 brientes ſananť. Cerebrū eius cum oleo
4 coctū omnes dolores curat. Eiuſꝗ teſti
culi cum melle cocti, libidinem accendūt.

CAPVT. 143.

TRagelaphus et traglodyta. Iſido. Tragelaphi à greco nominati ſunt qui cum eadē ſpē ſint ut ceruí, uilloſos tamē habent armos ut hirci,& prolixis mēta hirſuta barbis:qui non alibi ſunt ꝙ circa Phaſidem. Pli. Tragelaphus eſt eadem ſpecie cum ceruo barba tantum & armorum uillo diſtans quem tragelaphō uocant:nō alibi ꝙ iuxta Phaſin amnē naſcens. Helynādus. 11. lí. Dictus eſt tragelaphus quaſi hircoceruus. Nam tragos hircus, laphos ceruus. Eſt autem quantitate & forma ceruo ſimilibus: ſed uilluſos habet armos ut hircus.

Ex libro de naturis rerum. Traglodyta ſola inter beſtias deiectis cornibus obliq̄ ceruice paſcitur: ut magis uideatur herbā ſic ore attractam ſecare, ꝙ aliorum animalium more carpere:habet enim cornua lōga per decliuum capitis & maxillarum ad terram uſꝗ dependentia, quæ prohibent eam in terra iuxta morem paſcere.

CAPVT. 144.

TEredo. Bartholome. in lí. de proprietatibus rerū. Teredies uocāt greci lignorum uermes:eo ꝙ terēdo edant. Ex humore autem corrupto ī arboribus derelicto ſub corticibus arborum, & in medullis generantur. Maxime autem in arboribus generantur:quādo inoportuno tēpore arbores reſecantur uel plantantur:& hoc eſt in plenilunio potiſſime. Teredo itaꝗ ligni uermiculus in ſubſtantia eſt molliſſimus, & inde tamen corrodit & comminuit duriſſima lingua & ſubtiliorem puluerē, ꝙ poſſit tinea facere.

CAPVT. 145.

Tinea

Tinea Bartholo. in li. de proprie. rerũ tinea ẽ ueſtimentorũ ṽmis dicta, eo ꝙ teneat: et eo uſq; ueſtibus inſidat ꝙ corroda, & ex ueſtium corruptione gignitur, qñ ſcilicet ueſtis aliquãdiu in aere groſſo cõprimit̃, nec uentu ꝓfunditur et in puro aere libere nullatenus explicat̃: inſenſibiliter aũt pãni ſuperficiẽ cõſumit: & cũ ſit ſenſibile animal infra panni ſubſtantiam ſe occultat, ꝙ uix unꝗ uideri oculis ſe permittit.

OPERATIONES.

1 Amara & odorifera tineę fugiũt ad ueſtes reſperſa, talibus de facili non accedũt.
2 Et ideo folia lauri, cedri & cipreſſi et huiuſmodi impoſita in ciſtis, uel ueſtes ibi repoſitas, & libros corrumpi à tineis non
3 permittunt. Conſtan. Eſt quædam ſcabies capitis, quæ propter ſuam tenacitatẽ et adherẽtiam tinea eſt dicta. De qua quere infra ĩ tabula de infirmitatibus quomodo ſit curanda.

CAPVT. 146.

Tyrꝰ. Ex libro de naturis rer. Tyrus eſt ſerpẽs in partibus Hiericho circa ſolitudines Iordanis, infeſtus auibus et animalibus maxime ouis auium quæ cum ipſis auibus comedit. Huius carnes cõfectæ cum quibuſdam admixtis, omne toxicum uenenum expellunt: ꝙ confectionem tyriacum dicunt. Ferunt autem nõnulli hunc ante paſſionem Chriſti nullum habuiſſe remediũ maximeꝗ fuiſſe hominibus infeſtum. Ipſa uero die paſſionis unum ex eis infeſtiſſimum circa partes Hieruſalem caſu fuiſſe comprehenſum, & Chriſti latus fuiſſe cruce ſuſpenſum, atꝗ ex illo die totum illud ſerpentis genus accepiſſe uirtutem cõtra omne uenenum. Actor. Tyrus idem eſſe fertur, quod uipera. Nam & autores in medicina loquentes de carne ſerpentina uel tyriaca conficienda raro uel nunꝗ de tyro ſub hoc nomine faciunt mentionem, ſed de uipera. A tyro uero denominatiõe dicitur tyriaca.

OPERATIONES.

Auicenna in can. 5. Tyriaca affarath id 1
eſt à morte liberans ſublimior eſt medicinarum compoſitarum: propter multitudinem ſui iuuamenti: proprieꝗ in uenenis, quæ ſunt ex puncturis uł morſibus, ut ſerpentium, & ſcorpionis, & canis rabioſi. 2
Ex lib. de natu. rerum. Tyriaca cum ex tyri carnibus admixtis quibuſdam ſit confecta om̃e aliud uenenũ extinguit, ſed cõtra uenenum ipſius tyri nihil prodeſt.

CAPVT. 147.

Tigris Iſid. Tigris uocata ẽ ꝓpter uolucrem fugã: ſic eñ nominãt Perſi & Indi ſagittam. Eſt beſtia uarijs diſtincta maculis, uirtute & uelocitate mirabilis: ex cuius nomĩe Tigris fluuius appellatur, eo ꝙ rapidiſſimus ſit omnium fluuiorum.

Phiſiologus. Eſt autem tigris animal ſęuiſſimum & incomparabili rabie ſeuiens,precipue, quando raptis catulis inſequitur uenatores.

Plinius. Tigris totus fœtus, qui ſemp numeroſus eſt,ab inſidiatore rapitur.

CAPVT. 148.

TOrtuca, & Taranta. Ex libro de naturis rer. Tortuca de genere ſerpentium quidam eſſe uolunt, ueneno quidem in uita caret,ſed nequaquam poſt mortem. Nam renes eius (ut dicit Ambroſius) ſi quis poſt mortem nudo pede calcauerit, ueneno ſtatim inficitur. Eſt autem duorum pedum, caput habens ut bubo,caudam ut ſcorpio duobus ſcutis duriſſimis, quaſi teſtis tegitur quibus adeo ſe induit,ut difficulter etiam ualidiſſimis ictibus pimi poſſit: Ouat ut gallina, ſed oua eius ad comedendum ſunt nociua. Tortuca femina (ut dicit Ariſtot.) non habet niſi unã uiã exitus ſuperfluitatis: ꝗuis habeat ueſicam contra omnium animalium naturam habentiũ plumas,aut ſquamas,aut corticem. Nam iſta omnia non habent ueſicam. Actor. Tortuca dicitur & teſtudo, quia teſte tegminibus adoperta eſt in cauernæ modum, harũ plurimæ ſunt aquaticæ, de quibus iam dictum eſt. Quędam uero terreſtres, q̃ & ſilueſtres dicunt: nec ſunt uenenoſæ, ſed ab hominibus comeduntur. Phiſiologus. Tarantæ ſerpentes ſunt modicæ quantitatis, à quibus puncti uehementer anguſtiãtur. Et niſi tyriaca eis ſubueniatur, quandoq; anxietate moriuntur.

CAPVT. 149.

TRoglodytæ. Albert. Ex lib. de na. animaliũ Troglodytæ, ſũt animalia quedã lõgiſſima habentia cornua à capite ante mãmillas uſq; ad terram deſcẽdẽtia: ceruices aũt lõgiſſimas: et ideo incuruata et inflexa ceruice longitudine capitis, & cornuũ in terra poſitis, ita ꝙ frons tota in terra iacet, paſtum contra omnem morem ſumentia: qa aliter paſci non poſſunt propter ſuorũ lõgitudinem cornuũ. Et ideo paſci nõ poſſunt, niſi longis herbis, q̃ potius ſecare uidentur, ꝙ̃ à radicibus mordere, ſicut alia animalia faciunt.

CAPVT. 150.

VAcca. Ariſtot. Vacca ẽ anial mãſuetũ, & iracũdiæ paucæ: multæ uero inſipientię. Huius renes ĩ aſpectũ quaſi cõpoſiti ſũt ex pluribus paruis renibus: uentres habet multos, ut cibi cõpleantur uſus: & ꝙ diminuitur ex eo propter digeſtionẽ habet uentrem poſt alium. Primus ergo uẽter cibum recipit crudũ: ſecundus digeſtũ: tertius iam digeſtione melioratum: quartus uero bene digeſtum. Cornua uaccæ, ſi caleſiant in omnem partẽ declinãt. Cornua feminarum

minarũ ſũt fortiora cornibus maſculorũ.

OPERATIONES.

1 Aui.in.2.ca. Vaccinũ fel fortius ẽ cęte
2 ris fellibus q̃drupedũ. Ponit in empla/
ſtris ad uulnera, quæ ſunt heriſipila: dolo
3 riſq; uehemẽtis. Crura uaccina id eſt oſ
ſa crurũ aduſta, fluxum ſanguinis abſcin-
4 dunt & ſolutiones uentris. Stercus uac
cinũ eſt ex his, q̃ dantur pulmoni & ptiſi,
& ſimilibus. Ex eo fit emplaſtrũ ſuper cia
5 tiam. Itẽ cũ aceto ſup exituras calidas
poſitũ, ſedat eas. Cõuenit etiã apoſtemati
6 bus, quę poſt aures ſunt. Colla de corio
uaccino linita cũ aceto ſup impetiginẽ &
ſcabiem excoriabilem, cum non eſt uehe/
7 mentis profunditatis, cõfert. Similiter
& linita cũ melle & aceto ſup uulnera adu
ſta & lota ualet ad curationem lendium.
8 Haly. Sãguis uaccæ ſi ſuper uuluus in
fundatur, ſanguinem ſtringit. Ariſtote.
9 Vaccæ cornua ſi calefiant, in omnem (ut
dictum eſt)partem declinant: et ſiquidem
unguantur cum oleo ac pice, ualent cõtra
10 pedum & contra niuis nocumentũ. Pli
nius libro. 28. Vaccinum etiam iecur cyli
acis atq; diſentericis medetur.

CAPVT. 151.

VEruex. Ex libro de natur. rer. Veruex ſiue aries, habet cornu a inmodũ circuli replicata, qbus gregẽ defẽdere re nititur. Ex naturali feritate dextro pede terrã percutit, qñ iraſcitur, aut ſtupet uel timet: & hoc maxime amoris tempore. Per dimidium annũ iacet, ſuper unum latus, & per dimidium ſuper aliud. Iſidorus. Veruex a uiribus dictus eſt, quod cęteris ouibus ſit fortior: uel eo q; ſit uir, id eſt maſculus, uel q; uermes in capite habeat. Quorũ excitati pruritu, ſed inuicem concutiunt, & pugnãtes cum magno impetu feriunt.

OPERATIONES.

Adeps ueruecinus, ſimilem habet uir- 1
tũtem porcino. Stericas aut ani cauſas 2
utiliter curat, & combuſtis opitulatur.
Fel ueruecinum lanis adhibitum, & in 3
umbilico pnſitum, uentrem ſoluit infanti
um Fimus ueruecinus cum aceto ut ca- 4
taplaſma impoſitus, maculas nigras emẽ/
dat, naſcentes clauos corporibus tollit.
Ignem ſacrum impoſitum curat. Cum 5
cera & oleo mixtus, combuſtionibus me
detur.

CAPVT. 152.

VEſõtes. Albertus in lib. de natu. animalium. Veſõtes animal ẽ boui ſimile, collũ habẽs ſetoſum, & iubas ut equus tã immanis pernicitatis & truculentiæ: ut captum domari uix, uel nunq; poſſit.

CAPVT. 153.

VItul9. Iſido. Vitulus & Vitula a uiriditate dicti ſũt id eſt a uiridi ętate ſicut uirgo. Vitula ergo parua eſt, & nondũ

enixa. Nam enixa iuuenca eſt aut uacca: Iuuencus autem dictus, eo ꝙ iuuare incipiat hominum uſus in excolenda terra: uel quia apud gentiles Ioui ſemper niſi iuuencus immolabatur nunq̄ taurus. Nam in uictimis etiam ętas conſideratur. Ariſtoteles. Vituli poſt unum annum caſtrādi ſunt, alioquin parui erunt: caſtrati uero diutius uiuunt.

OPERATIONES.

1 Plinius in libro.28. Omnes quidem medullæ molliunt, explent, & calefaciunt. Inter cęteras autem laudabilis eſt uitulina.

2 Seuum quoq; uitulinum capitis ulceribus cum ſale datum laudatur utiliſſimū. Podagricis quoq; prodeſt, & articularijs morbis.

CAPVT. 154.

Vipera. Auicenna. Viperæ ſunt ſerpētes habētes capita plana & lata, collum minutū ac ſubtile ualde, q̄rum caudæ curtæ ſunt, ſtrepitum facientes ac ſonitum in exceſſu. Capiuntur autem à medicis in fine ueris & principio eſtus, ut inde trociſci fiant: quibus tamen non om̄es cōueniunt uiperæ ſed flauæ, & de flauis fœminæ. Item in.2. canone. Viperæ poſt hyemem de cauernis egrediētes, oculos ſuos ſuper feniculū fricant, ut illuminent. Vrina hominis utiliter effundit̄ ſup morſum uiperæ, proprieq; uiperæ petroſæ. Ex lib. de naturis rerum. De uipera dicit Phiſiologus: ꝙ habet faciem humanā uſq; ad umbilicum, ab umbilico uero uſq; ad caudā Crocodilli figuram. Meatus digeſtibilis quaſi foramen acus eſt. Et ideo more uiperarum cęterarum concipere nō poteſt, ſed tantum per os.

OPERATIONES.

Dioſcorides. Adeps uiperinus ſuffuſi- 1
ones oculorum, & obtuſiōes, & caligines mixta cedria tanti ponderis, & melle actico & oleo ueteri curat. Alarumq; pilos in unctis naſci non ſinit.

Ex libro de naturis rerum. Viperæ ua- 2
lent contra omnium ſerpentium ictus: ut dicit Plinius.

Tunica eius quem proijcit cū innouat̄ 3
in uino cocta, dentibus et oculis medetur. Adeps eius caliginem oculorum tollit.

CAPVT. 155.

Vnicornus & uarius. Iſidorus. Vnicornus ē animal paruum, ſed corporis fortitudinem habens, crura breuia ad ſuam magnitudinem, ferrum non timet, in excelſis montibus uaſtiſſimiſq; ſolitudinibus commoratur: ut ſupra latius habetur.

Iſidorus. Varius eſt beſtiola de genere piroli, paulo amplior ꝙ muſtela. In arboribus habitat, & fœtus facit, à re nomen habet. In uētre namq; candidus eſt, in dorſo colorem habet cinereū elegantem atq; ſpectabilem. Harum pellibus in ornatu ueſtium gloriātur homines utriuſq; ſexus, ipa tamen beſtiola minime gloriatur in pelle propria, nec dum in aliena.

CAPVT. 156.

Vrus

VRus. Iſid. Vri ſunt boues agreſtes, adeo fortes, ut arbores & armatos milites ĩ cornibus eleuent. Idem uri dicti ſunt à potonorion id eſt à montibus. Sunt boues autẽ agreſtes in Germania, habentes cornua in tantum protenſa, ut regijs menſis inſigni capacitate ex eis gerulæ fiant.

Helynandus libro. 26. In Hercinia ſilua Germanie ſunt uri. Hi ſunt magnitudine paulo elephantis, ſpecie & colore & figura thauri. Magna uis eorum eſt & magnæ uelocitatis, neq; homini neq; feræ q̃s aſpexerint parcuut. Hos ſtudioſe foueis captos interficiunt.

CAPVT. 157.

Vrſus. Ex libro de naturis rer. Vrſus dicitur quaſi orſus ſcilicet in uẽtre, ſed extra cõpletus. Et hoc ideo quia permature parturit: unde lingendo informatur. Eſt autem urſus animal ſæuum nimis, deforme membris. Ariſtot. Vrſus eſt animal habens dẽtes ſuperius, & unum uentrem inferius, ac poſt uentrem inteſtinũ ſicut & lupus. Eſt autem in aliquibus animalibus uẽter maior, ut in porco & urſo. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ urſus agreſtis hyeme latet, ſed utrũ hoc faciat propter frigiditatem, an propter aliud, queſtio eſt. Mares autem & feminæ in tempore illo pingues ſunt ualde, ita ꝙ de facili mouere non poſſunt. Iſidorus. Vrſis caput eſt inualidum: ſed uis maxima ẽ in brachijs & lumbis. Vnde & interdum erecti inſiſtunt. Ambroſius. Vrſis anguſtiora colla data ſunt, quia non paſcuntur herbis in terra, ſed carnes animalium comedunt. Alexander. Vrſus quodam murmure utens, pedes ſugit tanq̃ alimenta q̃dam ſumat ex eis. Solinus. Vrſi coeunt non ſicut quadrupes alij, ſed apti amplexibus mutuis uelut humanis coniugationibus copulãtur. Deſideriũ ueneris hyems ſuſcitat. Secreto honore mares grandes reuertentur. Et in eiſdem licet foueis, partitis tamen per ſcrobes ſecubationibus, diuidũtur. Vterum dies triceſimus liberat.

OPERATIONES.

Iſaac. Vrſina caro uiſcoſiſſima digeſti 1
oniq; inobediens, peſſimum dat nutrimẽ-
tum. Vnde plus ꝑtinet medicinæ q̃ cibo.

Phiſiologus. Fel urſi calidum eſt & ſic 2
cum, ualet cõtra epilentiam & paralyſim.
Debet autem fel cum folliculo ſuo ab epa
te ſeparari, & ita ſuſpendi & ſiccari, ꝑ du
os annos ſeruatur.

Eſculapius. Si oculos urſi eradicaueris, 3
& ſupra ſiniſtra hominis adiutorium liga
ueris, eius quartanam mitigabunt.

Auicenna. Adeps urſi cõfert alopiciæ. 4

Dioſcorides. Dicitur adeps urſi capil- 5
lorum incrementis preſtare, & alopicias
emẽdare, uel urſinum uel electuarium da-
tum epilenticis medetur.

Item lanis adhibitum, et in umbilico po 6
ſitum, infantium uentrem ſoluit.

Actor. Vt autem dictum eſt ſuperius iu 7
xta Plinium. Vrſi primis diebus quatuor
decim graui ſomno premuntur. Tuncq;
mirum immodum uterno pingueſcunt, et
illi ſunt apti medicaminibus.

Adipi contraq; capilli defluũt tenaces. 8

CAPVT. 158.

VNcia Iſidorus. Vncia ẽ animal ſeuiſſimũ, nõ altius cane, ſed lõgius corpore, canibus inimicũ ualde, prędã nõ comedit, niſi eum in altum portet: ſed quando ad arborem uenit ad ſupremum eam ramum defert, eamq́ꝫ pendendo comedit. Cum autẽ in calore coitus exiſtens aliquem uulnerauerit, mures ſuper ipſum conueniunt, ac ſuper eum mingunt, & moritur. Vnde qꝫdam ab ea uulneratus, ſe per barchã in mari portare fecit, & mures ad mare uenerũt, ut ad eũ accederent, ſed propter mare non poterant. Huius animalis fel mortiferũ ẽ.

CAPVT. 159.

VVlpes. Iſidorus. Vulpes ẽ anial doloſum uillos habet uberes & altos, caudãq́ꝫ magnam, fertur autẽ ꝙ uulpes nunq̃ꝫ facit ſibi foueam, ſed foueã taxi doloſe occupat. Cũ enim ſcit taxũ exiſſe de fouea, accedit ad introitum, & ibi ſtercorat, ſicq́ꝫ propter immundiciam fugit taxus: & uulpis occupat locum eius. Hanc inſequuntur uenatores propter pellem: nõ propter carnes, quę ſunt inutiles.

Ariſtoteles. Vulpes ẽ animal ingenioſum & malarum operationum, habet uirgam ex oſſe, coit ad terram proiecta. Vrſus & Kyrokos, auis ſcilicet uncorum unguium, cum uulpe pugnant, quia carnem manducant. Tirus autem & uulpes amicantur, amboq́ꝫ in cauernis terræ manent. Vultur quoq́ꝫ uulpem deprehendit. Ambroſius in hexameron. Vulpes eſt anial odio dignum propter rapinam, deſpectũ propter infirmitatem, incautum ſuæ ſalutis dum inſidiatur alienis.

Ex libro de naturis rerum. Vulpes eſt animal fœtidum, maximeq́ꝫ in ore, & etiã à poſteriori parte imminente mortis periculo. Succum qui de pino fluit in cibũ ſumit, ſicq́ꝫ ſalutem recuperat, & ęuum uitę in longum protẽdit.

Conſtantinus. Vulpes in fame præ anguſtia latratus canum imitari dicitur, hoc eſt, cum eſurit, nec inuenit quod manducet, fingit ſe mortuam, & reſupina flatum attrahit lingua protracta: tunc aues incaute deſcendentes quaſi ad cadauer, apto ſuo ore rapit, deuoratq́ꝫ & conſumit.

OPERATIONES.

Haly. Vulpes ſi cum oleo decoquatur oliuæ oleum hoc nodis & duricie quæ fiunt ex artetica prodeſt. 1

Adeps uulpis cum oleo ſiſami: id eſt ireos liquefactus aurium dentiumq́ꝫ medetur doloribus. 2

Auicenna. Vulpes in aqua cocta & embrocata, iuncturæ doloroſæ confert uehementer. Adeps eius in aurem diſtillatus, ſedat dolorem eius. 3

Ad hoc enim euacuatiua eſt ualde. 4

Item eius pulmo ſiccus confert aſmaticis ualde. Pellis eius calidior eſt cęteris: & hac iuuantur humectati propter eius reſolutionem. 5

Teſticulus uulpis calidus eſt in primo, et humidus in ipſo, & eſt in eo humiditas ſuperflua. 6

Cõfert ſpaſmo et thetano, q̃ ſunt in poſterioribus ex paralyſi, facit appetitũ coitus. 7

CAPVT. 160.

IBex. Plinius in libro .8 Ibices ſiue capreę ſunt animalia de caprarum genere, p̃nicitatis mirandæ, quamq; onerato capite cornibus uaſtis gladiorumq; uaginis, in hoc ita ſe librant, ut tormento aliquo rotati, in petris potiſſimum, & monte aliquo in alium tranſilire cupientes, atq; recurſu pernici quo libuerit exultant.

Ex libro de naturis rerum. Ibex eſt animal paruum uelociſſimum, in capite uaſtis cornibus oneratum, & in petris commorantur, ibiq; fœtus faciunt.

CAPVT. 161.

IChneumon & Hippopotamus Iſidorus. Ichneumon gręce uocatur, eo q̃ odore ſuo ſalubria ciborũ & uenenoſa prodant. De quo Dracontius ait. Pręcidit ſuillis uim cuiuſcunq; ueneni. Dictus eſt autem ſuillus à ſetis. Hic etiam ſerpentes inſequitur qui cum aduerſus aſpidem pugnat, caudã erigit, quam aſpis maxime incipit obſeruare quaſi minãtem, ad quam cum uim ſuam transfert corripitur. Ariſtoteles. Ichneumon cum uidet ſerpentem, qui dicitur haſcos, non pugnat cum eo, quouſq; clamat adiutores. Et quia timent à morſu ſerpentis, intrant aquam, & poſt arenam, deinde cum ſerpente pugnant.

Ex libro de naturis rerum. Hippopotamus in terra naſcitur, licet in aquis ſicut in terra potens ſit et habitet. Caudam habet tortuoſam, dentes prurigineos, dorſo & hinnitu ſimilis equo, de quo ſupra plenius dictum eſt.

CAPVT. 162.

Hydra; Iſidorus. Hydra dicitur draco multorũ capitum, qualis fuit in Lerna palude Prouinciæ Archadiæ. Hæc latine excedra dicitur, eo q̃ uno ceſo tria capita excreſcebant: ſed hoc fabuloſum eſt. Nam conſtat Hydram fuiſſe locum euomentem, in quo uno meatu clauſo multi erumpebãt, quod Hercules uidens loca ipſa exuſſit, et ſic aquæ meatus clauſit. Nam Hydra ab aqua dicta eſt, Hydros autem eſt aquatilis ſerpens: à quo icti obturgeſcunt. Cuius q̃dam morbum boum dicunt, eo q̃ fimo bouis remedietur.

Ex libro de naturis rerum. Eſt autem Hydros (ut dicit Plinius) pulcherrimus anguium in orbe terrarum. Fabuloſe uero dicta eſt Hydra ſerpens, cuius cum uellet caput Hercules amputare, ſtatim duo ſubcreuerunt, et ſic ſemper amputatis quibuſdam, alia ſtatim ſubcreuerunt.

CAPVT. 163.

Zubro. Ex libro de naturis rerum. Zubro eſt beſtia de genere taurorum ſilueſtrium fortiſſima maximaque, ut pote quindecim cubitorum longitudinis. Tantæ uelocitatis eſt, ut ſtercus quod cum impetu egerit, retroacta i cornibus recipiat, ac lõgius poſt terga proijciat. Hoc itaque ſtercore egeſto largiſſime perſequentes canes excæcat atque debilitat, & penitus inutiles reddit. Pilos habet ſubnigros, cornua maxima triũ cubitorum, ampla ſuper modum, ita ut menſas diuitum gerulæ fiat potuum. Cum ergo hominem aut canem obuium habuerit in cornibus ſubtollit eum, & tamdiu in altum proijcit, iterumque in cornibus recipit, donec penitus interimat conquaſſatũ. Hanc quidam propter eius uelocitatem dicunt eſſe tygridem, ſed falſo. Nam tygris eſt beſtia ſatis modica, & habitat in Oriente. Hęc autem reperitur in Bohemia.

CAPVT. 144.

Zilio: Albertus in lib. de naturis animalium. Zilo animal ẽ q̃ntitatis ſupinæ, nimiũ crudele, in mortẽ hominũ & aliarum beſtiarum, hoc animal imitatur uoces beſtiarum & hominum in condenſis. Zilio uocans, ut homines ſequentes deuoret, & ſimili ingenio deuorat canes, canum latratus eſt imitans. Eſt autem hoc animal cõpoſitum ex hyena & ſimia, quæ maricomorion uocatur, & intrat in ſepulchra, & cadauera comedit mortuorum.

Hęc igitur de natura animalium quadrupedum & alijs in terris morantium ſufficiant: quia ſiqua alia ſunt, facile ex antedictis agnoſci poſſunt.

DE AVIBVS ET VOLATILIBVS.

Liber ſecundus.

CAPVT. 1.

Aquila. Iſidor. Aquila ab acumie oculorū uocata. Eſt em̄ tāti obtutus ut cū ſuper maria immobili pēna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tāta ſublimitate piſculos nature uideat, ut inſtar tormenti deſcendens raptam prędā pennis ad littus pertrahat. Nam & contra radium ſolis fertur obtuitum nō flectere. Vnde & pullos ſuos ungue ſuſpenſos radijs ſolis obijcit, & quos uiderit immobilē tenere aciē, ut dignos genere cōſeruat, ſi quos uero flectere obtutum, quaſi degeneres abijcit. Iorath. Aquila ē auis magna & regalis, de qua dicitur, ꝙ ubicunqꝫ uiderit ex alto ſerpentē magno ſtridore opreſſum, unguibus laniat, et poſtqꝫ extracta de uiſceribus uenena mortifera decerpſerit, adhuc faucium deuorat, & uirus quod inerat extiguit, ueneno calore decocto, hoc quoqꝫ experimento aut contriſtatur aut gloriatur. Aquilæ unam ſedē & unum nidum ſemper habēt. Ex lib. de na. re. Aquila altiſſimis arboribus nidificat, ubi mala beſtia non accedat, pulloſqꝫ caute cuſtodiens non relinquit, donec ſeipſos protegere ſciant ac ualeant. Itaqꝫ contra draconē uel hominem uel aliud animal, ſi eos turbare uel rapere uoluerit: miro animoſitate pugnat: ſeqꝫ morti periculo pro eis exponit, quos etiam in humeris ſuis tollit, ut eos prouocet ad uolatum. Docet etiā eos lambere ſanguinē. Lapidem ethitē habet in nido, qui uelut pregnās fœtum habet intus lapidem minutum ſanantē, et hunc cōtra calorē nimiū (quē habet aquila naturaliter) in nido habet & ne depreāt oua decocta calore nimio. Huic enim lapidi calor ignis nocere nequit. Dicunt & alij philoſophi, ꝙ duos lapides p̄cioſos nomine Indes in ſuo nido collocat, ſine quibus parere non poteſt. Aquila multis diebus ieiunat, adultos pullos perſequitur, longe fugans emulos ſcilicet rapinæ. Ex li. ut ſup̄. Fſt etiam aqulæ peſſimū genus, qđ pullos ſuos ante tempus expellit tedio nutriēdi. Ratio aūt hęc eſt ſecundū Ariſtotelem q̄a poſt incubationē adeo debilitat̄, ut uenari nō poſſit. Etiā ungues eius iucuruātur, ut prędā tenere nō ualeat. Albeſcūt alæ & aggrauantur, ut uix poſſit uolare. Aquilæ pulli ſine clangore ſunt, & ſine murmuratione. Eſt aquila grandis in ſeptētrione habitans, duo faciens oua ſemp̱, ut dicit Plinius in cacuminibus ramorum ſuſpenſa, captoqꝫ lepore uel uulpe minuatim ei corium detrahit, & oua ſua in illo inuoluit, ac ſub calore ſolis ponit, itaqꝫ relinquēs ea nō cubat, ſed quouſqꝫ naturali maturitate frāgant̄, expectat. In egreſſu uero pullorū redit, & tunc eos uſqꝫ ad robur perfectū nutrit. Actor. Aquila eſt auis magna & nobiliſſima, ut pote auium regina, quæ cum ſenecta grauat̄, ſup̱ om̄es nubes in ſublime uolat, & calore ſolis oculorum eius caligo cōſumitur, & mox impetu cū ipſo caloris ęſtu deſcēdēs aquis frigidiſſimis tertio immergitur, indeqꝫ reſurgens ſtatim nidū petit, & inter pullos iā robuſtos ad prędā inqualitate frigoris & caloris, quaſi quędā febre correpta, quodā ſudore plumas exuit fouetur qꝫ à pullis ſuis & paſcitur, donec pennas plumaſqꝫ recuperās innouet̄.

infra fol. 107.

OPERATIONES.

Aquilæ fel cū melle ſuffuſos ſanat oculos. Plin. li. 29. Oculis inunctis aq̄lę cerebro aut felle cū attico mellæ, claritatē uiſus dicunt reſtitui. Itē in eodē li. Aquilę felle (q̄ diximus pullos ad cōtuendū ſolē experiri) mixto cū melle inunguntur nubeculæ & caligationes atqꝫ ſuffuſiōes ocu

lorum. Idem in lib. 30. Lumborum quoq; dolori pedes aquilę in auerſum à ſuffragine euulſi alligantur, dexter quidem doloribus partis dextræ, ſimiliter quoq; leuæ. Pręterea morbo regio reſiſtit cerebrum aquilæ in cyathis uini tribus.

CAPVT. 2.

ACHACUS, ex auibus paradyſi, & Aurifrigius. Iſidorus. Achacus, de quo legitur in Leuitico, eſt auis ignota etiam peritis Iudeorũ. Ex libro de nat. rer. Aues paradyſi uulgariter ſic appellantur, non quia de paradyſo ſint, ſed ob inſignem pulchritudinem. Tanti nanq; ſunt decoris & gloriæ, ut nullus eius color credatur deeſſe. Magnitudo earum eſt ut anſerũ, uox ita dulcis & pia, ut excitare poſſit in homine deuotionem & gaudiũ. Si quando uero capta fuerit & illaqueata, gemit: nec ceſſat plangere donec reddita fuerit libertati. Super flumina Nili libenter habitat, & raro alias reperitur. Sunt & alię aues in eiſdem partibus eodẽ modo appellatæ, fuſci coloris & ſub rutili, minores q̃ monedulæ. Aues autem paradyſi uocantur, quia neſcitur unde ueniant, aut quo uadant. Non enim coitus earum uidetur, ſed certis temporibus aggregatæ terras quas inhabitant tranſituræ relinquant, & ſic recedunt. Actor. Aurifrigius eſt auis ſic dicta: quaſi aurã Phrigiam ſequens. Habet unum pedem cũ uncis unguibus ad prędãdum, alterum uero latum ad natandum. Giro multiplici utitur in aere, nunc more ludentis, nunc more inſidiãtis, uſq; dum prędam in aquis cernẽs, impetuoſe deſcendit, altero pede prędam rapiens, altero natãte rapientem adiuuãs.

CAPVT. 3.

ACHANTIS. Ex lib. de natur. rerũ. Achãtis ẽ auis parua, ſed fœcunda. Nã duodenos ſimul facit pullos, herbarũ pabulo reficitur, & ob hoc odioſos habet equos, quos ubi paſcẽti ſibi ſuperuenire uiderit, & herbas diripere, fugit: & uindicat ſe ultione qua poteſt. Eorum hinnitus, pprijs uocibus imitans ac deridens. Plinius lib. 10. Achantis in tantum odit auem egithum, ut non coire credant ſanguinem eorum. Actor. Achãtis iuxta Iſidorum, ipſa eſt qui apud nos uocatur carduelis. De quo etiam dicetur inferius.

CAPVT. 4.

ACCIPITER Ex libro de natur. rerũ. Accipitrum quatuor ſunt genera. Primũ eſt corpore magnũ domabile multum, oculis uarijs per lucidis, hilari uultu, groſſo pede, longis unguibus, delicioſe comedens, omnes aues inuadit, nullam timet. Secundum genus eſt priore minus, quod alietum dicere poſſumus, alas habens groſſas, ſecundũ quantitatem ſui corporis breues, & ungues groſſos

groſſos & oculos magnos & obſcuros,nõ cito mãſueſcit, & ideo pluribus odioſum. Anno primo domationis parum ualet, ſecundo plus,tertio imitatiõe aucupatur ſatis bene. Tertium genus eſt niſus ,paruus quidem aliorum reſpectu , ſed tamen uelox cito mãſueſcit,et delicate enutriti uult & leuiter aucupatur. Quartum genus eſt frogellus,quem muſcetum dicimus, multo quidem minor,ſed colore conſimilis,ſicut niſus accipitri conſimilis eſt in diſpoſitione habitus & colore. Hęc auis cito mãſueſcit , & delicate enutriri uult,ac leuiter aucupatur,uelox ad uolatum. Phiſiologus. Accipiter auem, quam ei ſors contra noctem offert, & tota nocte ſub pedibus tenet. Sed illam ueniente ſole & famelicus auolare permittit. Et etiam ſi eandem alias obuiam uenientem habuerit, nõ perſequitur. Accipiter colorem oculorũ mutat & roſtrum. Panis eum necat, ſecundũ Auguſtinum, Ariſtot. Accipiter in altiſſimis montanis nidificat, & comedit auium corda quas capit. Congrediens cum auæ, quæ dicitur Kokye, conuincitur. Ipſa tamen pugnam non incipit. Fel habet in epate, & inteſtino tantum, ſicut & miluus. Vterq; cubat. 20. diebus. Pulli accipitris pingues ſunt, & bonæ carnis ualdæ. Vultur admiſcetur in coitu cum accipitre maſculo. Splen paruus ẽ in auibus calidi uẽtris, ſicut in accipitre & colũba & miluo.

OPERATIONES.

1 Plinius libro. 29. Accipiter in roſaceo decoctus, ad omnium uitiorum in oculis accidentiũ inunctiones putatur efficaciſſimus, ſimiliter & fimi eius cinis cum attico melle.

2 Idem in eodem. Fimus cenchridris accipitrum generis ex melle, oculorum albugines extenuat, & oculis claritatem facit.

3 Ex libro empirices Eſculapij magiſtri. Hypocratis. Adeps accipitris ſi teratur in oleo, unctio quoq; inde facta caliginẽ oculorum tollit.

CAPVT. 5.



Aeriophilon. Ex li. de nat. re. Aeriophilon q̃ſi amatrix aeris dicta, uulgariter aelyõ appellata, ẽ auis nobiliſſima paulo maior aquila, uolatu potens, & alis uelociſſima, pennas habet ſubrufas, caudãq; longã, ungues ac roſtrum et crura maxima, aeris ſerena inhabitat in tantum, ut uix unq; uel parum in terra reſideat aut quieſcat, ſuper nubes quoq; frequentius eleuatur, ita q; uideri non poteſt ab homine, cibumq; capit in aere, & hoc quoq; predãtium auiũ more. Cui ſi ſe auis obuiã in aere tulerit, mox ab eo corripitur, & de ſummo aere in terram deijcitur, nec ab homine uideri poteſt quis eã ab aere occiſã deiecerit. Hęc auis dum adhuc in pullo eſt, & necdum cognoſcit ſe, ab hominibus capitur et domeſticatur, ad capturam inſtruitur. Hęc auis capolos & hinnulos capit unguibus laniationi. Socialiter autem duo & duo uolant, captãq; prędam diuidunt.

CAPVT. 6.

Agochiles et alauda. Iſidorus. Agochiles arabice dicitur, latine caprimulgus. Eſt enim auis Orientis magna, q̃ duo uel tria facit

oua. Capras late irriguas petit, earum mā-millis ſe ſupponens roſtro lato, lac ex eius uelut capreolus ſugit, ſed extunc in eis lac annihilatur, earumq́ mammillæ deſiccantur. Dicit etiam Plinius ꝙ eadem ſuccióe capræ uiſum perdunt. Lector eadem inueniat inferius capi. 22. Actor. Alauda eſt auis parua omnibus nota ſuo modulamine cantus. In ęſtate incipit in aurora quaſi nuncians ortum diei. In hyeme uero capitur pręcipueq́ tempore niuis. Ex libro de naturis rerum. Alauda eſt auis à laude dicta: quia mira iucunditate pennis exertis in aere, uocis modulamine lętioris temporis auræ congaudet. Nam obnubilato uel pluuioſo cœlo uix, aut nunquā canit. Sedens in terra uix aut nunꝗ cantet, ſed in aſcendendo canit: paulatim quidem aſcēdit, ſed inſtar lapidis ſubito deſcendit cantando.

OPERATIONES.

Raſi in almanſore Caro alaudæ que pileata dicitur uentrem conſtringit.

Eiuſq́ ius uentrem fluere facit.

CAPVT. 7.

ANas. Ex libro de naturis rerū Anas eſt auis aliq̄ntulum maior gallo. Mas caput & collum uiridis coloris habet, roſtrū uero latum, et alas albo, uiridi, nigroq́ diſtinctas. Torquem habet album circa collum, pedes rufos & latos quibus in aquis ſubremigat. Nam aquis fluminum gaudet, difficileq́ ſine his uiuere ualet, maxime cum eam cibi ſicci citius ingurgitant. Mares aliquando cum plures fuerint ſimul, tanta libidinis inſania feruntur, ut feminam ſolam coeūdo uiciſſim ac certatim occidant. Horum pulli mox ut ouum exeunt, tanta agilitate uigent ut etiam ſi matrem mori uel alienari contigerit: ſine nutrice uiuant.

OPERATIONES.

Iſidorus. Anas cocta pectore melior ē ꝗ ceruice. De qua Martialis ita dicit: Tota quidem ponatur anas: ſed pectore tantū. Ac ceruice placet, cętera redde coquo.

Raſi. Caro anatis plures habet ſupfluitates, & plus faſtidire facit, & maioris ē caliditatis: non tamen plus nutrit ꝗ caro gallinacea. Plinius lib. 30. Anatum quoq́ maſculorum ſanguis aluum ſiſtit. Mirum uero traditur in torminibus anate appoſita, morbum tranſire uentris ipſamq́ anatam emori. Auicēna. Anas calidior eſt omnibus domeſticis auibus. Et dicūt quidam ꝙ in frigidatum calefacit. Calefactū uero febricitare facit. Clarificat autem uocem, augmentum facit in coitu, & ſperma multiplicat. Eius pinguedo maxima eſt in ſedando dolorem etc̄.

CAPVT. 8.

ANſer. Ex libro de naturis rer. Anſer eſt auis aquilæ magnitudinis, huius generis illæ quæ indomite ſunt et proprię libertatis, glauci coloris ſunt & acris, alta petunt: uolant ut grues ordine literato, & ſecundum flatus uentorum uolatus ſuos dirigunt. Aquilone flante petunt auſtrum ſatis conſcie frigidiora tempora imminere. Vix a uolatu ceſſant, niſi cum manducātes interim depaſcant, adeo nanq́ delectabilis eſt ei uolatus, ut raro dormiant, ac contra domeſticis

ſticis anſeribus uolatus eſt grauis,paſcere officioſiſſimum, quieſcere ac dormire pręcipuum, horas, noctes, & fures clangore produnt. Eſt in alpium montibus anſerũ genus inter aues maximum pręter ſtruthionem: ſed adeo ponderoſum, ut manu capiatur immobile ſuper terram. Anates & Anſeres cetereq́ue aues herba ſe purgant ſiderite. Iſidorus. Nullum animal eſt quod ita odorem hominis ſentit,ſicut Anſer.

OPERATIONES.

1 Auicen. Anſerũ caro groſſa eſt. Adeps eorum alopiciæ confert, & ad fiſſuras faciei atq́ labiorum ualet. Sedat quoq́ dolo
2 rem auris & confert matrici. Eſculapius. Adeps anſeris omẽs duricies ſoluit.
3 Idẽ cũ ſucco cepe inſtillatus auri,aquã
4 illapſam eijcit. Dioſcorides. Anſerinus adeps ſumme mitificus eſt ob dulcedinẽ
5 pinguedinis. Rimas labiorum curat, totiusq́ uultus factas ex frigore rimas optime,ſanat & aurium dolorem.

CAPVT. 9.

Ardeola, ardea, Azalon & azida. Iſidorus. Ardeola dicitur quaſi ardua, propter arduos uolatus. Cum altius uolauerit tempeſtatem ſignificat,hanc multi tantalum uocant. Plinius. lib. 10. Ardeolarum tria ſunt genera, ſcilicet leucon, aſterias, pellas. Hi angũtur in coitu. Mares ſiquidem coeundo cũ uociferatu ſanguinem etiam ex oculis pfundunt,nec minus egre grauidæ pariũt. Sorices & ardeolæ diſſident,inuicẽ fœtibus inſidiantes. Idem in lib. 16. Ardeolarum autem genera quas leucos uocant altero oculo tradunt carere.

De naturis rerum. Ardea licet in aquis cibum ſuum querat, in ſiluis tamen & altis arboribus nidum ſuum collocat. Fertur autem q̃ pullos ſuos miro rigore nititur defendere. Accipiter eis infeſtus eſt. Sed ardea huic anum opponit, & ſtercus eijcit. ad cuius tactum, accipitris pennæ cõputreſcunt, plurimumq́ earum colorẽ habent cinereum,quędam uero album. Eſt quoddam earum genus, quarum mares aguntur in coitu cum magna uociferatione: funduntq́ ſanguinem ex oculis pre dolore. Azalon. Ex lib. de natur. rerum. Azalon eſt auis parua, quę corui frangit oua. Huius pulli à uulpibus infeſtantur. Ipſa vero uulpis catulos uellit, ipſamq́ uulpem, quod ubi coruus uiderit, auxiliatur uulpi quaſi contra communem hoſtem. Hęc auis in ſpinis uiuit: & ob hoc azinos odit. Flores ac folia ſpinarum deuorãtes. Actor. Azida iuxta Phiſiologum ipſa eſt ſtruthio, de qua dicetur infra.

CAPVT. 10.

Apis. Ariſtot. Apis eſt animal annuloſi corporis, habẽs mẽbrum uel additamẽtum ab ore exiens per quod guſtat, & cibum cõtrahit ac recipit: ſanguine caret, dentes aliorum animalium dentibus ſimiles habet, in comitatu uolat, et eſt leuis corporis. Habetq́ quatuor alas: duoſq́ pedes habet in dextera, & duos in ſiniſtra, nec plus q̃ quatuor habet ne uolatum ſuum prohibeat. Hoc animal non recipit aerem, non anhelat. Comedunt mel maxime in neceſſitatis tempore. Vnde quando incipiunt infirmari, apparet mellis diminutio, quia uidelicet comedunt ex eo, nec reparant ipſum. Bo-

nos odores diligunt,& aquis currentibus delectātur. Actor. Apes mundiciā diligūt frigus & fœtorem ac fumum odiunt. Gregatim uolāt, circa opus ſuum ſolicitæ ſūt, & ocioſas abijciunt. Ex li. de nat. re. Apes cęteris animalibus pręeminent dignitate & utilitate pręclaris dotibus: & nobilitate, uigent agilitate, ſtrenuitate, animoſitate, ingenij ſubtilitate. Ambroſius. Apes regem ſibi ordinant non ſorte, ſed iudicio, & q̃uis ſub rege poſitæ, tamē liberæ ſunt, quia prerogatiuā tenent iudicij & fide deuotionis affectum, & regem ipſum tanꝗ̄ à ſe conſtitutum diligūt. Hic autem rex naturæ claris formatur inſignibus: ut & magnitudine corporis pręſtet ac ſpecie (& qđ in rege precipuum eſt) morū manſuetudine. Nam & ſi habet aculeum, eo tamen nō utitur ad uindictā. Sunt em̄ leges naturæ, nō litteris ſcriptæ, ſed moribus impreſſæ, ut leuiores ſint ad puniēdū, quia maxima poteſtate potiūtur. Sed apes, quæ legibus non obtemperant, pœnitentiæ cōdemnatione ſeipſas mulctant, ut aculei ſui uulnere moriantur. Ambroſius. Nullę aūt apes è domibus audent exire, nec in aliquos p̄cedere paſtus, niſi rex prius egreſſus ſibi uēdicauerit principatum uolatus. Proceſſus autem earū eſt per rura redolentia ubi horti ſunt redundantes floribus, fluenſq; etiam per gramina: herbiſq; dulcibus prima ponunt caſtrorum fundamenta. Apes ordinantur ad opera diuerſa. Nam flores adducunt quędā, aliæ mellificāt ceram, & aliæ adducūt aquā. Earūq; operationes tēpus determinatum non habēt: ſed cum habuerint res conuenientes, ſubito pręparāt & in ſereno tempore operantur aſſidue.

Virgilius in Georgicis.

Nunc age naturas apibus, quas Iupiter ipſe
Addidit, expediam.
Magnanimoſq; duces, totiuſq; ex ordine gentis.
Mores & ſtudia, & populos: & prelia dicam.
Rex melior uacua iam regnet in aula.
Maculis auro ſqualentibus ardens.
Et rutilis clarus hic melior inſignis & ore.
Tunc trepidæ inter ſe coëunt, penniſq; coruſcant.
Spiculaq; exacuunt roſtris, aptantq; lacertos,
Et circum regem mixtæ glomerantur in orbem.
Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes,
Circumſtant fremitu denſo.
Verum ipſæ folijs natos, & ſuauibus herbis
Ore legunt, ipſæ regem, paruoſq; quirites
Sufficiant, aulaſq; & cerea regna refigunt:
Tantus amor florum & generandi gloria mellis.

Nam aliæ uictu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris, pars intra ſepta domorum.
Narciſci lachrymam, & lentum de cordice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suſpendunt ceras, aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ puriſſima mella.

Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

OPERATIONES.

Ariſtot. Apes à floribus accipiunt cerā & cū pedibus anterioribus congregāt eā, dehinc ad pedes medios illam mittunt, deinde ad coxas pedum poſteriorum, poſtea uolant cum ipſa: & tunc manifeſtatur pōderoſitas ex ea. De uirtute & operatione ceræ & mellis lector alibi querat.

CAPVT. II.

BAſiliſcus. Iſidorus. Baſiliſcꝰ gręce, latine regulus interpretatur: eo ꝙ rex ſerpentū ſit: adeo ut uidentes eū fugiant, q̄a olfactu ſuo eas necat. Nam & homine uel ſi aſpiciat interimit, ſiquidem & eius aſpectum nulla auis uolans illęſa pertranſit. Sed q̃uis procul ſit, eius ore combuſta deuoratur. Auicenna in. 4. canone. Baſiliſcus eſt ſerpens qui ſolo uiſu interficit & auditu uocis

tu uocis ſuæ. Hunc ait quidam uocari regulum, quia caput habet coronatũ, cuius lõgitudo duarum palmarum eſt, & caput acutum ualde, oculi rubei. Color eius ad nigredinem & citrinitatem declinãs. Hic adurit totum ſuper quod incedit, nec in circuitu cauernæ eius uritur aliquid. Ex lib. de nat. rerum. Baſiliſcus interdum ex gallo naſcitur, quia gallus in ętate decrepita facit ouum ex ſe, unde baſiliſcus procreatur: ſed in generatione hac oportet ut multa concurrant. In fimo nãq; calido & multo ponit ouum, ibiq; fouetur uice patris, et poſt multum temporis exit pullus, et inualeſcit ſicut ſolent anatum pulli. Habet aũt caudam ut coluber, reſiduum uero corpus ut gallus. Dicunt autem hi, qui creationẽ eius ſe uidiſſe teſtant̃, ꝙ nulli eſt oui teſta, ſed ualidiſſima pellis intantum ut reſiſtere poſſit ictibus ualidiſſimis. Opinio quoq; quorundam eſt, ꝙ ouum illud galli coluber aut bufo foueat, ſed hoc incertũ eſt. Hoc tamen in antiquorum ſcriptis habemus: ꝙ baſiliſci quoddam genus eſt quod ex ouo galli decrepiti generetur. Iſidorus A muſtellis baſiliſcus uincitur, quas illic homines inferunt cauernis quibus deliteſcit. Itaq; eo uiſo fugit, quem illa perſequitur & occidit. Inferius de regulo, plenius dicetur de baſiliſco, quia fere idẽ ſunt baſiliſcus & regulus.

CAPVT. 12.

Barliata & Berneca. Iſidorus Barliatæ ſunt aues de ligno creſcẽtes. Fert em̃ ꝙ lignũ de abiete marinis aquis incidẽs quãdo ſucceſſu temporis putreſcere ceperit humorẽ ex ſe craſſum emittit, ex quo denſato formãtur paruæ ſpecies auium ad magnitudinẽ alaudarum, primumq; ſunt nude, deinde maturantes plumeſcunt ac roſtrum ad lignum pendẽtes, per mare fluitant uſq; ad maturitatem donec ſe commouentes obrumpant, ſic creſcãt & roborentur uſq; ad debitam formam. De his autem Iacobus Athonenſis epiſcopus in orientali hiſtoria loquẽs, dicit ꝙ arbores ſunt ſuper ripas maris, de quibus hæ procreãtur, roſtris infixis arboribus dependẽtes. Tempore uero maturitatis ex arboribus decidunt, ac per incrementa proficientes, ſicut aues ceteræ uolare incipiunt. De his itaq; certum eſt, ꝙ in orbe noſtro circa Germaniã, nec per coitum generant, nec generantur. Philoſophus. Berneca quæ ex arbore naſcit̃, in quibuſdam quoq; Flandriæ partibus inuenitur: Hęc auis non habet ſuperfluitatem: ſicut nec arbores. Infra cap. 20. plenius habes.

CAPVT. 13.

Biſtarda & Bonoſa. Ex libro de naturis rerũ. Biſtarda eſt auis aquilinæ magnitudinis, quę uolatu tarda, bis aut ter ſaltũ in terra facit antequam ad ęthera ſubleuetur, unde nomen habere dicitur, ungues habet ut aquila, & roſtrum aduncum, carnibus ueſcitur, non tamen in uolando prędam diripit, ſed ſicubi ouẽ aut aliud animal inoffenſum inuenerit, plures earũ aggregatæ inuentum eijciunt & occidũt, ſicq; carnibus eius ſatiant̃, cadaueribus etiã libẽtiſſime ueſcitur. Sola uero pene inter

aues,quæ carne ueſcuntur,herbã depaſcit, in alis & cauda albedinem habet, reliq̃ colore aquilam imitatur. Oua ſua non in arboribus ponit,quoniam alte uolare nõ poteſt,ſed in terra deponit,et illic ea fouet dũ ſeges in fructu eſt. In li.ut ſup̄. Bonoſa eſt auis in Germaniæ partibus, habẽs carnem exterius nigram,interius albam, delicatam prope ad perdicis ſaporẽ,habet aũt faſioni magnitudinem. Cũqꝫ tempus uenerem excitauerit, maſculus hiãti ore currit donec ore ſpuat,tunc fœmina ueniens ore ſpumã recipit,indeqꝫ cõcipit & oua parit.

CAPVT. 14.

BVbo. Ex libro de natur. rerũ. Bubo nomẽ habet a uocis ſono. fugit lucẽ,in eccleſijs habitat & oleum de lampadibus bibit, ſtercoribus tamen eas defedat, oua quoqꝫ colũbæ bibit,mures uenatur , hac quoqꝫ uolucres ceteræ capiũtur. Quando uero ab illis auibus,q̃ in luce habitant impugnatur,reſupina pedum unguibus ſe defendit. Ariſtot. Bubo ſicut & ueſpertilio uictũ ſibi nocte acquirit. Monedula pugnat cum bubone quia bubo debilis eſt uiſus apud meridiẽ. Ideoqꝫ coruus ille rapit oua bubonis et comedit,coruus quippe fortior eſt de die, & bubo de nocte. Itaqꝫ bubo & coruus inuicem ſibi aduerſantur innidis,coruus meridie comedit oua bubonis, & bubo nocte comedit oua corui. Cetereqꝫ aues circa bubonẽ uolant,ipſumqꝫ deplumant: multa nãqꝫ pars auium eum odit.

OPERATIONES.

1 Auicen. Sanguis bubonis ualde cõfert aſmati,ſimiliter etiã ius & caro ipſius.

Phiſio. Cor bubonis ſi appoſitum fue- 2
rit mulieri dormienti in parte ſiniſtra, om
nia q̃ geſſit narrabit. Plinius li. 29. Bu- 3
bonis pedes uſti cum herba plãtaginis, cõ
tra ſerpẽtes auxiliantur. Oculorum ci- 4
nis eius collirio mixtus,claritatem oculis
facere promittitur. Idẽ in li. 30. Phrene
ticis quoqꝫ bubonis oculorum cinerẽ im-
ponunt.

CAPVT. 15.

BVteus,butorius & botaurus Ex li. de nat. rerũ. Buteus ẽ de genere accipitrum,ſed paulo nigrior, & tarda nimium, pigraqꝫ ad uolandum: p̄da tamen uiuit, quã cum dolo uel languore aliquo aut pigricia detẽtã aſſequi poſſit. Hęc auis ſapore dulciſſima eſt. In li.ut ſup̄. Butorius eſt auis ſic dicta à ſigno uocis,habet crura longa,collũ extenſum, roſtrũqꝫ longum & acutum ſicut ardea,colore tamen diſtans ab illa, eſt ẽm terræ ſimilima. Habitat circa ſtagna,piſcium cibo cupida,ranas comedit & uenenata. Hęc ſola ueris tempore pro cantu uocẽ horrificã edit. In littore ſub ardore ſolis, in loco ubi piſces frequenter nouit, adeo quieta ſtat ut quaſi mortua appareat unde fit ut cautis piſcibus minus ſuſpecta ſit, ſed cum collum longum habeat, breue recuruitate facit, ut cum piſces incautius ei quaſi nihil pręmeditanti proximauerint, illos ad ſe colli extenſione trahat. Phiſiologus. Botaurus quaſi bootaurus dicitur, eo q̃ tauri boatum id eſt mugitũ imitari uidet. Roſtrum enim in terra paludinoſa defigit, & ad modum tauri clamores edit. Excluſos pullos ſtatĩ mater ſub aſcellis collocat,unum ſub una,alterũ ſub altera. Pulli uero materno corpori adherẽtes.

Inceditqꝫ

Inceditq́ȝ mater pullos ſub alis fouens, natorũq́ȝ roſtris ꝑminentibus cibos dulciter cõmendans. Actor. Hęc auis mihi eſſe uidetur onocrotalus, de quo inferius dicet.

CAPVT. 16.

BIbones et Blattæ. Iſidorus Bibones ſunt q in uino naſcuntur, q̃s uulgo muſciones à muſto appellant. Vnde Affronius. Cũ à me expectaſſet fabulare incipis ex ore bibones inuolant in oculis tuis. Blattę à colore dictæ ſunt, ſiquidem & comprehenſæ manum tingunt, unde & blatteum colorem dicunt, hoc animal lucem non patitur uidere, contrarium muſcæ. Muſca eſt lucipeta. Blatta uero lucifuga. Ex lib. de natu. rerum. Blatta uermis eſt, qui lucẽ uidere non patitur. Vnde per noctem tantũ modo ambulare conſueuit. Palladius de agricultura. Blattæ ſunt apibus inimicæ ſicut & lacertæ. Vnde huiuſmodi animalia & his ſimilia oportet apum caſtris uel aluearibus longe fugare, qui uult apes bene cõſeruare.

CAPVT. 17.

CAntharides latine & grece, arabice de rariæ uel iranæ. Pandecta cap. 135. Cãtharides ſunt animalicula, quorũ ſunt efficaſſima: quæ et in ſpicis frumenti adhuc florentis inueniuntur. Sunt hæ uariæ, & quaſi circa pennulas ſuas ſtrictæ & oblõgæ. Hæ enim uapore aceti ſuffocantur, & in uaſe nõ picato reponuntur. Sunt calidæ & acutiſſimæ, quæ licet ſcabiei ueſicæ conferant, ueſicam tamen ſi ex eis multa ſumatur quantitas, uulnerant, atq́ȝ ſanguinem mingere faciunt & interficiunt, ex q́ȝbus parua accepta urinam prouocant uehementer.

OPERATIONES.

1 Serapi. lib. aggregato. capit. de rarię. aucto. Galie. Experti ſumus experientia non modica in unguibus leproſis, & inuenimus ꝙ quando ponitur ſuper eas cum ceroto, confert multum, aut cum unguento: auferunt enim unguem, & faciunt cadere totum. Et Cantharides in grediũtur in 2 cõmixtione unguentorum & medicinarum quæ fiunt ad ſcabiem et egritudinem cũ qua eleuatur cutis: & in medicinis euellunt erucas, quæ dicuntur capita clauorũ.

Et ſunt quidam ex magiſtris noſtris, q 3 probzina. dabant in potu miſcẽtes parum ex eis ad prouocãdum urinam. Et quidam acci 4 piebant alas & pedes ipſarum ſolum, dicẽtes ꝙ hęc conferunt illis, qui ſumpſerunt corpora ipſarum. Et alij dicebant cõtrarium huius, uidelicet corpora ipſarũ ſola iuuabant eos, qui ſumpſerunt alas & pedes earũ. Ego uero miſcui oĩa ſimul cor 5 pora cũ pedibus & alis: & dedi. Ille autẽ quæ ſunt magis iuuaturæ ex eis ſunt q̃ reperiuntur in tritico: in quarum alis ſunt lineæ citrinæ in latitudine protenſæ: et proprie quandõ proijcis eas in olla terrea noua, & claudis orificium ollæ cum pãno lineo ſuper uas, in quo ſit acetum feruens, donec ſuffocentur et moriantur.

6 Et ſimiliter oportet ꝙ fiat ex animali qđ dicitur xofoſtis qñ uolumus ipm reponere. Et ſimiliter eſt ſpecies animalis ſimilis cãtharibus in figura & uirtute. Et ſimiliter uermis uiridis, qui reperiť ſuper arborẽ pini: uirtus eius eſt, ſicut uirtus earũ.

Poſtq̃ uero ſunt cantharides mortuæ inſerantur in lino & reponantur.

7 Dio.cap.cantharides. Meliores ex eis ſunt, quæ ſunt diuerſorum colorum, & in alis earum ſunt lineæ tranſuerſæ citrinæ: & ſunt groſſæ & oblongæ.

8 Operatio autem illarum q̃ ſunt unius coloris eſt debilis, & uirtus cantharidarũ eſt putrefactiua, calefactiua, ulceratiua. Et propter hoc miſcentur cum medicinis cõuenientibus apoſtematibus cãcroſis, & ad ſcabiem ulceratam & impetiginem.

9 Et quando ponuntur in naſcalibus, ꝑuocant menſtrua.

10 Et ęſtimauerunt quidam ꝙ quando miſcentur cum aliquibus confectionibus ad hydropiſim, conferunt propter uirtutem earum quam habẽt in prouocando urinã.

11 Auicenna.lib.2.cap. Cantharides. Dixerunt quidam ꝙ ſunt ſuperfluæ calidita tis. Et dixerunt alij ꝙ ſunt calidæ & ſiccæ in tertio gradu, ſed primum eſt uerius. Et cãtharis eſt acris acuta, putrefactiua, aduſtiua.

12 Et eradicat uerrucas linita: & fit ex ea cerotum, & linitur ex eo albedo unguis, & confert ei.

13 Et eradicat unguem mollificatũ uelociter, quãdo fit ex ea emplaſtrum: & remouet morpheam, & albaras linita cum aceto: & quando ex ea trita cum ſinapi fit linimentum, facit naſci capillos.

14 Et ſimiliter quãdo coquitur cum oleo donec inſpiſſetur, & linitur ſuper apoſtemata cãceroſa: reſoluit ea. Et linitur ſuper ſcabiem & impetiginem.

15 Inquit filius Meſarugiæ. Ipſa incidit ungulam ualde: & parum de ea prouocat urinam ualde. Et parum de ea adiuuat medicinas prouocatiuas ad prouocandũ abſq; nocumento. Et prouocat menſtrua, & facit aborſum.

16 Dixerunt quidã, datur in potu una earum ei qui cõqueritur de ueſica ſua, & cõfert. Et dantur in potu tres tanaſgi de ea, & exulceat ueſicam.

17 Inquit Galenus. Ipſa exulcerat ueſicã, & eſt propterea quia facit materias acutas declinare ad eam, à quibus corpus nõ euacuatur cum proprietate quæ eſt in ipſa.

CAPVT. 18.

CArbates. Alber. in lib. de na. anim. inquit. Carbates quidam mentiendo dicũt aues quas uulg⁹ baumgens, hoc eſt arborum anſeres uocant (ut etiam ſuperius audiuiſti in cap. 14) eo ꝙ ex arboribus naſci dicuntur, à quibus ſtipite & ramis dependẽt, quæ inter corticem eſt nutritæ. Dicunt etiam aliquando ex putridis lignis hęc animalia in mari generari (ut ſuperius dictum eſt) & p̃cipue ex abietum putredine. Aſſerentes ꝙ nemo unquã uidit has aues coire uel ouare. Et hoc omnino abſurdum eſt: quia ego & multi mecum de ſocijs uidimus eas coire & pullos nutrire, ſic etiam in ante habitis diximus. Hęc auis caput habet quaſi pauonis, pedes nigros ut cignus, & ſunt mẽbrana cõiuncti digiti ad natãdum, & ſunt in dorſo cinere nigredinis, et in uẽtre ſunt albidæ aliquantulum minores anſeribus.

CAPVT. 19.

CAaladrius & Calandris. Iſidorus. Caladrius, ut dicitur, eſt immundus ſecũdum legem. leuitici. cap. 11. et deut. cap. 14.

OPERATIONES.

Dicit

1 Dicit enim Phiſiologus, ꝙ auis eſt tota
alba nullã partem habens nigrã, cuius in-
terior fimus curat caliginem oculorũ. In
atrijs regum inuenitur. Per hãc cognoſcit
de homine infirmo utrum uiuat an moria-
tur. Si enim egrotat ad mortẽ, mox hęc ut
uiderit eum, auertit ab eo faciẽ ſuã: ſi autẽ
non ad mortẽ, intẽdit illa faciem ſuã uer-
tit, & aſſumit omnes infirmitates eius, &
2 diſpergit eas, & ſanatur infirmus. Ari
ſtot. Caladrius infirmũ ſi mori debeat nõ
reſpicit, ſed ſi cõualeſcere poſſit, & ipſum
uidere uelit, ab illo oẽm infirmitatẽ ad ſe
trahit: ita ꝙ ille ſanus efficit, & auis ęgra:
ita ꝙ ſepius ꝑ eo moritur. Hęc auis habet
unum os groſſum in crure, cuius medulla
oculos caliginãtes ſi quis linierit: eos cla-
3 rificatos boni uiſus efficit. Ex li. de na.
rer. Caladrius eſt auis alba, quę ſi ad infir
mum ſanãdum ducitur, omnes infirmita-
tes eius intra ſe colligit, & in aere uolans
4 ibi eas comburit atq; diſpergit. Pars in
terior femoris caliginẽ aufert ab oculis.
Has aues Alexander inueniſſe fert in Per
5 ſide. Ex lib. de na. re. Calandris eſt auis
parua prope cõſimilis alaudæ, colore fu-
ſca, plumis deſpecta, ſed mira modulatiõe
uocis audiẽtes lętificat, omeſq; uoces aui
um expreſſiſſime imitatur, itaq; qñ capta
ergaſtulo includit, ibi quoq; captiuitatis
& calamitatis ſuæ oblita, uix unã diei ho-
rã ſine cãtu ꝑterit, adeoq; ſpaciari diuerſis
auium cantibus gaudet, ut nec cibi ſolici
ta ſit.

CAPVT. 20

Capo, & caprimulgus. Actor. Capo dicitur gallus caſtratus ſiue gallinaceus. Et hi ideo caſtrãtur, ut facilius impinguentur ac tenuiores comedantur.

OPERATIONES.

Dioſ. Capones uiui aperti & impoſiti 1
morſibus uenenatis occurrunt, ſi mutent
aſſidue. Cerebrum melius eſt cęteris, ac 2
ceptum in uino fluxum ſanguinis abſti-
net. Pellis uentriculi eius ſicca tunſa & 3
bibita, euſtomacha eſt cum uino. Iuſcellũ
maxime minoris ęſtuationis ſtomachi mi
teſcit, ſimpliciter compoſitum. Iuſcellum
uero maioris artificialiter compoſitũ uen
trem mollit, crudos humores id eſt colerã
nigram deponit. Vtile eſt temporalibus 4
febribus & typicis ęgritudinibus, tremori
bus & inflationibus ſtomaticis, & arteti-
cis ſingulare ꝑſidium eſt. Fel caponis albi
magnæ uirtutis eſt, facit ad effuſionẽ ocu-
lorum & ad caliginem & aſpredinẽ palpe
brarum. De capone inferius, capit. 54. la-
tius patebit. Plin. li. 10. Caprimulgi ap 5
pellantur merulæ grandiores aſpectu, no
cturni fures ſunt, interdiu enim uiſu carẽt
paſtorum ſtabula intrant, caprarum uberi
bus propter ſuctum lactis aduolant, qua
iniuria uber emoritur, capriſq; cęcitas q̃s
ità mulſcere oboritur. Ariſtote. Capri- 6
mulgus eſt auis mõtana, modicum maior
merula, aſtuti moris, raro uidetur de die,
ſed acuitur uiſus eius de nocte, & manet
in lapidibus de die, lac ex mãmillis capra-
rũ ſugit, ideo ꝙ dicitur agochiles ſcilicet
caprarum lac ſugens.

CAPVT. 21

CArduelis. Iſid. Carduelis dicit eo ꝙ ſpinis & carduis paſcit, unde apud grecos achãtis dicitur id eſt ſpinis q̃bus alitur. Augures autẽ dicunt & in geſtu & in

motu & in uolatu auium eſſe ſigna conſtituta. Plin. li. 10. Cardueles minimæ auium imperata faciũt, nec uoce tantũ, ſed pedibus & ore pro manibus. Eſt quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro taurus appellata. Eſt q̃ equorum quoq; hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulſa imitatur, ad hunc modum ſe ulciſcens. Ex lib. de nat. rerũ. Carduelis eſt auis parua, croceo q; in corpore, rubeo uero in capite colore uenuſtata. Mirũ autem uidetur ꝙ hæc auicula carduorũ acutis aculeis paſcitur. In hac ergo natura miraculum apparet, quę talem aſtuciam ei dedit, quam nec boui nec aſino magnis animalibus impertiri uoluit, ut uidelicet ergaſtulo clauſa ſuppoſitam aquam ab imo per filum uaſculo ſuſpenſo ad ſe roſtro trahat, pediq; filo interdum ſuppoſito cũ attigerit uaſculum ſitim potu ſedat.

CAPVT. 22.

Carabdriõ, & Cariſta. Rodol. ſup Leuiticũ carabdrion ē auis garrula, de qua legitur in Leuitico ꝙ ſecundum legē ſit immũda. Actor. Hęc auis ipſa eſt q̃ ſuperius in capit. 21. dicta calendris eſt. Falluntur autem qui hanc eſſe caladrium putant ut ſuper Deutronomion dicit gloſſa interliniaris. Cariſtæ ut dicit Solinus, aues ſunt quæ impune flammas inuolant, ita ut nec plumę nec carnes earum flammis igniũ aliquatenus cedant.

×cap. 19.

CAPVT. 23.

Ceruus uolans. Ex lib. de naturis rerũ. Ceruus uolãs fertur eſſe genus cicadæ. Hunc tamen experimẽtator crabronem uocat, ſub alis (ut dicit) groſſioribus alas habet ſubtiles & tenues, ſicut bruchus. Circa ueſperam potiſſime uolant: & uolando ſtrepitum faciunt, habẽt cornua medicinalia grandia, ꝓlonga biſulca, dentata, & lucida, quaſi forcipibus in cacumine cũ libuerit ad morſum coeuntibus, crura uero longa & reflexa, lucent igniũ more noctu, partes laterum ac clunium colores pinnarum refulgentes aliquando compreſſe obumbrantur, amputatũ caput eorum uiuit diutius ſine corpore, ſed & ipſius corpus ſine capite, ſed non tamdiu ſicut caput.

CAPVT. 24.

Cicadæ. Plin. lib. 11. Cicadæ tantũ uiuunt rore, quarum duo ſunt genera. Minores q̃ primæ proueniunt, ſunt mutæ, & nouiſſime pereunt. Sunt autem multæ, q̃ canunt uocantur achetæ, & quæ minores ex his ſunt tetrigoniæ ſed illę magis ſonoræ. Mares canunt in utroq; genere: ſilent feminæ. Gentes his ueſcuntur ad orientẽ.

Ante

Ante coitum mares pręferũt, à coitu feminas (circa ſolſticiũ eſt coitus earum) Ouis earum correptis quæ ſunt candida coitus ſupinus. Eſt illis aſperitas in dorſo pręacuta, qua fœturæ locũ excauant in terra. Fit ꝙ primo uermiculus: deinde ex ea (quæ uocatᷣ terrigonia) cuius cortice rupto circa ſolſticia euolant, & eſt ſine ore, ſed pro eo quidem eſt aculeatum linguis ſimile, & hoc in pectore quo rorem lambũt. Pectus ipſum eſt fiſtuloſum, hoc, ut diximus, canunt achetæ, de cętero nihil eſt in uentre. Quidam uero negant uocem inſectis eſſe, in tãto cicadarum ſono & apũ murmure.

CAPVT. 25.

Ciconia. Iſidorus. Ciconiæ q̃ſi cicanię à ſono q̃ crepitant dictæ ſũt quem ſonum oris potius eſſe conſtat q̃ uocis, quia cum roſtro q̃tiente faciunt. Hæ ueris nũciæ ſocietatis comites, ſerpentum hoſtes, maria tranſuolant, in Aſiam collecto agmine pergunt. Cornices eas duces pręcedunt & ipſæ quaſi exercitus proſequuntur. Ex libro de naturis rerum. Ciconiæ ſerpentiũ exitio tantus eſt honor in Theſſalia, ut capitale fuerat occidiſſe ciconiam, ſicut & hominem. Multipharie nanq; ſerpẽtibus inſidiatur, eoſq; comedit & alia uenenata, nec tamẽ moritur. Bufonem autem non niſi in magna fame comedit, ĩ quo naturale bufonis malum notatur. Videtur autem ciconiam caput habere ualde reumaticum: quia roſtro eius aqua fere cõtinuo deſtilat, et hoc hyeme magis. Henidos ſuos annuo repetunt, & unum è fœtibus ſuis domino loci, ſub quo fœtificant, plumatum quaſi tributum ut fertur, deijciunt: ſed forte cauſa magis eſt tedium nutriendi. Quinimmo ut uulgo dicitur, pro decimatione deijciunt deo ius ſuum ſeruantes. In cuius ſignum. Thuringiam, ubi decimæ nõ dantur, neq; intrant neq; inhabitant, ut experientia docet: Abituræ autem (ut dicit Solinus) in certo loco congregẽtur, ita ut nulla ſui generis niſi captiua relinquatur. In Aſia cãpus eſt ubi congregatæ commurmurant, et eãquæ nouiſſime uenit dilacerant, ſicq; recedunt. Ex lib. de nat. rer. ut ſupra. Ciconia dicitur auis pia. Cũ enim antiquiores ciconiæ pennis amiſſis propriũ ſibi uictũ acquirere neq̃ant, iuniores frigida genitorum mẽbra reuouẽtes eos in paſtu procurãt, donec ala fortis redierit. Nam ut Iſid. ait. Quãtum tẽporis impendũt in fœtibus educãdis tãtum & ipſæ inuicem à pullis ſuis aluntur. Nec dubium eas caſtitatis ſectatrices eſſe, fœduſq; cõiugij ad inuicem ſeruare. Vnde fertur ꝙ in eminẽtiori loco domus cuiuſdam par ciconiarum habitabat. Vnde mare ad paſtum recedẽte, freq̃nter alius mas adueniens fœminam adulterino coitu polluebat. At illa ſtatim eminꝰ in fonte ſe mergebat, ſic ſcelus adulterij ꝑ aquæ lauamẽtum delẽs, marẽ propriũ deludebat, huiuſmodi factum dñs habitationis freq̃nter aduertit, & quadam die poſt adulteriũ eam à fonte ne leuaretur prohibuit, nec mora maſculus à paſtu rediens in femina ſua ſcelus adulterij deprehẽdit, & ad horam diſſimulans abijt. Reuerſuſq; ſecunda die maximam multitudinem ſecũ adduxit, quæ ſingulę adulteram aggreſſæ miſeram crudeli laniauerunt morte.

OPERATIONES.

Plini. lib. 7. Ciconia origano ſibi mede 1
tur. Idem in li. 29. Ciconiæ pullum qui 2
ederit, negatur ãnis continuis lippire ocu
lis. Ciconiæ quoq; uentriculus ualet con-
tra omnia uenena. Idem lib. 30. Furũcu 3
lis etiam dicitur mederi ciconiæ uentricu
lus ex uino decoctus. Dio. Fimus cico 4
niæ cum aqua potu datus, epilenticos cu-
rat. Alber. in libro de natu. animalium 5
Hęc auis alas habet nigras, & caudã & ali
as partes habet albas.

Inuenitur etiam genus ciconiæ: totum 6

in dorſo nigrum, & in uentre ſubalbũ, ſed non nidificat in hominum habitatiõibus ſed in paludibus deſerti.

CAPVT. 26.

CYgnus. Ariſtot. Cygnus eſt de genere auium coriũ inter digitos habẽtiũ, manetq; i ripis lacuum, & in locis multarũ arborum. Bonæ uitæ eſt atq; naturæ, & ſenectutis bonæ. Huiuſmodi aues contra accipitrẽ pugnare nõ incipiunt. Sed ſi cum eis ille pugnare ceperit, pugnant cum ipſo eumq; uincunt. Iſidorus. Cygnus gręce, latine olor dicit̃, eo ꝙ totus albus ſit plumis, olon enim gręce totum dicitur. Nautæ uero ſibi hãc auem bonam ꝓgnoſiam facere dicũt, ſicut Emilius ait.

Cygnus in auſpicijs ſemp̃ lætiſſimus ales. Hũc optant nautæ, quia nõ ſe mergit in undis. Ex li. de na. re. Cygnus habet plumas albas, ſed carnes nigras, fortitudinẽ ſuã in alis, colerice cõplexionis eſt, & ob hoc iracũdus. Dentes habet in roſtro minutiſſimos. Oneris impatiẽs ẽ, nec libẽter uolat, ſed in ſtagnis requieſcere delectatur. Cũ uno pede natat, & cũ alio ſe regit ueli modo, cũ piſcibus nutritus eius eſt innoxius. Super aquis nidificat, in pullis educandis ſollicitus, tempore coitus blandiũtur ſibi inuicem mas & fœmina, & alternatim capita cum ſuis ſcilicet collis inflectũt uelut amplexãdi gratia. Nec mora ubi coierint, mas cõſcius lęſiõis in fœmina fugit ab ea. At illa impatiens fugientem inſequitur, nequaq; tñ rãcor ille pſeuerat in lõgũ, imo leſiõe ceſſante, pacificãtur in aĩo, ac à maſculi pſecutiõe ceſſans poſt coitũ frequẽti caude motu & roſtri ſe aq̃s mergẽs purificat.

CAPVT. 27.

CInamolgus. Ciſpedo, & Citramo. Iſidorus. Cinamolgus ẽ auis Arabica, ſic dicta, eo ꝙ i exceſſis nemoribus texit nidos ex fructibus cinamomi. Et quia non poſſunt ſibi homines condeſcẽdere, propter ramorum latitudinem & fragilitatem, eoſdẽ nidos plũbatis iaculis appetũt ac cinamoma illa deponũt, & precijs amplioribus uendũt, eo ꝙ illud cinamomum magis q̃ alia mercatores probãt. Ariſtot. Cinamomus paſſere modicũ maior eſt, eiuſq; color celeſtis eſt cũ citrinitate, & colores iſti ſunt in eo diſtincti. Roſtrum eius eſt longũ ad citrinitatẽ declinans, ſup̃ arbores magnas ex cinamomis (ut dicitur) ſpherice componit nidum ſuũ, habẽs introitũ paruum, Plini. Cyſpedij ſiue ciſpeli plurimum uolãt, qui & apodes dicũtur, eo ꝙ uſu pedum careant, hirundinũ ſpecie nidificãt in ſcopulis. Hæ ſunt quæ toto mari cernũtur. Ariſtote. Auium genus ꝙ pedes nõ habet omni tempore apparet, hęc auis lõga gracilis & paucæ latitudinis, hirundini aſſimilatur. Nec inter illas leuiter diſtinguitur. Iſta nidificat in ęſtate, & hoc poſt lapides ut animalia fugiat & homines. Plin. li. 10. Citramus (alias cẽchramus habetur) aues remeantes comitata ſollicitat, ac perſeueranter ad expectatas ſibi terras peruenire feſtinat, eaſq; noctu etiam itineris admouens excitat. Ariſto. Citramus auis de nocte cęteras aues clamat, eaq; audita ſciunt uenatores ꝙ in locis ſuis non remanebũt aues. Ex libro de nat. rerũ. Citramus auis Aſiæ recedentibus hirundinibus ac ciconijs inſtante hyeme comitans eas feſtinãtior perſeuerat, & precedens ſollicitat.

CAPVT. 28.



CYnomia. Iſidorus. Cynomyia gręce dicitur muſca canina. Nam canis gręce cynos dicitur. Ex lib. de na. rerũ. Cynomyia ẽ muſca canina catulorum auribus importuna, quã licet catulus frequenter excutiat, ſemp̱ tamen importune reuolat. Vbi autem eum pigrum ad excutiẽdum inuenerit uſq; ad ſanguinẽ & uulnera procedit. Actor. Cynomyia eſt illa muſca grauiſſima, qua percuſſa eſt Aegyptiorum populus in quarta plaga. De hac enim in Exodo legitur. Venit muſca grauiſſima in domos pharaõis ac ſeruorum eius: in omnem terram Egypti, corruptaq; eſt terra ab huiuſmodi muſcis. Per hanc enim ſecundum gloſam canini mores ſignificantur, in quibus humanæ mentis uoluptas id eſt libido arguitur. Sic enim ciniſes, quibus in tertia plaga p̱cuſſi ſunt Aegyptij, ſignificant inquietudines mundanorum qui prouocatores rixarum, amatores calũminantium non admittũt quietẽ ſpiritualis ſabbati. Vñ pſalmiſta. Dixit & uenit Cynomyia.

CAPVT. 29.

CIcẽdula cimex & roſtro. Iſidorus. Cicendula genus ſcarabeorum eſt, ſic dictum, eo ꝙ gradiens uel uolãs lucet. Ex li. de naturis rerum. Cicẽdula eſt uermis in Italia nocte uolãs, & inter noctis tenebras fulgidus radians, ita ut ſi eum in tenebris uideas, exhalationem ſcintillarum putes. Iſidorus. Cimex autem ex uermibus carnium eſt. Dictus autem eſt cimex ex ſimilitudine cuiuſdam herbæ cuius fœtorem habet. Aui. in. 2. cano. Ex fraxino capita inflata ſicut granata egrediũtur, in quibus eſt humiditas de qua cimices oriuntur. Cũ ei capita huiuſmodi aperiũtur, cimices ex illis egrediuntur. Cimices ante effugat p̱prie ſtercus tauri quando cum eo fit fumigatio. Palladius. Hortis q̃q; cimices nocent extinguuntur autem amurca & felle bubalo lectis aut locis earum perunctis, uel folijs ederæ tritis ex oleo, uel incenſis ſanguiſugis. Iſidor. Coſdros gręci appellant eos, qui extremis fauorũ partibus maiores creantur. Quos aliqui reges putant dictos, eo ꝙ caſtra ducant.

CAPVT. 30.

COlũba. Ex li. de natur. rerum. Colũba (ut dicit Beda) felle caret. Dicit tamen Ariſto. ꝙ fel habet non eo loco quo cętera aĩalia. ſed in inteſtino. Morticino non uiuit, ſed puro grano, uiſum recuperat nouẽ uicibus. In alta nidificat, ubi mala beſtia attingere non ualeat, ſuper aquas libẽter requieſcit, ut ſitim ſedet. Et umbram accipitris uenientis in aquis proſpicit. Aliqnando uero ſola ſedet, colores ſuos uarios circa collũ admirans, alarum plauſu roſtroq; plumeculas fulcit, & in regimen uolatus

cultius pennas diſponit. Tūc niſus ſpecu
lator occultus cōgaudentē in huiuſmodi
gloria rapit. Columbæ calidiſſimæ ſunt, et
lapillos propter ſtomachi temperantiā co
medūt, ſimum etiam ardentē nimis habēt
quem & ipſe nido eijciūt, & pullos eijcere
docent, pēnis eleuatis pugnāt, & columbā
errātem cum uiderint ſibi aggregāt. Dicit
Iacobus ꝙ trāſmare uerſus orientem colū
bæ ſunt, quæ nunciorum fungētes officio
litteras dn̄orum ſuorum ſub alis breui ſpa
cio perlōge deportant: ideoq; ualde neceſ
ſe ſunt, maxime quando ꝑ terras inimico-
rum alij nuncij tranſire nō audēt. Colūbæ
ꝓpriū ē inter aues nō eleuare caput quādo
potant, donec ei ſufficiat. Ex li. de na. rer.
Columba ualde grauatur in ouorū partu:
ꝙ ſi parere tardauerit, amare percutitur.
Ariſto. Columbæ toto anno ouāt & pulli
ficāt, ſi fuerit locus manſiōis calidus, & ci
bus paratus. Alioquin non niſi in ęſtate.
Earumq; pulli ſunt meliores in uere & au
tūno, peiores aūt in hyeme & eſtate. Ma-
ſculus cum fœmina coit poſt unum annū.
Oua columbæ ſunt albi coloris, ſicut & ꝑ
dicis. Columba ſenex coire nō poteſt, ſed
tantum oſculatur. Columba quoq; femi-
na ſaltat ſuper fœminā, ſi non fuerit mas,
& inuicem oſculantur, & ex illo quidem
coitu oua faciunt, ſed non pullificant.

OPERATIONES.

1 Ex li. de na. rerum. Pulli columbarū in
autumno & uere ſaniores ſunt, quoniam
his temporibus grano maxime uiuunt.
2 Eſculapius. Columba occiſa & calida
ſuperpoſita, omni morſui ſubuenit. San-
guis eius ualet oculis confertis infuſus, p̄
3 cipueq; deſub aſcellis tractus. Stercus
eius omnes dolores ſoluit, & humores de
4 ſiccat. Dioſco. Colūbæ ſanguis abſcin
dit fluxum ſāguinis narium, qui eſt ex ue-
5 lamine cerebri. Plin. lib. 29. Caro recēs
columbæ contra ſerpētes auxiliatur. Ma
ſculi ſanguis a uena ſub ala inciſa eximie
6 prodeſt oculis cruore ſuffuſis. In li. 30.
Fimo columbarum cum aceto delētur ſti
gmata. Hoc fimo carbunculus aboletur ꝑ
ſe illito, uel cum ſemine lini ex aceto mul
7 ſo. Auicen. Sanguis columbæ confert
podagræ. Stercus columbarum conueni
ens eſt ſuper dolores iuncturarum, & ua- 8
let impetigini. Cōfert etiam dolori co
licæ cum adminiſtratur in cliſteri.

CAPVT. 31.



COredul⁹,
et cornix
Ex libro
de natur.
rer. Core
dulus di-
citur qua
ſi core-
dens, car
ne nāq; et
preda ui-
uens, cor
de maxi-
me inhi-
at ſaturari. Iſidorus. Cornix auis annoſa
apud latinos: gręce nomine corone appel
latur. Quam aiunt augures hominū curas
ſignificationibus agere, inſidiarum uias
mōſtrare, futura predicere, magnum neſas
hoc credere, ut deus conſimilia ſua corni-
cibus mādet. His inter multa auſpicia tri-
buunt & pluuias uocibus pretendere, un-
de eſt illud. Tunc cornix plena pluuiam
uocat improba uoce. Ex libro de naturis
rerum. Cornix in ſolſtitio morbo corripi
tur, hęc nucibus libenter ueſcitur. Horri-
biles aues quaſi ſuos hoſtes impugnant:
ſed ille frequenter cū impugnantibus mul
tum detulerint, tandem impatientia uictæ
lacerāt importunas, cornix pluuium mul
to clamorem pennūciat, ouis columbæ in
ſidiatur, ut ea diſſipet & exugat.

OPERATIONES.

Plinius libro. 29. Cerebrū cornicis co- 1
ctum in cibo ſumptum, capitis doloribus
eſt remedium.
Item in lib. 30. Cornicis carnes eſſe ac ni 2
dum illinire morbis longis putant utiliſſi
mum.

CAPVT. 32.

Coruus

Coruus. Ex li. de natu. re. Coruus auis clamoroſa, nihil aliud ſonare nouit ꝙ cras cras, diuerſas tamen uoces format ſcilicet. 64. ut dicit Fulgentius, uolādo coit aliquãdo, plures ſemper ꝙ duos pullificat grauidus fieri dicitur ſi eū ouū coruinum edere contigerit, ore parere dicunt & concipere. Fœminæ coruorū oua ſole cubant, & mares eius eſcas dāt. Pulli coruorum ſeptem diebus abſq; ulla cibi alimonia manere feruntur. Septima uero die nigreſcunt, quorum nō nullos eijciūt tedio nutriendi. Fortior eſt coruus de die, bubo de noctæ, & uiciſſim ſua oua comedunt. Corui parum coeunt, ſed multum oſculantur ad inuicem. Et putant quidam ꝙ alio modo non coeant ſed hoc falſum eſt. Cadauere coruus ueſcitur, et ut dicitur à potu ſe abſtinet ꝙ diu ficus ſui fructus dulcedine gloriatur. Vnde Ouidius. Ac cibi dū lacteus pendebit in arbore ficus. A nullo gelido fonte bibentur aquæ. Gregorius in moral. Pulli coruorum (ut fert) anteꝙ nigreſcant à parentibus utcunq; neglecti, innedia affecti, huc illucq; uagantur in nido & ciborum expectant aperto ore ſubſidium. Vnde etiam ſcriptum eſt. Quis preparat coruo eſcam. &c. Sed cum nigreſcere illi ceperint, tanto eis alimento prebenda coruus ardētius requirit, ꝙto illos alere diutius diſtulit. Ex lib. de na. rer. Eſt coruorum genus in oriēte, quod cū aſino & tauro pugnat, eiſq; fugientibus ſup eos uolat, ac ſic cum impetu eorum oculis impūgit, & cum potuerit eos excæcās roſtro dominis ſuis inutiles reddit. Itaq; per conſequens occiſi decoriantur, & eorum cadauera uolatilibus efferuntur: ſicq; ab aue improba animalia fortia ſuperantur. Coruus turres inhabitat, & ibidem nidificat: ſciētiſſimus eſt mutationis aeris nūcius, & alia crocitationis uoce prophetat auram trāquillam, alia tempeſtatem. Curuus lōgæuus citiſſime fit domeſticus, coruoſq; ſilueſtres iuitos retinet ac ſeducit. Coruus ex natura eſt inclinatus ad furtum, ut experientia Er fordiæ ducuit, ubi coruus domeſticus ſucceſſiue de menſa qua pecuniæ iacere conſueuerant in ortum de prope ſubtus lapidē circiter quinq; uel ſex florenos in groſſis abſcondit.

CAPVT. 33.

Coturnix. Ex libro de natur. rerum. Coturnix ē auis quam uulgariter queſtulū dicimus. Hęc ducē habet ortigometram, quā in maris trāſitu iam terræ id eſt portui maris appropinquantes accipitres ſpeculati rapiunt, & idcirco cura eſt uniuerſis, ut externi generis ducem ſolicitent, ſcilicet cornicem per quam prima diſcrimina caueāt, rariſſimas habent feminas in genere auium, ſicut & pectines in genere piſcium. In hominum uero genere pauciores naſcuntur maſculi ꝙ fœminæ. Comeſtor. Coturnix in ſinu Arabicæ precipue nutritur, & eſt auis regia, quām nos uulgo currelium dicimus a currendo. Iſidorus. Coturnices à ſono uocis dictæ ſūt, quas grecior tygeas uocant, eo ꝙ uiſe primum fuerunt in ortygia inſula. Hęc ad ueniendum tempora habēt. Nam ęſtate depulſa maria trāſmeant.

CAPVT. 34.

Cocyx Plinius lib. 10. Cocyx uidetur ex accipitre fieri, tempore ãni figuram mutans. Tunc em̃ non apparent reliq accipitres niſi diebꝰ paucis, ipſo quoq; modico ęſtatis tempore uiſus, poſtea non cernitur. Eſt autem neq; aduncis unguibus accipitrum, nec capite ſimilis, neq; alio quàm colore ac rictu, ſed columbæ potius ſimilis eſt capite et unguibus. Quoniam abſumitur ab accipitre ſi quando ſimul apparuerint, ſola omniũ auis à ſuo genere interempta. Ariſtoteles Auis cocyx paucorum ouorum eſt, unius ſcilicet aut duorũ, quia natura eius ualde frigida eſt.

CAPVT. 35.

Corinta. Plinius. Corinta eſt auis maxima in partibus oriẽtis, quæ fere ad quantitatem pulmonis uaccæ habet mollem, & multo infuſum ſanguine, & ideo multo bibit pluſq; aliæ aues.

Albertus in lib. de natu. animaliũ. Corinta eſt auis, que paucas & paruas habet plumas & pennas.

CAPVT. 36

Cuculus. Ex libro de natur. rerũ. Cuculus eſt auis improba, ꝗ uocẽ ſuã in cantãdo nõmutat, ſed ſẽ per eandẽ replicat. Auis pigerrima eſt, & loco non ſtabilis. Turturis fere colorẽ habet. Hyeme plumis ſpoliari dicitur, intratq; terræ latibulum, uel concauitates arborum, illic eſtate cõgerit, quo hyeme uiuit. Oua ſua in nido minoris auiculę ponit, & de ouis illius totidem demit, ne dum illa numero ſuperflua inuenerit quaſi aliena repudiet. Itaq; cuculus ab aliena matre cũ pullis eius fotus & educatus, dum adhuc in nido inualidus ſedet quadam tamen auiditatate naturali cęteris pullis cibos rapit: & hac ſagacitate prę cęteris pingueſcit atq; nitidior fit. In cuius elegantiam nutrix conuerſa gaudet eius forma, miraturq; ſeipſam ꝙ talem peperit adeo deſipiens, ut magnitudine fœtum à pullis minoribus non diſcernit, ſed oẽs pullos ſuos in eius comparatione dãnat, ac ubi eum eduxerit & ad robur uolãdi nutritus, ipſo uiceuerſa & ĩ nutricem inſurgit: & conſequenter perimit. Iſidor. Cuculi à uoce propria nominati, tempus habẽt & ipſi ueniendi miluorum ſcapulis ſuſcepti propter breues & paruos uolatus, ne ꝓ longa aeris ſpacia fatigati deficiant. Horum ſaliuæ cicadas gignunt. Oua paſſeris nido reperta comedunt, & ſua obijciũt poſt hęc illa ſuſcepta, & fouent et nutriũt. Ariſtote. Cuculus ouis proprijs incubat, ſed unum ouum in nido fulicæ ponens, eiuſdem oua ſugit. Illa uero futuri euentus ignara, ouũ ſedula nutrix fouet. Sed à cuculo excluſo & poſtmodũ adulto nutrix à nonnullis quandoq; necari perhibetur. In ęſtate uolat et laſciuit. In hyeme iacet lãguens

guens & deplumatus, ac buboni ſimilis apparet.

OPERATIONES.

1 Plini.lib.18. Mirabile quoddam eſt de cuculo, quo quis loco primum audiat alitē illam, ſi pes dextri circūſcribatur, ac ueſtigium id effodiatur, nō gigni pulices ubi
2 cunq; aſpergatur. Idem lib.28. Cuculi fimus in uino decoctus & potus, morſui canis rabio ſi confert.

CAPVT. 37.

CVbeth. Ariſtote. Cubeth ē auis luxurioſa, cuius mas ſi iuuenerit oua feminę ſuę frāgit ea, ne femina ſit ſolicita circa ea. Femina uero abſcondit ea, quæ ſiue coeat, ſiue non, olfaciendo uel audiendo ſubito ouat Item ſi prenſenſerit maſculum uenientē, occurrit & coeunt. Mas quidem pedetentim ad fœminam accedit ſine ſtrepitu, ne alij maſculi ſentiant, & pugnent cum eo, nec coire permittāt. Item maſculi pugnāt inuicem, & uictor cum uicto coit, ac uiceuerſa uictor ſi uictus fuerit. Solitarie tamen & occulte coeunt: eligēte uictore locum adhoc, & uicto ſequente. Mas autē & femina in uoluptate ſua frequenter deprehenduntur, & cadumt in manus uenatorum. Cūq; luxurioſa ſit auis iſta, ſinguli tamen mares ſingulas feminas accipiunt. Item aues pōderoſi corporis, que nō ſunt boni uolatus, multam habent ſuperfluitatem, multumq; coeunt, & multorum ouorum huiuſmodi ſunt, ut cubeth, & ſtrutio, et gallina. Autor. Cubeth idem uidetur eſſe quod perdix: que enim hic de illa dicuntur, eadem penè de perdice dicētur inferius, quod forte latuit translatorem.

CAPVT. 38.

Culex. Iſidorus. Culex ab aculeo dictus ē: eo q̧ ſanguinem ſugit, habet enim in ore fiſtulā in modum ſtimuli quo carnē terebrat, ut ſanguinem bibat. Ariſtoteles Culex animal corporis anuloſi, membrū habet per quod cibum ſentit, & quedā habent hoc membrum extra, ſicut aculeum, cuius natura eſt mollis & uacua: per ipſum guſtant & ſentiunt, & cibum attrahunt. Culices autem & muſcæ minimæ beſtiarum per hoc membrum perforant hominis corium, & aliorum animalium. Ex libro de naturis rerum. Culex acida petit: et dulcia fugit, lucem diligit, ita q̧ ad lumē aliquando ſe urit.

OPERATIONES.

Auicenna in.4.cano. Ad effugandum 1
culices & cimices, fit ſuffumigium cū ſerraturis ligni pini, aut nigella, ſimiliter cū mirto ſicca, & cum ſulphure, & bdellio, et ſpinę fœtida, & ſtercore uaccino, & cum folijs cypreſſi.

Ad idem aſpergitur domus ex decocti- 2
one radicis lupinorum aut ex decoctione nigellæ, aut abſinthij, aut rutæ.

Palladius. Contra culices et cimices in 3
hortis uel ſatis amurca recēs, uel ex cameris fuligo, ſpargitur, galbano quoq; infuſo, aut ſulphure fugantur.

Ambroſius. Culices nō tangunt homi 4
nem, ſi abſinthium cum oleo coquatur, & eo ſe perungat.

CAPVT. 39.

isidorꝰ lib. 12. cap. 7. plini. lib. 10. cap. 44. solin. cap. 8. Elian. lib. 1. cap. 1.

Diomedeæ aues. Iſidorus. Diomedeæ aues a ſocijs diomedis appellatę ſūt, quos fabulæ ferūt in eaſdē uolucres fuiſſe cōuerſos forma fulicę ſimiles, magnitudine cygnorum, colore candida, duris & grandibus roſtris. Sunt autem circa Apuliam in Inſula Diomedia inter ſcopulos littorum & ſaxa uolitantes. Solinus. Diomedeas aues Inſula qua oram Apuliæ uidet, & tumulo ac delubro Diomedis īſignis eſt, ſola gignit, cui eſt color candidus, ignei oculi, ora dētata, congregatę uolitāt, duęq; duces ſunt, quarum altera agmē preit: ut ductu certum iter dirigat: altera īſequitur, ut inſtātia tarditatem urgeat. Cum fœtificū tempus adeſt, roſtro ſcrobes cauant, & ſurculis inuerſum poſitis ſubter cauata cōtegunt, & ne operimēta deſint, ſi forte lignorum caſſia uenti auferant, hanc ſtruē premunt terra quam egeſſerant, ſic nidos moliuntur, bifori acceſſu aditus, qui mittit ad paſtus in hortū deſtinatur: qui excipit reuertētes uerſus occaſum eſt: ut lux & morantes excitet: & receptui non denegetur. Aedem ſacram huiuſmodi ſtudio oi die celebrant, aquis plumas imbuūt, & alis impendio madefactis rorulentæ confluunt, & ſic ędem humore excuſſa purificant. Tunc pennis ſupplaudunt: & inde quaſi peracta religione diſcedunt. Ob hoc aues factos, Diomedis ſocios ferunt.

ouid. lib. 14. metam. fabula 9.

CAPVT. 40.

Draycha Alb. in libro de natu. animalium. Draycha auis eſt pedibus carēs, et cum ad terram ceciderit cubitis alarū & pectore repit, ſicut ueſpertilio. Debiles habet pedes caudæ ſuæ coniunctos. Hæc non apparet, niſi poſt pluuiam in principio eſtatis, & tūc pullificat: & cum pulli conualeſcunt, moritur, pullos reliq̄ns ſuæ miſeriæ uice ſucceſſores.

CAPVT. 41.

Emeria, Aegythꝰ, & Hercinia, auis. Plini. lib. 10. Aegythus auis minima cū aſino pugnat. Aſinus q̄ppe ſpinetis ſe cauſa ſcalpendi atterens nidos eius diſſipat, quem adeo pauet auicula, ut omnino uoce rudētis audita, oua eijciat, pulli ipſi metu cadant. Itaq; aduolans, ulcera eius roſtro excauant. Porro achantis Aegythum odit intantum, ut eorum ſanguinem credant non coire. Iorath. Emeriæ ſunt aues, quę de nocte uolantes illuminant aerem propter pēnarum ſuarum naturā, quę magis ī tenebris q̄ in lumine lucēt: ſicq; produnt & capiuntur. Iſi. Hercinię aues dictæ ſūt Hercinia ſylua Germaniæ ubi naſcuntur, quarum

quarum pennæ ad eo per obſcurum emicant, ut quis nox denſis tenebris obtenta ſit, ad preſidium itineris dirigendi iactę interluceant, curſuſq; uiæ pateat indicio plumarum fulgentium.

CAPVT. 42.

FAlco. Ex li. de nat. re. Falco eſt auis nobiliſſima uolatu impetuoſiſſima, & in cuſtodia ſui minus cauta. Ideo cum ad p̄dam dirigendus eſt, à domino ſuo retardatur, nec auis ei capienda oſtenditur, niſi prius aliquantulum elongetur, ut prędam cum impetu moderato ſubſequatur. In ardeæ captura duo falcones pariter relaxantur, quorum unus ſumma petit, alius iuxta terrā inuolat, ut uidelicet ille uolantem ardeā in pulſu precipitet, iſte uero precipitatam accipiat. Ariſtote. Falco renes habet debiles, pectuſq; robuſtum, delicioſis utit̄ cibis, unica uerſatione collum girat circulariter, pectore exiſtente immoto adeo, ut colli eius duocentum argi luminibus ratiōe. Huius uiſus cuiuſdam naturalis diſcretionis uidentur ex equo reſpondere: prede quoq; q̄ poſt tergum eſt prouidus in uigilat. Ex libro de na. re. Falconum genera ſunt duo. Vnum nobile, quod auem uſu paruo naturaliter capit: aliud ignobile ac uile, q̄d niſi multo labore et maceratione aſſuefactum hoc facit. Hoc ultimum genus cum ardeā ad terram impulerit, iamq; impromptu eſt ut eam capiat, ardea anguillam uel alium piſcem, quem recentius uorauerat euomit & tunc falco libere eam uolare permittēs, ac minus fetidum ſibi oblatum preferens & gaudens ocius apprehendit. Non ſic autem falco nobilis, ſed eiectum munus uilipendens, auem doloſam ſeuerius punit. Habet autem falco os acutū, ac durum in pectore, quod ei natura prouidēs indidit ad impulſionem predæ. Scripſerūt Aquila Symachus & Theodocion Epiſtolam Ptolemo regi Aegypti, in qua tractauerūt de auibus nobilibus & earum medicinis. De qua hic pauca de falcone commemorare liceat.

OPERATIONES.

Albertus in libro ſuo de animalibus. Si Falco non poteſt fimare, fel galli da ei comedere, uel teſtudines albas decoctas.

Si falco nimium laxatur, ſuccum iuſquiami modicum da ei bibere, & intinge in eodem cibum eius.

Si os fractū habuerit in crure uel in ala; aloe calidū ſuperliga, & dimitte una die & una nocte.

Idem fimum galli in aceto coctum ſuperliga.

Ad idem: Inuolue aloen herbam cū puluere apij in cordibus paruarum auium: & da ei comedere. De hac materia reperies per Albertum tradita in libro ſuo de animalibus.

CAPVT. 43.

FAtator. Ex lib. de na. rer. Fatator ē auis in Oriente, q̄ fœtuū p̄creandorum naturaliter cupida, tempus ueris anticipat quo ſcilicet aues ceteræ ſolent initiare conceptus Vnde fit, ut oua quæ tūc facit frigore corrūpantur ne fœtuū habeāt effectū, ſed iterum ſequenti tēpore calido ponūt, & tunc pullos faciūt quod eſt contra omnes ferè agreſtes aues: quæ ſemel in anno ouant atq; pulliſicant.

CAPVT. 44

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

FVlica. Autor Fulica ē auis magnitudine & colore cygno ſimilis, & grādi roſtro, in ſcopulis littorū cōmorāt: has Latini Diomedeas: Greci herodios uocant. Phiſio. Fulica eſt auis prudentiſſima, cadaueribus nō ueſcitur, nec oberrat de loco ad locum ſed in uno loco permanet uſq; in finem, ibiq; eſcam ſuã circa ſe colligit & quieſcit. Idē. Fulica eſt auis boni moris, nigra, anati ſimilis, niſi quia minor eſt anate. In ſtagnis delectabiliter cōmoratur, eſca & pace contenta, unde patet ſi locum inueniat ubi pacem & eſcam habeat, non inde recedit. Plinius. lib. 11. Fulicarum generi dedit natura placabilem criſtam, per medium caput à roſtro reſidentem.

CAPVT. 45.

FVcus. Bartolom. in libro de ꝓpriet. rer. inqt: Fucus eſt apis maior, dict9 autem eſt fucus, eo ꝙ comedit labores alienos quaſi fagus, à fagin quod eſt comedere: depaſcitur eñ qđ nō laborauit, quia nec mellificat, ſed aliorum mel mãducat. De q̃ Vir. Ignauum fucos pecus à preſepibus arcet. Sũt autē fuci ſine aculeo, uelut impfecti apes, & ſunt ſeruiciales uerarũ apũ, et ideo eis imperāt uerae apes primoſq; expellunt ad opera, tardātes autem ſine clemētia pungũt & puniũt, neq; in opere tãtum, ſed etiã in fœtu adiuuãt apes: certe quo maior eorum fuerit multitudo, eo maior examinũ prouētus. Cum mella uero ceperint matura eſſe, abigũt eas melleq; ſingulas aggreſſæ eas trucidãt atq; fugãt, nec uidētur, niſi in uere. Imperatoribus apũ fuci extrahũt regias mãſiones amplas, magnificas ſeperatas cooperculo eminētes & fiunt ſexangulæ omnis cellæ ſingulorum, & ꝗuis fuci ſuſtineant tot labores, comedere tamē de melle uix permittũtur, niſi quantum capiunt & fruuntur: ut dicit Plinius.

CAPVT. 46.

GAll9. Ex libro de naturis. rer. Gallus ē auis faucibus & capite criſtata, ſpiculis aduerſis in cruribus armata Habet et quã doq; ſpicula gallinæ: ſed hoc errore potius ꝙ opere naturæ. Gallus nocte profunde cãtat ualidius & matutino leuius. Cãtus eñ cũ uēto fertur: & anteꝗ̃ æſtimari poſſit longius auditur. Grego. in moralibus. Gallus diei nuncius, horas noctis diſcutit, & demũ uocem exhortationis emittit. Cũq; cantus edere parat, prius alas excutit: ac ſeipſum feriens uigilantiorem reddit. Ambro. Eſt galli cantus ſuauis in noctibus & utilis, q̃ ſi bonus cohabitator, dormiētem excitat, & ſolicitum admonet, uigilãtem ſolatur, proceſſum noctis ſignãs. Idem. Leo timet gallũ, maximeq; albũ. Ariſt. Viſi ſunt aũt galli, qui feminas ſuas interficiebãt. Dein de ſolliciti circa pullos ſuos regebãt illos:

&

&aſſimilabantur fœminis in nutriẽdo il-
los,ita ꝙ etiã inuicem nolebãt coire. Iſid.
Gallus autẽ à caſtratiõe uocatus eſt:nã in-
ter aues cęteras huic ſoli teſticuli adimun
tur,ueteres aũt abſciſos uocabãt gallos.
Ex lib.de na.rerum. Gallinaceus gallus te
ſticulis uiduatus dicitur,qui capo uulga-
riter appellatur,ut ſuperius dixi. Fert aũt
citius impinguari qui libidine arcetur. Cũ
gallinis quidem impinguatur.

OPERATIONES.

1 Ex li.ut ſup.Galli carnes groſſiores ſũt
ad digerẽdum, & minoris humiditatis ꝙ
gallinę uel gallinacij. Decrepiti tamẽ galli
2 carnes teneriores ſunt ꝙ iunioris. Gal-
linaceus aũt habet carnes ualidiores oĩbꝰ
uolatilibus bonũ ſanguinẽ generat,et opti
3 mum nutrimẽtum. Aui. Gallorum me
lior eſt ille qui nõdum cantat, antiqui ṽo
4 mali ſunt. Teſticuli aũt gallorum mul-
tũ laudabiles ſunt, uelocis digeſtionis.
5 Ius gallorum cõfert dolori ſtomachi ex
6 uentoſitate. Ius galli ueteris cũ polipo-
7 dio et aneto,cõfert colicæ ualde. Docet
autem Gale.in decoctione gallorum uete
rum,ut poſtꝙ nutriti ſunt fatigentur faci-
endo eos currere ut cadãt & decollẽtur,de
inde uentres euacuati ac ſale ipleti cõſuã-
tur & coquãtur cũ.20. kyſt. aque, donec
ueniãt ad tres rotilas & bibat:hoc ius cõ-
fert aſmati:& etiam tremori ac dolori iun
cturarum. Eſculapi. Cerebrum galli cũ ui
no bibitum omnes morſus deſtruit:& alia
multa mirabula facit.

CAPVT. 47.

GAlli-na. Iſidor. Gallina dicit a gallo: ſicut a leo-ne & leæ-na. Huiꝰ enim mẽbra ferũt quidã ſi auro liq-ſcenti miſceantur cõſumi. Ex lib.de nat.rerum. Gallinis ſup
ponẽda ſunt oua ſemper impari numero
luna creſcẽte a decem uſq; ad quidecim.
Oua incubari intra decem dies edita,uti-
liſſimum eſt. Nam uetera aut recẽtiora in
fœcũda ſunt,ſubijci aũt debẽt impari nũe-
ro. Quarto uero die poſtꝙ ceperint incu-
bari:ſi eorũ acuminibus cõtra lumẽ in ma
nibus apprehenſis,purus & uniuſmodi co
lor perluceat,eſtimentur ſterilia, & ꝓ illis
ſupponẽda ſunt alia. In aqua quoq; expe
rimẽtum eſt. Nã ouum inane fluctuat inie
ctum aqua:ſubſidẽs uero plenum eſt.
Phiſiologus. Gallina ouat in oĩ tempore
preterꝙ in duobus mẽſibus tropicorum.
Dum aũt gallinæ pulueris fomẽto & cre-
bra reſperſiõe fugẽtes uice balnei:ſine coi
tu delectãtur. Oua de quibus exituri ſunt
maſculi,gallia gerit in parte uẽtris dextra.
Et quibus aũt fœminæ in ſiniſtra. Vniuer
ſaliter ſi gallinæ oua ſua nõ incubauerit,
infirmãtur. Et quędam gallinę ſemper fa-
ciũt gemellos,ſempq; eſt unus maior, ali-
us minor. Gallina qñ cubat in ęſtate,citius
excludit pullos ꝙ in hyeme.

OPERATIONES.

Iſid. Gallinarũ in cibo melior eſt illa q̃ 1
nõdũ parit oua,antiq ṽo praua. Adeps 2
pullorũ calidior ẽ,ꝙ gallinarũ magnarũ.
Caro etiã gallinarum clarificat uocem. 3
Cerebrum gallinarũ prohibet fluxum 4
ſãguinis nariũ ex cerebri uelaminibus ac
cidẽtem. Idem. Epar gallinarũ pinguiũ 5
ſicut & anatum ſanius eſt cęteris gallinæ
ſãguinis ut dicitur. Idem. Adeps quidẽ 6
galli ſicut & cerui uehemẽtioris eſt calefa
ctiõis. Adeps autẽ gallinæ minus cali- 7
dus ẽ,& aſperitati linguæ cõfert. Eſcu 8
lapius. Ouum gallinæ ualet ad oẽm dolo
rem oculorũ:etiam albumẽ infuſum ocu-
lis ſedat punctiões. Totum ouum com 9
buſtum:& cũ uino uel aceto bibitum,oẽs
fluxus ſtrigit. Ouorũ qñq; uitella bibi- 10
ta cũ tribus uini cyathis Hemoptoicis ua-
lẽt. Adeps gallinarũ puſtulas oculorũ re 11
primit. Tibiæ quoq; cũ pedibus coctæ, 12
& cũ ſale & oleo & aceto colli dolorẽ ſe-
dãt. Stercus eius flegmones, q naſcũtur 13
in naribus impoſitum,ſanat.

CAPVT. 48.

GAlli naceus. Alex. Gallinaceus ſi bene urticetur, ducet pullos ſuos admodum gallinæ, qđ ut dicitur non facit propter commodum pullorum, ſed propter commodū proprium: ut ex calore pullorū faciat uenenū urticæ euaporare. Ex li. de na. re. Gallinaceus gallus teſticulus uiduatus dicitur, q capo uulgariter appellat̃: ut ſuperius in ca. 22. dixi. Fert̃ autem citius impinguari, q libidine arcet̃: cum gallinis qdē impinguatur, ſed nequaꝗ impinguando fecūdat: cū eis paſcit̃, ſed non eas defēdit, nō cātat, nec horā diei ul' noctis diſceruit. Igit̃ ad nihil utilis eſt, niſi ad coquinā. Itē aliqñ gallus poſt triēnium caſtrat̃, poſtea quinqꝫ uel ſeptē annis uiuere finit̃, & ſic in eius iecore lapis inuenitur Electorius quē ut ibi cōceperit, non poſtea bibit. Vnde ſi quis hunc lapidē in ore ſuo habuerit, ſitim extinguit De quo inferius in tractatu de lapidibus tractetur.

CAPVT. 49.

GRaculus & garrulus. Ex lib. de na. rerum Graculus eſt auis nigra per totū corpus Eſt eñ de gñre cornicis, licet corpore minor, libenter in altiſſimis nidificat, & hoc in tāta multitudine, ut in una ſepius arbore ſeptem paria graculorum nidos cōſtruant. Optime naꝗ aues iſtæ ſibiinuicē cōpatiuntur. Eſt autem auis clamoſa nimium maxime à tempore coitus, quē ſcilicet coitum tēpus excitat uernū, Amoris gratia maſculus feminam cubat, carnes pullorum eius edibiles ſunt, & maxime ſi excorientur. Hanc auē nonnulli falſo opinantur eandē eſſe garrulum: ſed multa inter eas eſt differenia: nā graculus eſt unius coloris, garrulus autē colore diſtinctus ex diuerſis plumis. Dictus à garriendo: non enim eam quiſqꝫ trāſire poteſt contra quem non garriat. Cęterarum autē auium uoces uel modulos nō ad delectamenta leticiæ, ſed tātum ad garriendum dicitur imitari. Tāta plumarum uarietate diſtinguitur, ut nullus ei cęterarum auiū color deeſſe dicatur. Captus in iuuentute clauditur, ut articulata uerba loqui doceatur: ꝗ etiam ubi didicerit, magis garrire geſtit. Et quandoqꝫ dū garrulitate intendēs ſibi nō proſpicit, niſus eā imopinate rapit: frequenter inſanire dicitur: ita ꝙ plerūqꝫ inter furcatos arborū ramos ſe ſuſpendit.

OPERATIONES.

Pli. li. 8. Gracula ꝙꝙ ſicut & aliæ ꝗdam aues lauri folio annuū faſtidium purgat.

Idē in li. 18. Graculi ſero à pabulo recedētes hyemē ꝑſagiūt. Iſido. Eſt enim loquaciſſimū genus & uocibus importunū.

CAPVT. 50.

GRyphus. Iſidorus. Gryphus uocat̃ eo ꝙ ſit animal pēnatum & q̃drupes.

Hoc genus ferax in Hyperboreis naſcitur mōtibus. Oi corporis

corporis parte leones ſunt, alis & facie aq
lis ſimiles, equis uehementer infeſti: nã &
hoies uiſos, decerpunt. Solinus. In Aſiati
ca Scythia terræ ſunt locupletes, inhabita
biles tamen, nam cũ auro & gẽmis affluãt,
gryphi uniuerſa tenẽt, alites ferociſſimi et
ultra oẽm rabiem deſeuiẽtes: quorum im
manitate obſiſtẽte: aduenieẽs acceſſu rarus
eſt. Viſos quippe decerpũt uelut geniti ad
plectẽdam auariciæ temeritatem. Arima
ſpi cum his pugnant, ut lapides qui ibi ſũt
intercipiant, ex quibus ſunt ſmaragdus, ſi
cenicus, & criſtallus. Ex lib. de na. re. Gry
phus eſt auis quadrupes, capite & alis aq-
læ ſimilis, ſed multo maior, tamen in nido
ſuo lapidem agathẽ ponit nec dubium qn
ad aliquod remediũ. Hi equis & homini-
bus maxime infeſti ſunt, & homines arma
tos p̄liando ſuperant & occidunt. Gryphi
dominãtur aurum effodere, in effoſi inſpe
ctione gaudere. Alb. in lib. de na. ani. Gry
phus in poſteriore parte & cauda & poſte
rioribus cruribus imitatur leonem, habet
etiam ungues lõgos ex quibus cyphi fiũt.
Iohã. monteuille dicit: corpus magni gry
phi maius eſſe octo leonibus de partibus
iſtis: nã poſtq̃ bouẽ, equum uel hominem
etiam armatum occiderit, leuat et aſportat
pleno uolatu. Illius ungulæ ſunt tãq̃ cor
nua bouis, de qbus fiunt ciphi ad bibẽdũ,
qui reputãtur ualde precioſi: fiuntq̃ de pẽ
nis alarũ eius arcus rigidi & fortes: ad ia-
ciendum miſſilia & ſagittas.

CAPVT. 51.

GRico cende
ron ſiue
gracocen
deron. Al
ber. in lib.
de na. ani
mal. Gra-
cocẽderõ
auis eſſe
dicit ma-
gna inter
omnia uo
latilia mi
nus utens

coitu, uno enim coitu in eſtate implet fe-
minam ad filiarum fœcunditatem: & ſic
toto anno non coit amplius.

CAPVT. 52.

GIrfal
co &
Goſtur-
do. Gir-
falco ue-
nit à parti
bus tranſ
marinis
in cohor
te multa-
rum auca
rum ſil-
ueſtriũ, q
rũ unam
de nocte
propter frigus pellẽs ſub pedibus ſuis, aliã
de die capit in cibis. Autor. Girfalco idẽ
dicitur eſſe quod herodius. De quo dicit
inferius. Ex lib. de nat. rer. Goſturdi ſunt
aues admodum paruæ, coloris terrei, cri-
ſtam paruam ex plumis habentes in capi-
te, nec aliarum auium more uolantes: q uẽ
to cogente nunc alta, nunc ima petunt. De
his fertur uulgo q̃ earum oua ĩ terra poſi-
ta à bufone, ex quibus cum exierint pulli,
tunc primum eos parentes curant: eiſq̃ ci-
bos ferunt quo adusq̃ uolatus tentare poſ
ſunt.

CAPVT. 53.

GRus.
Iſido
rus. Gru-
es nomen
de propri
a uoce ſũ
pſerunt,
tali enim
ſono ſu-
ſurrant.
Hę dũ per
gunt una
ſequit alı
am ordi-
ne littera
to. Ariſtot. Gruibus quoq̃ natura dedit

placabilem criſtam, per medium caput à
roſtro reſidentem. Regem habent grues,
eiq; ſunt obedientes. Grues dormiens ca
put ſub alis reclinat, & ſuper unum pedẽ
ſtat. Habent autem rectorem grues qui cę
teris dormiẽtibus, & capita ſub alis recli-
nantibus excubat eleuato capite. Grues
ad inuicem pugnant: ita ꝙ in hora pugnæ
accipi poſſent. Ex lib. de natu. rerum. Per
grues domeſticas aliæ capiũtur grues: ha-
bent carnes reliquis auibus grauiores.
Iſidor. Grues excelſa petunt, quo facilius
uideant quas petunt terras. Caſtigat autẽ
uoce quæ cogit agmen, at ubi rauceſſit, ſuc
cedit alia. Nocte autẽ excubias diuidunt,
& ordinem uigilarum per uices faciũt, te
nẽtes lapillos ſuſpẽſis digitis, quibus ſom
nos arguant: quod cauendum eſt, clamor
indicat. Dicit Ariſtot. ꝙ ad plagam ſeptẽ-
trionalem ultra Aegyptum in hyeme ueni
unt, quibus pigmei homines ſcilicet cubi-
tales occurrunt, & cũ eis pugnant. Pugna
gruũ adeo fortis eſt & ꝑtinax, ut manu ca
pi poſſunt. Quando nubes pluioſas pro-
ſpiciunt, clamant & uociferant, ducem ſu
um celeriores captare uolatus ſolicitant.
Cum autem ſuper terram deſcenderint ut
comedant, dux earum caput in altum eri-
git in cuſtodiam omnium: cęteræ uero ſe-
cure depaſcant. Fertur autem ꝙ poſt hye-
mem uolantes à montibus orientis, hare-
nas aureas & auricalcum lapidem tranſ-
glutiunt: & poſt in partibus tranſmarinis
euomunt. Vnde dixerunt qui experti ſũt,
ꝙ lapis quem grues euomunt, igne medi-
ante, tranſit in aurum.

OPERATIONES.

1 Raſi. Caro gruis groſſa eſt, que & tarde
digeritur & ſanguinem melancolicam ge
2 nerat. Haly. Fel gruis calidum ſubtile,
ſi cum aqua ſanſuci naribus inſtilleť, para
lyſi prodeſt & facit titillationem.
3 Item. Occiſa grus una die in ęſtate, duo
bus in hyeme ſeruari debet antequam co
medatur, ut caro digeſtibilior fiat atq; te-
nerior.

CAPVT. 54.

GLottis. Iſidorus. Glottis ẽ auis grę-
ce ſic no-
minata,
quia lon-
gam exe-
rit lingu-
am. Hæc
inſtante
hyeme re
cedenti-
bus hirũ-
dinibus atq; ciconijs, blandiẽte ſibi ſocie-
tate, auide cũ eis iter aggreditur. Sed poſt-
modum in uolatu labore cõperto, penitẽ-
tia ducitur, & quoniam in comitatum re-
uerti piget, ſequitur aues aliquas, tanto ta-
men tedio, tam paruiſq; dietis, ut eã in cõ-
pleto itinere hyems anticipet. Econtra ue
ro citramus auis A ſie feſtinatior perſeue
rat & alias aues ſocias ꝑit, redditq; ſolici-
tas: & excitat de nocte ſomnolentas. Ari.
Auis glottis id eſt magne lingue: linguam
habet prominentẽ ualde: & hec adiungiť
in redeundo cum gruibus & alijs auibus.

CAPVT. 55.

HAliæetus. Actor ex
generib9
aquilarũ
Haliæet9
tantum in
plumis
etiam per
cutiẽs pul
los ſuos,
ſubinde
cogit aꝟ-
ſos intue
ri ſolis ra
dios. Et ſiquanq; ex eis conuiuentem hu-
mectantemq; id eſt lachrymantem aniad-
uerterit ipſum e nido uelut adulterinum
atq; degenerem precipitat. Illum uero cu-
ius acies firma contra ſteterit, educat. Eſt
autem

autem haliæetus uolucris oculorum acie clariſſima, ſeſe ex alto librãs, uiſoq́; in mari piſce, preceps in eum ruens, ac diſcuſſis pectore aquis rapiens. Haliæeti ſuum nõ habent genus, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur. Rodolphus ſuper Leuiticum. Halieætus rapina paſcitur, ſed quia uiribus deſtituitur, minoribus tãtum auibus, quibus prçualet, infeſtus eſt.

CAPVT. 56.

Halcyon. Ambroſius. Halcyon ẽ auis maritima quæ in littoribus fœtus ſuos edere ſolet. Nã in arenis oua ſua deponit, medio ueræ hyemis quãdo maxime mare inſurgit, & littoribus uehementior fluctus illidit, qua excubãte mare ſubito miteſcit, & oẽs uentorum procellę cadunt. Fouet aũt oua ſeptem diebus: tunc pullos educit, quos alijs ſeptem diebus enutrit. Vnde hos. 14 dies nautæ pręſumptæ ſerenitatis obſeruant quos halcyonides uocant, eo q̃ halcyone fouente uel enutriẽte fœtus nullos procellæ motus horreſcant. Ex libro de naturis rerum. Halcyon eſt auis minutiſſima in mari habitans, & fœtus faciens Aues quędam domeſticæ (ut gallina & columba) indiſcretis temporibus fœtus faciunt, quoniam ab hyemis intemperiæ tutæ ſunt. Hæc autem ſola inter aues ſilueſtres hyemali tempore fœtificat. Huius nidus ferro nequit incidi, ſed ictu ualido frangi. Dicitur q̃ halcyõ quaſi ales oceani: eo q̃ in hyeme in ſtagnis oceani nidos facit, & pullos educit.

CAPVT. 57.

Harpyia. Autor. Harpyiæ dicuntur quedam aues maxime que nunq̃ ſatiant̃ mãducãdo. Digitos ad predã exacuũt curuis tremendos unguibus ſuper menſas aduolãt, & quod contingunt, auferunt, quod relinquunt, polluunt. Ex libro de naturis rerũ. Harpyia eſt auis in ſolitudine iuxta mare Ponticum, fame rabida, fere ſemper inſatiabilis, ungues habet aduncos & ad rapiẽdum & diſerpendum ſemper paratos, faciem tamen habet hominis, ſed in ſe nihil humanæ uirtutis: nam ſupra modum humanum ferocitate graſſatur. Primum hominem quem in deſerto uiderit, occidere fertur. Etiam inde cum fortuitu aquas inuenerit, faciemq́; ſuam in eis contemplata fuerit, mox ſui ſimilem hominem occidiſſe ſe perſpiciẽs, immodice triſtatur, & hoc aliquis uſq́; ad mortem, plãgitq́; occiſum omni tempore uitæ ſuæ. Hęc auis (licet careat ratione) aliquando tamen domeſtica & docta loquitur humana uoce.

Virgilius in. iij. Aeneidum de Harpyis loquitur.

Extruimuſq́; toros: dapibuſq́; epulantur opimis.
At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpiæ: & magnis quatiunt clangoribus alas.
Diripiuntq́; dapes: contactuq́; omnia fœdant
Immundo: tum uox tetrum dira inter odorem.
Rurſum in ſeceſſu longa ſub rupe cauata
Arboribus clauſi circum: atq́; horrentibus umbris
Iſtruimus menſas: ariſq́; reponimus ignem
Rurſum ex diuerſo cœli cæciſque latebris
Turba ſonans prædam pedibus circumuolat uncis.

CAPVT. 58.

HIrundo. Ex lib. de nat. rerũ. Hirundo eſt auis leuiſſima, roſtro paruo, cauda etiam furcata, forma grata, nigredie decētiſſima, in uētre candida, ſub gutture ruffa, modicam habet carnē & nigrã, plumas multas & alas magnas: ideo ꝙ circũ habet uolatũ diem prenunciãdo nunciat, dormiētes excitat, et ad laudē creatoris inuitat. Apricos montiũ receſſus hyeme petit, ibiqꝫ nuda et implumis reperitur. Aduentus ſui tempora cuſtodit, et aduentu ſuo ueris initiũ prodit, Quędam in iecore lapidem chelidonium portãt. Harum pulli in hoc cognoſcũtur, ſi pro ſigno pacis ore ad os in nido cõuerſi ſedent. Nam cęteri qui nõ habent lapidem auerſis poſterioribus ſedent. Ambro. Hirundinē accipiamus maternę ſedulitatis in filios grande documentũ. Hirũdo minuſculo corpore, ſed egregio pręſublimis effectu, in nido conſtituendo tam ſapiēs eſt, ut hominum domicilijs paruulos ſuos cõmēdet, ubi nullus eos incurſet, ore feſtucas legit, & luto illinit, ut conglutinari poſſint: ſed quæ lutum pedibus deferre nequit aquam pēnas infũdit, ut eis puluis hęreat, & limus fiat, quo feſtucas ſibi colligat, & herere faciat. Phiſiolo. Hirũdines ouant bis in anno, ſed oua prima quãdoqꝫ propter hyemem corrumpuntur: poſteriora uero complentur, & faciunt pullos. Hirundines & paſſeres pullos incõpletos faciunt, & pullificãt pullos multos: propter hoc ſi extrahatur oculus hirundinis pulli, dum paruus eſt, iterum creſcit. Ex libro de natu. re. Hirundinis femina libidinis imagine concipit, aut puluere. Chelidoniam, ut dicit Plinius, herbam ſcilicet uiſui ſaluberrimam, monſtrauerunt hirundines uexatis oculorum pullis illa medētes. Hirũdinum quędam nidificant in domibus, ꝗdam in feneſtris uitreis, quędam in abruptis montium. Et hæ qualitate & quantitate differunt. Pullus hirundinis auide clamat & ieiunis & de nocte. Si pullo hirundinis extrahãtur oculi, alias natura reſtaurante recuperat. In eius uentre lapis inuenitur multis deſeruiens utilitatibus, unus ſcilicet ruffus, & alius albus.

OPERATIONES.

Dioſcor. Hirundinis pullum primo de 1
fectu primæ lunæ aperies, iuenies in eo la
pides duos, unum beneficum, & alterũ ma
leficum. Sed cum aperis eũ, caue ne ter 2
ram tãgat. Hic in pelle uituli uel cerui po
ſitus in collo uel brachio ſiniſtro patiētis
ligatus, epilentiam curat, ſi hoc aſſidue fi
at. Maiores autem hirundines ſi cõbu 3
ſtæ fuerint, puluis earum melle mixtus &
inunctus, caligines oculorũ detergit. Hęc
etiam ſquinanticis prodeſt. Et uuæ fauci
umqꝫ tumorem compeſcit. Eſculapius. 4
Hirundinis combuſtio, uel puluis pullo
rum eius combuſtorum morbos faucium
curat. Cor eius ſi bibatur, idem operatur.
Auicenna. Hirundinis cinis, & maxi 5
me aduſti, acuit uiſum. Et dicitur ꝙ ei 6
us cerebrum cum melle confert principio
aque. Idē. Hirundinum ſtercus ualet al 7
bugini, et hoc ipſum eſſe mirabile, ſum ex
pertus. Plini. lib. 10. Fimus hirundinis 8
decoctus & potatus, confert morſui canis
rabidi.

CAPVT. 59.

HErodius. Iſido. Herodios greci uocant: quos latini Diomedeas. Gloſa ſuper Pſalmum. 103. Herodi⁹ ē auis rapaciſſima

paciſſima omnium uolatilium maiorum quæ & aquilam uincit. Gloſa ſuper Deutro. Herodius uulgo girfalco dicitur: et rapit aquilam. Ex lib. de natu. rerum. Herodius qui & Girfalco (ut gloſa ſuper Leuiticum dicit) in loco ubi aues immundæ ꝓhibētur, ſiue girfalcus (ut dicit liber rerū) appellatur. Eſt auis inter omnes nobiliſſima: colore ceruleo, maxima tamen parte corporis ad albedinem declinans: preterꝗ in pectore & alis, ubi cœleſtem colorē euidētius imitatur: adeo fortis eſt, ut aquilam capiat, adeo quoqꝫ animoſus, ut cum poſt quinqꝫ grues uel alias quaſqꝫ aues in aere uolantes fuerit dimiſſus, ab earum ꝑſecutione nō deſiſtit, donec omnes ad terram ſucceſſiue deijciat. Eſt autem canis ad hoc educatus et doctus, qui herodio deſuper uolante ipſas aues deiectas capiat & occidat. Herodius cum uidet prędam, excutiens ſe animat, & diſcernit, an ad capiēdum apta ſit. Carnes crudas et ſeruatas nō comedit, ſed recentes, herodius parui corporis eſt reſpectu alarum ſuarum.

CAPVT. 60.

IBis. Ex libro de natur. rerum. Ibis ē auis ſuper Nilū requieſcēs, aquā tamen nūꝗ ingrediens: ſed eiecta cadauera comedens, quæ cum cibis nimis conſtipata fuerit, roſtro de naturę ſecretis indigeſtibiles cibos detrahit. Mentiuntur plane qui dicunt ibices eſſe ciconias: niſi forte dicant genus eſſe ciconiarum in orbe noſtro ignotum. Nam ibices dicit Plinius habere roſtrum aduncū, quod itaqꝫ de ciconijs noſtris falſum eſt, ꝗ roſtrum habent longum directum in ſummitate acutum. Hec auis ore parit, & eius oua ſi quis comederit, morietur. Gloſa ſuper Eſaiam: Ibis eſt auis aquatica, ſerpentibus inimica. Huiuſmodi aues Ioſephus à Moyſe dilatas in bellum contra Aethyopes narrat, quia ſerpētes habundant in terra illa, per quam aditus erat. Plinius. li. 10. Inuocant ibices ſuas Aegyptij contra ſerpentium aduentum. Phiſiologus. Ibis ſemper de nocte & die iuxta littora ambulat, querens cadauer aliquod, quod ab aqua iā putridum eiectum ſit, refugiens altiores & puriores undas, ubi mūdi piſces habitant, quia natare neſcit: nec dat operam ut addiſcat, cum cadaueribus delectatur.

CAPVT. 61.

IBos. Albert. in lib. de na. animaliū inquit. Ibos auē eſſe orientaliū partium: fortem odioſam equis exiſtere: habet eñ hinnitum ſicut equ⁹ ſed uox eius eſt horribilis, & terribilis ad audiendum, & illa uocando eijcit equos à paſcuis:

eo ꝙ herbis paſcit ſicut equus. Inuidiæ autē & auaricię cauſa equos eadē auis extollit de paſcuis cū pratis ſedet.

CAPVT. 62.

ISpida. Alber. in lib. ut ſupra. Iſpida auis eſt pulchre, q̄ Germanice, yſuogel uocat, colorem habet medium inter uiridem & ceruleum, cui cum radius ſolis incipit ſaphirini coloris uidetur in pectore: colorem habet carbonum ardentium circa aq̄s uolat, piſciculis inſidiatur & uermiculis.

OPERATIONES.

1 De hac dicunt ꝙ pellis eius detracta, & parieti infixa, mutat pennas annis ſingulis, ſed probaui in quibuſdam uerum non
2 eſſe. Dicunt etiam auguria ſectantes ꝙ hęc auis conſeruata in theſauris, theſauros auget & abolet paupertatem. Infra in cap. de ybos & ydros & yſidaxione, &c. plenius dicetur.

CAPVT. 63.

Kiches & koky. Ex li. de na. re. Kiches ē auis q̄ uocibus diuerſis uociferatur, & quodlibet fere die uocē ſuam mutat, ſuper arbores nidificat, & glandibus quādo mature ſūt cibum congregat ſufficientem ſibi. Educati uero pulli eius, & ad uolatum roborati, cibant parentes ſuos in ſenectute faciūt ꝙ eos manere in nidis abſq; ullo labore.

Eodem lib. Kokis eſt auis, in cuius morte uociferantur aues uociferatione doloroſa & ſuaui. Omnes quoq; aues uncorū unguium cum uiderint pullos ſuos uolare poſſe: illos percutiunt & è nidis eijciūt, nec poſtq̄ completi fuerint, de illis ſolliciti ſunt, preter Kokis quę longo tempore de pullis ſuis cogitat, & cū eis uolatilibus uolat: eiſq; ad comedēdum dat. Actor idem alibi de cornice dicit: unde hāc auem ęſtimo cornicem eſſe.

CAPVT. 64.

Kynius, Karbolus. Albert. in li. de na. animal. Kinnius auis eſt p̄da uiuens, bonæ pullificatiōis, diligenter pullos nutriens, nō ſolum ſuos, ſed etiā nutrit pullos aquilæ ſubiectos tedio. Eodē lib. karbolus auis eſt pigra, q̄ nec oua ſua fouet, nec pullos nutrit, ſed oua ſua latentur in palumbi nido reponit & à palumbis fouentur & nutriuntur pulli eius, ouis palumbi prius confractis.

CAPVT. 65.

LAgus & Lucidius. Iorath. Lagus ē auis aquatica mergo utcunq; moribus cōtraria. Nā ſicut mergus tempeſtatem maris fugit: ſic lagus in tempeſtate lętatur et ludit. Elicius ſuper Leuiticum: Lagus eſt animal in terra & in aqua habitans, uolat enim & natat. Actor. Hęc auis eſt (ut fertur) q̄ uulgo uocatur raſſe. Ex lib. de na. rer. Luſcidij picti ſunt, quaſi lucē dantes, harum enim auium pennæ per obſcurū in nocte lucent Vnde qui eas habent quando uolant preiactis luciferis penis, harum gratia uias dirigunt. In Hircinia Germaniæ ſylua hęc auis habitat.

CAPVT. 66.

LAagepus auis eſt (ut dicit Albertus in lib. de na. animal.) ſed ſuum modũ natura leporinos habens pedes, & uellus habens plumis & male uolat: et ideo in ſpecubus ſub terra uiuit, ꝙ quando pro preda aliquãdo perſilit: ſtatim capta preda, ad antrum redit & comedit: hęc auis non domeſticatur & capta moritur, & citiſſime putreſcit ꝓpter ſuæ complexionis maliciam.

CAPVT. 67.

LInachos. Ex li. de na. re. Linachos ẽ auis acute uiſus ualde, ꝗ & pullos ſuos ante ꝗ̃ habeãt alas completas ꝑcutit, ad ſolẽ aſpicere cogit, & ſi cuius oculus lachrimetur, ipſum interficit, alios uero nutrit. Hęc etiam marinis auibus cibatur: eoſqꝫ quando ꝙ deſuper in aere leuata natantes contemplatur, quam illi uidentes ſe ſubmergunt. At illa prope aquas deſcendit eas uſqꝫ ad ſuffocationem in ſubmerſione manere cogit: & tunc plumis ad ſuperficiem aquæ deductas rapit.

CAPVT. 68.

LVſcinia. Autor. Ipſa ẽ philomena: ut ĩ papia legit. Iſi. Luſcinia dicit̃ quaſi lucinia que cãtu ſuo ſolet ſignare diei ſurgentis exortũ: eadẽ & accedula à Cicerone uocatur Ambr. Luſcinia ꝑuigil cuſtos cũ oua ꝗ̃dã ſinu corporis et gremio fouet, inſomnẽ lõgæ noctis laborẽ cãtilenæ ſuauitate ſolatur ꝗ poſſit nõ minus dulcibus modulis (ut mihi uidet̃) ꝗ̃ fotu corporis oua aĩare ꝗ̃ fouet. Pli. li. 10. Luſcinijs diebus ac noctibus cõtinuis qndecim garrulis ſine intermiſſu cãtus ẽ. Dẽſate ſe frõdiũ germine, digna miratu auis. Primũ tanta uox in tã paruo corpuſculo, tanqꝫ pertinax ſpiritus. Deinde in una muſicæ perfecta ſciẽtia modulatus edit̃ ſonus, & nũc cõtinuo ſpiritu trahit̃ in lõgũ, nũc uariat̃ inflexo, nũc diſtinguit̃ conſciſo, copulat̃ intorto. Itaqꝫ Cæſaris iuuenes habebãt luſcinias gręco & latino ſermone dociles. Prętereamedi tãtes in diem aſſidue noua loq̃ntes Poſtremo hyeme ipſa nõ cernitur, linguis earũ tenuitas illa prima non eſt ꝗ̃ ceteris auibus. Pariũt in uere primo plurimũ ſua oua.

CAPVT. 69.

MAgnales. Albertus in libro de naturis animalium. Magnales aues ſunt orientis ualde magnæ, pedibus magnis et roſtro hominibus non nocētes. Piſcibus in fluminibus & in alijs ſtagnis inſidiant̃, & illos comedunt.

CAPVT. 70.



MErula. Iſidorus, merula antiquitus medula uocabatur, eo ꝙ moduletur: alij merulam aiunt uocitatã, qa ſola uolat quaſi mera uolãs. Hęc cum in oĩbus locis nigra ſit, in Achaia tamen cãdida eſt. Pli. li. 8. Merula folia lauri faſtidium annuũ purgat. Idem in lib. 10. Abeunt et merulæ in uicina, ſed plumã non amittũt, nec occultãtur, niſi ſpe cibi q̃ hybernũ pabulum petũt. Merula ex nigra ruffeſcit, eſtate canit, hyeme balbutit, circa ſolſticiũ mutat roſtrum, anniculis in ebur transfiguratur dũtaxat maribus. Ex li. de na. rerum. Merula dicebatur olim medula: quia mirabiles uocis modulos reddit, maxime cum uernũ temporis ĩminere ꝑſpexerit. Nam hyeme tacet, tãtum autem balbutit. Olim merula fuit ſpectãdum in clero miraculũ, q̃ arte humana edocta nouem notulas in ordine ſecundum muſicã cãtabat: ita perfecte, ut nullus muſicorum eam aliquatenus imitari poſſet parilitate cõcordãtiæ. Hęc auis croceum quantulũꝗ colorem habet in pectore: reliquum uero corporis occupat nigredo. Merula domeſtica contra naturã carnes comedit, & hęc dulce canit: libenter ſe balneat, & plumas roſtro purgat. Cũꝗ nigra ſit & turpis in delectationem mouet ſeipſam propter amœnitatem uocis. Merula plumas non exuit, ſicut cęteræ aues, ſed roſtrũ ſuũ ſingulis annis mutat in candorem, & in hyeme uix poteſt uolare propter pinguedinẽ.

OPERATIONES.

Haly. Merularum fimus quiriſum comedunt ſi tritus & cum aceto diſtemperatus: morpheæ ꝗ nigræ ſuperponatur, eam extirpat: ſic quoꝗ lentiginem elimat.

CAPVT. 71.

MErgus. Ex libro de natur. rer. Mergus fluminaſtagnaꝗ innatat, & piſces perſequit̃, ſic dictus, eo ꝙ in aqs ſe mergat: diutius tamen ſub aquis morari non ualet, quoniam in aere ſpiritum recuperat, quãdo ꝑcuti debet in aqua mergit̃. Serenus Sulpicius tradit, ꝙ quędã earũ ſpecies eſt ꝗ̃ à re cornutam uocant, eo ꝙ rubeas plumas in capite inſtar cornuum habet. Cõtra omne genus auium pedes habent in cauda, ita ut cum in terra ſtant, ſicut homo geſtu pectoris eriguntur. Has aues beatus Martinus diuina uirtute coegit aquam contra naturam ſuam deſerere, & arida loca deſertaꝗ petere. Harum pulli ſtatim ut oua exeunt, tanto uigore pollent, ut ſi matrem eos perdere contigerit, uirtute propria uiuant. Et ut dicit experimentator, in hyeme pinguiores ſunt propter paucitatem motus. Om̃e enim animal ſereno aere gaudet, & in eo plus uagatur. Plin. lib. 18. Mergi ſicut ceterę aues aquaticæ pēnas roſtro purgantes, aut maria aut ſtagna fugiẽtes, præſagiunt uentum.

CAPVT. 72.

Merillus

MErillus, & Meropes. Iſid. Merillus auis ē nō multa maior merula, colore q; q; prope ſimilis, ſed roſtro pedibus unguibusq; diſſimilis, prędæ cupidus ē. Sed quia paruus & parui roboris, paruarū auium eſt ꝑſecutor. Hi ſicut accipitres & herodij ſocialiter uolant. Imbuiq; quattuor ex illis poſſunt, ut cygnum hoc modo capiāt. Primus ex eis cygni caput īuadit. Secūdus et tertius ex utroq; latere binas alas Quartus uero collum & pectus. Et ſic cygnus auis grauida anguſtijs circumſepta, mouere ſe nō ualēs, ab aucupe pręuēta capit & occiditur. Idē Meropes ē auis habēs in dorſo colorē cianeū, in pectore ſubrutilū, in uētre pallidū. Hęc naturali calore abūdās, antra ſeptē pedibus altitudinis ī terra fodit, ibiq; nidificat, ac fœtus facit, & eos uſq; ad robur debitū illic abſcōditos paſcit & nutrit. Iorath. Meropes ſolliciti ſunt de pullis ſuis, & qn̄ iā ſeneſcūt & uolare nequeūt, pulli fouēt eos, & alunt q̄uſq; uiuūt.

CAPVT. 73.

MElāchoryphus et Morfex. Alb. in libro de natu. animalium. Melanchoryphus ſic dictus, q a mortificat, auis ē (ut dicit Pli.) quātitate parua, fœcunditate magna. Nam ultra uiginti oua fouet, & omnes inducit filios, & ita diligenter paſcit, ꝙ in nidis pinguiſſimi ſunt, & cum à nido uolāt per turmas matrē ſequuntur, nec ipſa deſerit eos, donec per ſeipſos ſibi ad ꝓcurationē ſufficiant. In libro ut ſupra. Morfex auis ē aquatica & magna, roſtrum habet ſerratile & forte, & ungues fortes, & mergit ſub aqua, & capit piſces magnos, & p̄cipue anguillas, & gregatim nidificat in arboribꝰ iuxta aquam, & paſcit pullos piſcibus, & ſunt uoraces, & dicitur de eis quando auolare debent à nido ſi ſentiunt ſe nimis grauari cibis de nouo ſumptis, euomūt eos ut leues fugiendo uolare poſſint, & qui non euomunt aliqn̄ pereūt. Stercus huius auis ſiccat arbores in quarum ramis cadit. Hęc auis ſaturata expandit alas ad ſolem, inſidens palis & arboribus, ut ſiccentur, & qn̄ incipit uolare uix eleuatur, et caudam diu in aquam ducit. Vnde & à quibuſdam humuſculus uocatur.

CAPVT. 74.



MEmnonides, meaucæ, & Meruſtiones. Albertus in lib. de natu. animalium. Mēnonides aues à loco ab Aegyptijs ſic uocatas. De Aegypto ei uolant ad Nilum ad ſepulchrum Memnonis philoſophi ſemper in quinto anno, & cum biduo ibi circumuolauerunt, tertio die pugnam ineunt, & ſe roſtris & unguibus lacerant, & tunc reuertuntur in Aegyptum.

In libro ut ſupra. Meaucæ aues ſunt à mutatione uocis ſuæ ſic dictæ, ſunt autē anatibus maiores, & ſūt breui colli, & breuibus pedibus, coloris cinericei, oculis

glaucis, roſtro ex parte croceo & ex parte rubeo, ſemper clamans meauca, cadaueribus cupidiſſima, & precrpue hominũ, unde & gaudet in tempeſtate. Inſidiat̃ tamẽ etiam paruis animalibus. Ab iſtis auibus, etiam multæ aliæ aues apud marinos meaucæ uocantur. In eodem li. Meruſtiones aues ſunt paruæ rapaces tamẽ: & aliq̃d habent de falconũ natura, & ſocialiter uolãt ad prędam. Et aliquando quatuor docent̃ q̃ ſpe auxilij hominis cygnũ proſternũt, & tunc unus capiti, & duo autem alis inſidẽtes, & quartus pectus oppugnãs cygnũ opprimẽdo deijciunt, ut ab aucupe capiatur, qñ autẽ ſilueſtres ſunt, paruarum auiũ ſunt inſecutrices. Sunt aũt in figura & colore fere ſicut merulæ, excepto q̃ pedes, ungues, & roſtrũ habent adũcos ad capiẽdum.

CAPVT. 75.

Milu⁹ Iſi. Miluus dicitur q̃ſi mollis auis ſcilicet uirib⁹ et uolatu, rapaciſſimus tamẽ eſt, & ſẽper domeſticis auibus inſidiatur.

Ex lib. de na. re. Miluus ungues, pedes, & roſtrum aduncum habet inſtar accipitris, ſed alas curuas & nõ rectas, in quo eſt eis diſſimilis. Audax eſt in paruis, timidus in magnis, fugat̃ à niſo, q̃uis in triplo ſit maior illo. Circa macella & cadauera excubat. Iecur eius medicinale Plinius laudat Gloſa ſuper Hieremiã Aues ſua tẽpora norũt, quando ſcilicet ad calida loca feſtinantes, rigorẽ hyemis debeant declinare, à principio ueris ad regiones ſolitas redire. Vnde ſcriptum eſt. Miluus nõ apparet niſi in ęſtate, ſicut nec turtur & hyrundo. In hyeme nanq̃ manent in nido, uel latent in cauernis arborũ, uel ad alia loca calidiora ſe transferunt. Iorath. Miluus cubitus cum à nido egreditur, in cõplemento alarum ſuarũ aues magnas uenatur, cũ q̃ fortior fit, magis debiles capit, in cõplemẽto aũt uirium ſuarum muſcas & culices ac lũbricos terreſtres uenatur, & tunc fame moritur. Ex Auiano. Miluus inſidiatur auibus domeſticis, maximeq̃ pullis, & quos incautos uiderit, ſtatim rapit. Circa coquinas etiam & macella uolitat, ut ſi quid carnis crudæ proijciatur foras, uelocius rapit

OPERATIONES.

Plin. li. 29. Milui iecur ad inunctiones 1
oculorum uitiorum laudatur. Idem in 2
lib. 30. Ex nido quoq̃ milui ſurculus uitis
alligatus ceruicis neruis & opiſtotano au
xiliari dicitur. Comicialibus etiã iecur 3
milui deuoratum medetur.

CAPVT. 76.

Monedula & Muſcicapa. Iſid. Monedula dicitur quaſi monetula, q̃ cum aurũ iuenit, aufert & occultat Vnde Cice. p Valeriano flac. Non plus aurum tibi q̃ monedulæ cõmittendum eſt. Ariſt. Monedula pugnat cum bubone, quia bubo debilis ẽ uiſus de die, propter hoc rapit coruus ille bubõis oua, & comedit ea. Ex libro de naturis rerum. Monedula quaſi monetam tollens aut diligens dicitur, auis eſt nigra, ſed formoſa & grata, hominum uoces in pullo edocta imitatur. In matutino cum orto ſolis ſola citius, diſcretius, & tenacius retinere dicitur. Huius carnes pruritum capitis excitant, nam & ipſa appetit in capite fricari.

Ex li. ut ſup. Muſcicapa eſt auis maior columba

columba, plumas habẽs ut lanarius, pedes & roſtrum ut hyrũdo, que licet oris rictũ habeat ampliſſimum propter muſcas & ciniſes, quibus ſolũmodo ueſcitur. Roſtrũ tamen inter aues, comparatione ſui corporis, habet minimum, & pedes ſimiliter.

CAPVT. 77.

Muſca Act. Muſcæ (ut ferũ) ex immũdicia naſcuntur, immũdis adhęrent et loca immũda frequentãt. Inquietę ſũt & importunæ, & infeſtæ, pungitiuæ ac tumultuoſæ. Iſidorus. Muſca ex greco uenit ſicut mus. Hæ ſicut apes necatæ in aqua, aliquoties poſt unius horæ ſpacium reuiuiſcunt.

Ariſtot. Animalia duas alas habentia, tantũ pungunt aculeo, qui eſt interiori ſui capitis, ut muſcæ & muſtiliões. Cunq; q̃d libet ãnuloſum habeat membrum p̃ quod ſentit cibũ, muſce ac muſtiliones hoc mẽbro pnngunt, & ſanguinem extrahunt. Muſca ſicut et apis, non facit ſtrepitum ac ſibilum niſi uolando, ſcilicet alas per aerẽ inter ipſas & corpus cadentem, extendendo & contrahendo. Muſca & formica nõ ſunt nidificantes. In hyeme coeunt, ſi aer conueniens fuerit, & uentus meridionalis flauerit. Non autem ſeparãtur in coitu niſi grauiter quędã anuloſa: quia coitus in eis multũ durat, ut patet in muſcis & araneis. Muſca habet aculeum ſicut apis extra, eius natura eſt mollis & uacua, p̃ ip̃m guſtat & ſentit, ac cibum attrahit. Habet itaq; dentes muſcarum genus & apum, q̃ cum ſunt ſimiles dentibus aliorum.
Ex libro de naturis rerum. Muſca prœter uolat, & circumuolando ſtrepitum facit ex aere circumagitato. Inter alias roſtrũ habet quaſi cannã concauam, pedibus poſterioribus alas acuit, anterioribus autem roſtrum & caput, lucem diligit, nec in tenebris ambulare nouit. Ad calorem ſe libentius confert.

OPERATIONES

Auicẽna in quarto canone. Muſcas interficit arſenicum, quando de illo ponitur aliquod in lacte & ſugunt muſcæ. Interficit etiam eas fumus eius, & fumus thuris, atq; decoctio ebuli nigri. 1

Haly in libro ubi ſupra. Muſcæ proſũt oculorum doloribus & ſui palpebrarum. 2

Quæ ſi comburantur, & cum melle ſup alopiciæ loca ponãtur, capillos producũt. 3

Plinius. libro. 24. Muſcæ quidem necãtur, ſi locus foliorum ſambuci decoctione ſpargatur. 4

CAPVT. 78.

Nicedula. Iſidorus. Nicedula ẽ genus corui, qui pugnat cum bubone. Coruus enim oua bubonis rapit, q̃a parum uidet in meridie, & ea comedit oua corui ſimiliter de nocte. Actor. Idem dictum eſt ſupra ſcilicet de monedula, unde uidetur idem eſſe, ſed forte diuerſitas illa nominis peruenit ex uitio ſcriptoris.

CAPVT. 79.

Niſus eſt a uis, ut habetur in li. de nat. re. nobilis forma & robore minor ꝙ herodius, ſed unus eſt color plumarũ ambobus, et tamen ſocialiter uolare recuſant. Nam inuidiã fertur & faſtu, et cum impetit, ſolus ambit honore uictoriæ potiri, hoc quidẽ ęſtimari poteſt, & forte merito: ſed reuera magis credibile eſt eum ſolũ predæ inhiare: ne dum in uolatu ſocium habuerit, paſtu quoqꝫ ſodalem accipiat. Non enim dubia fides eſt niſum parem ſui generis dedignari, & uelut alieni generis auem perſequi, & hoc contra omnium auiũ genus. Nam ut dicit Ariſto. Omnis auis in uolatu prędã capiens, parcit ſui generis auibus Solus ergo niſus expers eſt generoſitatis huius, & hoc cũ ipſo homine, qui inter animalia terreſtria animali ſui gñris inſidiari non ceſſat. Alexander. Niſus ac triciolus locum eligunt, in quo aues captas deplumant ſingulis diebus, multaqꝫ diligentia mundant ꝙ diu cõpares aues incubant, quibus & eas miniſtrant. Actor eſt aũt niſus aucupantium uolucrũ minima, ſed pro ſexu & natura ſua adaucupandũ promptiſſima, falconũ generibus adiũgitur.

CAPVT. 80.

NOcticorax uel Noctua. Ex lib. de na. rerũ. Nocticorax dicitur noctis coruus, lucifuga enim eſt, & nocte cibos q̃rit, nam ſi de die uolaret, à ceteris auibus impediretur. Nocte (ut uulgus opinat̃) mortem hominum prȩnunciare uidetur uocibus importunis, caput habet ingẽs, nec ut aues cętere formatum. Roſtrum habet aduncum ut niſus, ungues hamatos & aſperos, in domicilijs et parietibus precipue ꝙ rimoſis, que ſine tecto ſunt, libenter habitat, & pullos ſuos fouet, humanis uocibus delectatur, mures & omne genus earum ꝑſequitur. Iſidor. Nocticorax ipſa eſt noctua, quia noctem amat. Eſt enim auis lucifuga, id eſt, lucem fugiens, & ſolem uidere non patitur. Noctua dicitur eo ꝙ nocte circumuolet, hanc Inſula Cretenſis nõ habet, & ſi uenerit aliunde, ſtatim moritur.

Ambroſius. Noctua & Nocticorax magnis et glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum non ſentit horrentur et q̃ fuerit obſcurior nox, eo crebrior uolatus exercet in offenſos. Die autem uidere non poteſt, quia exorto ſplẽdore, uiſus eius hebetatur. Habet autem & noctua cãtus ſuos. Gloſa ſuper pſalterium. Nocticorax eſt auis uigil, teter, coruus noctis, habitãs in parietinis, quæ uulgo ruinæ dicũtur, ubi parietes ſtant ſine fundamẽto. Unde ſcriptum eſt. Factus ſum ſicut nocticorax in domicilio. Gloſa ſuper Leuiticum Noctua eſt auis rapax de nocte.

OPERATIONES.

1 Plinius. Huius carnes paralyticos curant.

2 Idem lib. 29. Noctua eſt contraria apibus atqꝫ ueſpis, crabronibus & ſanguiſugis.

3 Huius cerebrum coctum in uino uel cibo ſumptum, remedium eſt capitis doloribus.

4 Idem lib. 30. Oua quoqꝫ noctuæ per triduum in uino data, tedium adducunt ebrioſis.

CAPVT. 81.

Nepas

NEpas ſiue nepa. Albertus in lib. de na. animaliũ. Nepa auis eſt lõgi roſtri, in dorſo colorem habet perdicis, in uentre niſi, roſtrũ autem molli luto infigit, & cibum uermium requirit, & ſi aliquando ꝓfundius defixo roſtro hęſit, pedibus lutum eruens, ſe liberat. Hęc in die quieſcit, & in aurora & crepuſculo uolat, & ideo tunc in altum eleuatis etiã retibus capitur, & habet carnes dulces ad comedendum. Hanc ficedulam quidam uocauerunt.

CAPVT. 82.

ONocrotalus. Ex lib. de na. rer. Onocrotalus ẽ auis, q̃ inſimul multas recondit eſcas et poſt modũ extrahit & mãducat eas. Plin. Onocrotalus ſimilitudinem oloris habet, nec diſtare ęſtimaretur omnino, niſi faucibus eius ineſſet alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut ſit capicitas. Mos ꝑfecta rapina ſenſim inde in os reddita, inferam in aluum ruminantis more defert. Hos Gallia ſeptemtrionalis proxima oceano mittit.

Iſidorus. Onocrotalus uocant aues roſtro longo, quorum duo ſunt genera. Actor. Onocrotalus, ut legitur, auis eſt roſtro longo, ſimilis cygno, ſed maior, porro iuxta Hieronymum niſi fallor, eſt auis illa, q̃ fixo in palude roſtro horrendo clamat, quæ etiam in Eſaia uocatur ulula, q̃ſi ab ululatu. Et dicitur in uulgari butorius, de quo dictum eſt ſupra. Quæ etiam de ꝓfũditate terræ uel aquæ cibum trahere putatur. Ex lib. de nat. rerum. Onocrotalus eſt auis de partibus orientis, quæ cũ uocem edere uoluerit, caput in aquis ponit, & illic inſtar rugitus clamorem emittit. In faucibus quoſdam habet folliculos, ĩ quos primum cibum concipit, & poſt horam in uentrem ſuum mittit, ibiq; eum digerit.

CAPVT. 83.

OPhimachus. Ex libro de natur. rerũ. Ophimachus ẽ contrarius ſerpentibus, & pugnat cum eis. Ophis enim ſerpens, machos pugnans. Actor. Phimachus, ut in Leuitico legitur, eſt ex uolucribus mũdis ſecundum legem, ex his uidelicet, que gradiuntur quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſaliũt ſuper terram. Eſtimo autẽ hunc inter uolatilia minuta debere numerari, ſicut bruchum & locuſtam, quæ ſunt eiuſdem generis, ſicut ibidem legitur. De attaco uero qui ibidem in eodem genere reputatur, nihil me penitus alibi legiſſe memini.

CAPVT. 84.

ORiolus & Ortygometra. Ex lib. de nat. rerũ.

Oriolus eſt auis ſic dicta à ſono uocis, coloris aurei per totum, excepto ꝙ in alis habet pennas quaſdã cerulei uarietate diſtinctas Nidum in ramis arborũ minutiſſimis mira ſubtilitate dependit, ita ut in aere ſolo pendere uideatur de terra cernentibus. Ipſum quoq; nidum ab imbre camerat, ac denſa fronde protegit. Iſidorus. Ortygometra dicitur ꝙ gregem coturnicũ ducit. Vnde de hac dictum eſt ſuperius in capitulo de Coturnice. Plini. li. 10. Cuturnices aquilõe uolant maxime, ortygometra duce, primam earum propinquantem terræ rapit accipiter: ac ſæpe hinc remeantis comitatum ſollicitant, abeuntq;.

CAPVT. 85.

OSyna et Oſſifraga & Oſſifragus. Ex lib. de nat. rerũ. Oſyna eſt auis magna ut cygnus, fluuios ac piſcinas inhabitans, roſtrum habet magnum, & à gutture uſq; ad pectus inſtar ſacenili: receptaculum longum & amplum, in quo magnam ſimul repõit copiam piſcium, ut ſcilicet in tanta mole diffuſa, natura nõ egeat, paulatimq; digeſtis in uentre cibis inueniat paratũ quod præbeat. Nunq; aues huiuſmodi, niſi in aqua diffuſiori & piſcibus abundanti habitãt, quia citiſſime paruam aquam, & ſi piſcibus copioſam ingluuie ſua euacuant. Iſidorus. Oſſifraga uulgo appellatur auis quæ oſſa ab alto dimittit & frangit, unde & hoc nomen accepit. Plinius. lib. 10. Haliæeti quidem ſuum genus non habẽt, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur. Id autem quod ex halieætis natum eſt, oſſifragi genus habet, ex quibus minores uultures progenerantur, pullos autem ab aquila eiectos, oſſifragæ genus excipiũt, & cũ ſuis educant.

OPERATIONES.

Idem in lib. 30. Oſſifragæ uenter areſactus & potus, confert his qui cibos non digerunt. Vel ſi tantum manu teneant capiẽtes cibum, confert ad alligatus, ſed non cõtinue. Vnum autem eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura, omnia deuorata cõficienti, cuius extrema pars ad alligata prodeſt contra colum.

CAPVT. 86.

OTus Plin. libro. 10. Otus eſt auis bubone minor, noctuis maior. Auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi. Quidam Latini aſionem uocant, imitatrix alias auis: ac paraſita, & quodam genere ſaltatrix: Capitur haud difficulter ut noctuæ, intenta in aliquo circumeunte alio. Quot ſi uẽtus agmen aduerſo flatu ceperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture harena repleto, ſtabilite uolant.

Idem in lib. 11. Itaq; buboni & oto plu-

mæ

mæ ſunt uelut aureę. Ariſtot. Deniq; quidam otum uocant bubonem, deprehenditur autem quando uenator incipit ſe mouere ad oppoſitam partem. Ex libro de naturis rerum. Otus eſt auis quæ uulgariter huans dicitur à ſono uocis, nocte nanq; huhu horrifice clamat, improprie uocẽ humanam ſimulans. Ita ut hominem contractum frigore clamare credas, ſed terras ſpeciales habet, in quibus huiuſmodi uoces profert. In cęteris autem ut in plurimũ muta eſt. Hęc auis bubone minor eſt, noctua maior, aduncum habet roſtrum ac pedes, & eminentibus plumis habere uidet̃ aures, pręda uiuit, carnibus ueſcit̃, mures perſequitur, & ab auibus cęteris odio habetur.

CAPVT. 87.

OVa. Almanſor tractatu. 3. capi. de ouis. Oua gallinæ & perdicis plus alijs conueniẽtia. Poſt hæc oua anatis in bonitate exiſtunt, q̃uis malum efficiant nutrimẽtum. Alia uero oua, ſicut oua q̃ ſunt paruarum auium aut magnarum, comedenda non ſunt niſi medicinæ cauſa. Dico uero ouorum prius dicta genera, gallinę uidelicet atq; perdicis ſperma augmentant, atq; ad coitum ſtimulando incitant. Anſerũ autẽ oua faſtidium faciunt, grauem habentia odorem, ſed gallinæ & perdicis oua temperata ſunt, & cõuenientia. Vitellus quoq; oui in caliditate temperatus exiſtẽs, bene nutrit. Albumen uero frigidum eſt & uiſcoſum, dureq; digeritur. Sanguis etiã ex eo generatus, non eſt bonus.

OPERATIONES.

1 Serap. Quæ eligimus, ſunt oua gallina
rum: nõ ergo oportet ut q; narremus alio-
rum ouorum uirtutem, quia eorum natu-
ra eſt eadem cum natura illorum. Et cõ 2
plexio quidem oui eſt frigidior corpore
temperato, nam infrigidat infrigidatione
temperata, & deſiccat ſine mordicatione.
Et oportet q; adminiſtrentur ex eis illa, q̃
ſunt recentia quia uetera non ſunt bona.
Albugo quidem oui adminiſtratur in do
loribus omnibus, in quibus eſt neceſſaria
medicina q̃ non mordicet, ſicut ſunt dolo
res oculorum, & apoſtemata ani & pecti-
nis, & omnia ulcera fraudulenta, mala, &
cum medicinis quæ abſcindunt ſanguinẽ
qui fluit à miringis cerebri. Et quando 3
imbibitur in ea lana, & ponitur ſuper com
buſtionem ignis aut aquæ bulientis cõfert
multum. Et eſt bonum in emplaſtris, quæ
ponuntur ſuper frontem, & facit ad here-
re pilos, quorum ortus non eſt directus in
palpebris, poſtq; miſcetur ei medicina cõ-
ueniẽs ad hoc ſicut origanum, & maxime
pingue ex eo, quod non eſt antiquum ne-
q; nimis ſiccum. Et iuuamentum eſt in 4
hoc non propter cõplexionem q̃ eſt in eo,
ſed propter uiſcoſitatẽ. Vitelli uero ouo-
rum ſubſtantia, ſimilis eſt ſubſtãtiæ albu-
minis. Et propter hanc cauſam miſcet̃ 5
cum cerotis, q̃ non habent mordicationẽ,
poſtq; fuerit elixatum aut aſſatum. Parũ 6
enim aſſatum deſiccat ſuperfluitates pau-
cas. Et nos quidẽ ęſtimauimus, q; hoc qđ
acquiritur ex hac uirtute, egreſſum ẽ à ſua
complexione. Et miſcetur ſimiliter in 7
emplaſtris que prohibent apoſtemata cali
da. Rabbi Moyſes capit. de ouis. Oua 8
in ſe recentia ſunt cibus propinquior ſan-
guini, ſed oua dura aſſa ſunt ex cibis groſ
ſis uiſcoſis. Et oua iuuant ad coitum, & 9
maxime cum cepis & rapis. Galenus 10
ſuper illo aphoriſmo. Eorum q̃ nutriunt
parum & tarde, & maxime in aqua cocta:
& oua ſunt groſſus cibus ſicut ius tritici
& piſces, uitelli eorum cum oleo roſato et
croco remouent dolorem podagricorum
& ſi multum doluerint, miſceatur modi-
cum opij & inungantur. Contra incen- 11
dium ignis, fiat unguentum ſatis proba-
tum ex uitellis ouorum recentium oleo
roſato, cera alba & ſepo arietino.

12 Ad idem ualet ſuccus plantaginis, cum
albumine ouorum recentium, & ſucco cu
curbitæ. Albumen oui cũ uitello in urina
li poſitũ alicuius ſuſpecti, qui quouiſmo-
do ſumpſit uenenum interius, infra certas
horas illud patefacit ubi ſit, quoniam ſi ſit
ultra gibbũ epatis ſcilicet in uenis, uel uijs
13 urinalibus, nigreſcit & fœtet. Si uero ſit
citra cõcauum eius ut in orobo uel inteſti
nis alijs, rugatur & citrineſcit, ſed non fœ
tet. Hoc reperi in margine cuiuſdam Sera
piõis apud capitulũ de urina, ideo hoc eti
14 am hic addo. Auicenna li. 2. capitu. de
ouis. Meliora ex eis ſunt oua gallinæ re-
centia. Et melius quod eſt in eis, eſt ui-
15 tellus. Et melius eorum artificium eſt,
ut nõ cum alio congelentur. Poſt oua aũt
gallinæ, ſunt oua auium quæ curſu earũ
16 ꝓcedunt. Oua uero anatis & ſimilia ſũt
mali humoris, oua ſunt ad ęqualitatem tẽ-
dentia, ſed ipſorum albumen ad frigidita
17 tem, & uitellus ad caliditatem. Ampli-
us omnia oua precipue oua paſſerum au-
18 gmentum faciunt in coitu. Et dicitur ꝙ
oua anſeris miſcentur cum oleo, & diſtil-
latur tepida in matricem, prouocãt men-
19 ſtrua poſt quatuor dies. Et idem in lib.
de uiribus cordis dicit ꝙ confortat cor.

CAPVT. 88.

PAſſer Iſidorus. Paſſeres ſunt minuta uolatilia à paruitate uocata. Oua paſſeris in nido reperta, cuculli comedũt et ſua ſubijciunt, & poſt illa ſuſcepta fouent & nutriunt.

Ex libro de naturis rerum. Paſſer in tectis habitat, gregatim ad paſtum uolat, oĩbus auibus callidior eſt, cito digerit quicquid glutit: unde corpus eius nequaꝗ̃ cibo ſumpto impugnat, ſed tantum ſuſtẽtat Stercus etiam eius calidiſſimum eſt, quando emittitur. Supra modum quoqꝫ luxurioſus eſt, & in furorem citius concitatus, ſed nulla mora diſcordiæ. Dicit Ariſtote. ꝙ mas tantum uno anno uiuit, fœmina uero diutius, quod de paſſeribus orientis credimus. Nam & illa nigredo, de qua dicit ꝙ eſt in collo maſculi, non eſt in eis q ſunt apud nos, ſcilicet in Europa Aetas paſſeris apparet in roſtro, quia iuuenis habet illud cinereum, & circa fauces croceum, ſenex uero durum & nigrum. In qnibuſdã orbis partibus morbum caducũ hęc auis patitur. Et hoc ut Ariſtot, credit, quia ſemen iuſquiami comedit. Huius pulli cum euolare debent, uicini paſſeres cum eorũ parentibus conatus ipſorum euolantium comitãtur, ut imbecilles ſi neceſſe ſit plurium conſtipatione confortentur. Ariſto. Paſſer habet uocem ſibi apropriatam, ſicut & turtur. Paſcitur autem & uermibus ſicut & aliæ multæ conſimiles auiculæ. Gloſa ſuper Pſalm. 124. Paſſer aliquo ſtrepitum magnum faciẽs uolat, ne laqueo uenantium capiatur, unde inquit, Anima noſtra ſicut paſſer &c̃.

Actor. Paſſer eſt auicula ualde circumſpecta, in tectis habitat & in altis locis, in petræ foramine nidificat. Mas nigredinẽ habet circa os, femĩa uero albedinem. Fertur autem hęc auis muſcas uenari, & morbum caducum pati.

OPERATIONES.

Auiceña. Paſſeres omnes malæ carnis 1
ſunt. Et omnia quidem oua, ſed precipue oua paſſerum in coitu faciunt augmentũ.

Raſi. Caro paſſeris calidiſſima eſt, & lu 2
xuriam commouet.

Plinius lib. 30. Cinis paſſerum ſarmẽtis 3
crementorum, duobus coclearibus in aꝗ̃ mulſa, regio morbo reſiſtit.

Ex lib. de na. rer. Paſſer (ut dictum ẽ) oĩ 4
bus auibus calidior, unde caro eius ſtiptica eſt, & ſanguis incentiua. Stercus eius, ut dictum eſt, calidiſſimum eſt quando emittitur, ſed citiſſime infrigidatur.

Haly.

Haly. Oua paſſerum augent uenerem, fimus eius à lētigine purgat faciem: quod ſi cum hominis ſputo diſtemperetur, eóq; uarices cataplaſmentur, extirpantur.

CAPVT. 89.

PAuo. Ex li. de na. re. Pauo eſt auis pulcherrima & pulchritudinis amica. Collũ habet longum, extētum, colore ſaphirium & pectus ſimiliter: i capite uero pluma deſuper inſtar coronæ, uel potius criſpæ, caudam longam & occultam, quam cum laudatur extendit, ſi pedum deformitatem uiderit, mox deponit. Sed & ſi à tacito ſpectetur, pennas omnes quas ſpectari gaudet, contractis oculis abſcondit à crimatu fundere colores gemmantes incipit & tũc parit. Item nocte cum euigilauerit, ſeq; in tenebris conſtitutũ intueri non poteſt, clamans pauide ſuam pulchritudinem amiſiſſe ſe credit. Idem clamore ſuo ſerpētes deterret, & omnia animalia uenenata depellit, nec de facili prope habitare audent, ubi uox illius frequenter auditur. Pauo quando alte aſcendit, pluuiæ ſignum eſt. Ariſto. Pauo pullificat poſt triennium ſemel in anno, ponens & cubans oua. 12. tantum, uel minus. Mas coit cum femina ſua etiam ſuper oua cubante, & plerũq; franguntur. Ideoq; ponuntur aliquando ſub gallina ad cubandum. Ponuntur aũt oua duo ibi, quia non poſſunt ab illis plus extrahere. Pauonis femina prima uice qua pullificat facit oua octo, & quandoq; facit oua uenti. Et poſtq̃ poſuerit unũ ouũ, ſtat duobus diebus aut tribus, & deĩde ponit ſecundum. Palladius. Pauones ab idibus Februarijs calere incipiunt, faba leuiter torrefacta in libidinem prouocant, ſi eis quolibet quinto die tepida prebeat. Cupidinem quoq; coeundi maſculus cõfitetur, quoties circa ſe amictum caudæ gēmantis incuruat, & ſingularum capita occultata pennarum locis ſuis erexerit, cum ſtridore procurrens. Phiſiologus. Pauo ſuæ comparis oua diſſipat & conſumit, ſi ad illa etiam accedere poſſit. Eſt enim inuidus (teſte Ariſt.) prolem quoq; propriã non dignatur agnoſcere, anteq̃ in criſtam ſibi ſimilem ipſam ueniſſe proſpexerit.

OPERATIONES.

Dioſ. Pauonis fel magnæ uirtutis eſt ei 1
uſdem ſcilicet cuius & perdicis, uel alibi
caponis & ſcorpij marini. Ad effuſiões 2
oculorum ualet & ad caliginem, aſpredi-
nemq; palpebrarum. Hieronymus. Fi 3
mus quoq; pauõis feruorem podagræ di
citur mitigare. Phiſicus. Caro pauonis 4
diu reluctatur putrefactioni, & inobedien-
tiſſimæ eſt digeſtionis. Iſido. Pauonis 5
itaq; caro tam dura, ut putredinē uix ſen-
tiat, nec facile coquatur.

CAPVT. 90.

paloma torcaza

PAlũbus. Ariſtot. Palũbæ ſũt aues quæ naturaliter ſeſe diliſgunt: pugnant tamen contra ſe ꝑ nidis, eoſq; ſubinuicem auferunt. Hi ſicut & turtures in anno bis ouant, binoſq; pullificant. Hanc quoq; continentiam ſeruant, q̃ ſi parem ſuum amiſerit, ulterius non coit, extra nidum ſtercus eijciunt, & cum ouorum pulli creuerint, adhoc ipſum eos erudiunt, ut uidelicet & ipſi eijciant. Eſt autem palumbus minor columba: nec domeſticatur ut co-

ſumba. Color eius ad nigredinẽ declinat, pedes eius rubei & aſperi. Viuunt autẽ ex fructu, ſicut & turtur, & palumbus ſemp apparet, turtur autem non diligunt coitũ. Iſidorus. Palumba & columba ſiluana, uidelicet auis caſta ex moribus appellata: ẽ enim comes caſtitatis, cum amiſſo corporali conſortio ſolitaria incedat, nec carnalem ultra copulam requirat. Ex lib. de na. rerum. Palumbi femina incipit oua cubare à medio die uſq; ad mane, mas uero reſiduo tempore. Mas palumbarum ſugit terram ſalſam & humidã, ac ponit in os pulli, ut aſueſcat cibo. Palumbus amiſſo corporali conſortio, nec uiride quicq̃ in quo requieſcat petit, nec carnalem copulam ultra requirit.

OPERATIONES.

1 Plin. lib. 29. Palumbinus ſanguis eximie prodeſt oculis cruore ſuffuſis. Idẽ
2 in lib. 30. Palumbi caro decocta in aceto,
3 dyſentericis ac cœliacis medetur. Fimus palumbinus in faba ſumitur contra calcu
4 los & alias ueſicæ difficultates. Similiter cinis plumarum palumbium ferarum
5 ex aceto mulſo. Dioſco. Fimus palumbinus calidus & cauſticus, cum aceto tritus & impoſitus, ſcrofas curat, & carbun
6 culos rumpit. Mixto uero melle ac ſemine lini & oleo, ut cataplaſma adhibitus combuſtionibus medetur: maxime uero ſungos uenenatos bibentibus prẹſidium
7 eſt. Id melius facies ſi cum uino & aceto bibatur.

CAPVT. 91.



PHaſianus. Ex li. de nat. rerũ. Phaſiãus eſt gallus ſyluatic⁹ auis pulchra ualde, pẽnis coruſcis inſtar ignis: ceruleus interdũ, ac uiridis, rubeiſq; pennis interſcribitũ nitor: Aures geminas uidetur habere in capite plumis extantibus, quas ſubrigit qñ uult atq; ſubmittit. Criſtis autem in capite caret, & ſpiculis in cruribus, his tamẽ armis fruſtratus animoſus & audax eſt. Ariſto. Phaſiani tantum coitus tempore ſimul habitant, cẹteris uero temporibus ſeparatim, nec cito rubricatas habent barbas, uel i pedibus calcaria, ſicut galli domeſtici, ſed tractu temporis. Phaſianus ſic capitur, aliquando auceps panno in quo hæc auis depingitur coopertus, phaſiano ſe oſtendit: qui ſequens coopertum, nec fugientẽ, nec retrocedentẽ, tandẽ à ſocio aucupis in inſidijs latitãte rethi inuoluitur. Hẹc auis in aura pluuioſa triſtatur, & tũc in rubetis ac ſyluis latet. Circa ueſperam uel aurorã de ſylua egreditur, & tũc de facili uenaᷓ. Roſtrum in terra figens abſcõdit ſe, & ſic abſconditũ ſe totum credit: pennas præ pinguedine mutat, iterũq; ſepe renouat. Carnes habet ſubtiliores ac leuiores cẹteris auibus ſyluaticis, exceptis perdicũ pullis.

Iſidorus. Phaſianus à phaſide inſula dictus eſt, unde primum aſportatus eſt.

CAPVT. 92.

PHœnix. Iſidorus. Phœnix ẽ auis Arabiæ ſic dicta, eo q; colorẽ phœniceum habeat, uel q; ſit in toto orbe ſingularis & unica, Nã Arabes ſingularem & unicam Phœnicẽ uocant. Hẹc quingentis & ultra uiuẽs annis, dũ ſenuiſſe ſe uiderit, collectis aromatum uirgulis rogum ſibi inſtruit, & cõuerſa ad radiũ ſolis alarum planſu uoluntarium ſibi incendiũ nutrit, ſicq; iterũ de cineribus reſurgit. Ambro. li. 5. Phœnix cũ finem

nem uitæ ſibi adeſſe animaduertit, facit ſibi thecã de thure & myrrha & ceteris odoribus, in quã impleto uitæ ſuæ tempore intrat & moritur. De cuius humore carnis uermis exurgit, paulatimq; adoleſcit, ac ꝓceſſu ſtatuti tẽporis alarum remigia induit, ſicq; in ſuperioris auis ſpeciem & formam reparatur. Doceat ergo nos hęc auis exemplo reſurrectiõem credere, quæ ſine exemplo & ſine rationis pręceptione ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. Solinus Apud Arabes phœnix naſcitur, auis aqlæ magnitudine, capite onerato in comã plumis extãtibus, criſtatis faucibus, circa colla fulgore aureo, poſtera parte purpureus, extra caudam in qua roſeis pẽnis interſcribitur nitor ceruleus. Hęc etiam eſt mens omnium aliorum autorum. Etiam idẽ habetur in li. de na. re. licet per alia uerba.

CAPVT. 93.

PHilomena & Ficedula. Ex li. de na. rerũ. Philomena dicitur à philos quod eſt amor, & mene qđ ẽ dulcis. Hęc enĩ auis mira modulatione letificat audientẽ, gaudet ad ortũ ſolis, pręit ꝙ letici a uenientem: uerno tamen tempore cantat, hyberno nunq;. In initio quoq; ueris adeo ſuæ uocis amœnitate delectať, ut rariſſime comedat, & hoc cũ ſumma feſtinatione. Itaq; certãt inter ſe tam pertinaciter, ut dicta ſepe uitam finiat prius deficiẽte ſpiritu ꝙ cantu. Vnde & dicitur a philos quod eſt amor & mene quod ẽ defectus: quaſi amore deficiẽs. Miramur igitur in tam paruo corpuſculo tam ꝑtinacẽ ſpiritũ. Miramur in illo perfectã muſicæ ſciẽtia modulatus editur ſonus, & nunc cõtinuo ſpiritu trahitur in lõgum, nũc uariatur inflexo, nũc diſtinguitur conciſo copulať intorto, grauis, acutus, creber, extenſus ubi uiſum eſt uibrans: ſummus, medius, imus. Meditantur interim aliæ minores uerſiſq; quos mirentur addiſcunt: audit attenta diſcipula, redditq; uicibus cantum, intelligitur, emẽdatur, & à docẽte quodãmodo reprehẽditur. Statĩ aũt ut coire inceperit, uocis amœnitatem perdit, & ut dicit Plin. alia nox fit mutatur & color. Ab exitu nãq; uerni temporis aucto ęſtu in totum alia uox fit, mutatur & color, linguis earum tenuitas illa non eſt quæ ceteris auibus. Autor. Philomena eſt auis parua canora, omnibus nota: quæ & luſcinia dicitur. Iſido. Ficedulæ dictæ ſunt: eo ꝙ ficos magis edãt, pãditur illo uerſiculo ueteri: Cum me ficus alit: cum paſcat dulcibus uuis. Cur potius nomen non dedit uua mihi. Plin. li. 10. Ficedulę formam ſimul ꝙ colorem mutant: hoc tantum nomen habent autumno, poſtea uero melancoryphi uocantur.

CAPVT. 94.

PLatea et pluuialis. Pli. li. 10. Platea eſt auis q̃ ad aues ĩ mari ꝓ prędã ſe mergẽtes aduolat, eorũq; capita morſu corripit, donec capturam extorqueat. Eadem cũ ſe conchis impleuit, calore uentris coctas euomit, atq; ita ex his eſculẽta, excreans teſtas, legit.

Ex li. de na. re. Pluuialis ẽ auis prope ad magnitudinẽ perdicis, uarijs pennis ornata, croceo et albo nigroq; diſtincta, aere ſolo uiuere dicitur. Huius argumentum eſt, ꝙ licet pingueſcat, nihil tamen unq; in eius uiſceribus inueniri poteſt. Baculos plũbatos: habent aucupes, quos altius in

uere iactantes: retia ſuper terram tendunt, ac fugitantes capiunt.

CAPVT. 95.

mariposa



PApiliones. Iſi. Papiliones auiculæ ſũt q̃ maxime florẽtibꝰ maluis habundãt queq; ſtercore ſuo uermiculos naſci faciunt. Ex li. de nat. rer. Papiliones ſunt uermes uolantes, q̃ maxime floribus innituntur, ex eis cibos capiũt, poſt Auguſtũ coeunt, & maſculo moriẽte poſt coitum, femina edit oua, quibus editis morit̃, quæ uero per hyemẽ durant, & in ęſtate ṽmes faciũt, qui calore ſolis ac nocturno rore inualeſcentes, alas concipiunt euolãtes. Palla. lib. 5. Papilones quoniã apibus obſunt, menſe Aprili necãdi ſunt. Tunc eñ maxime abundant florentibus maluis, q̃s hoc genere intercipiemus, uas ęneum miliario ſimile id eſt altũ & anguſtũ, ueſpere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum, illuc & papiliones conuenient, & circa lumen uolutabuntur, & anguſtia uaſculi ab igne proximo interire cogentur.

CAPVT. 96.

PEllicanus. Iſidorus. Pellicanus ē auis Aegyptiaca, habitãs in ſolitudĩe Nili fluminis. Vnde & nomen ſumpſit, nã Canapos Aegyptus dicitur. Fertur etiam occidere natos ſuos, eoſq; per triduum lugere, deinde ſeipſam uulnerare, & aſperſione ſanguinis in filios, uiuificare.

Phiſiologus. Pellicanus amator eſt filiorum nimis, qui cum ceperint creſcere, p̄cutiunt parentes in faciem, at illi irati rep̄cutiunt eos & occidunt, & per triduum lugent. Tertia die mater eorum percutiens coſtam ſuam, & aperiens latus ſuum, incũbit ſuper pullos, & effundens ſanguinem ſuum ſuper corpora eorum, ſuſcitat eos à morte.

Ex libro de naturis rerum. Pellicanus dicitur quaſi pellem habens canam, id eſt plumas albas. In Aegypto circa Nilũ habitat, & lacte crocodili uiuit, quod utiq; beſtia pre nimia mammillarum habundãtia, in aliquo paluſtri loco in magna quantitate eijcit: unde & crocodilum libenter pellicanus ſequitur. Hæc auis macie ſemper afficitur: & quicquid glutit, cito digerit, quia uenter eius nullum habet diuerticulum, quo teneat cibum: ſolum enim uiſceris habet ductum qui ab introitu oris uſq; ad ſecreta naturæ p̄tingit. Pullos ſuos ſanguine lateris ſui uiuificat, cum eos propter importunitatem ſuam occiderit: uel à ſerpente, qui eis inſidiatur, interemptos inuenerit. Poſt ſanguinis autem effuſionem adeo debilitatur, ut exire de nido non ualeat, ſed eius pulli pro cibatione eius & ſua exire compelluntur. Quidam tamen eorum ſegnes exire nolunt & pereunt, quidam autem ſeipſos quidem paſcunt, ſed matrem penitus negligunt, q̃ cũ illa poſt conualentiam uiderit, pios filios nutrit impios autem abijcit & contemnit.

CAPVT. 97.

Perdix

Perdix Ex libro de natu. rerum Perdix ē auis coloſa & luxurioſa, maſculis pro fœminis dimicantibus uicti calcantur à uictoribus coitu. De nocte conuerſis poſterioribus perdices ſedent, & libidinis tempore linguis ad inuicē extenſis præ deſiderio coitus æſtuant. Actor. Perdix prope terrã uolat, quæ cum in multis ſit aſtuta, in hoc dicit eſſe fatua, ꝙ ſicubi poſſit caput abſcondere, credat ſe totum latere, & cum ipſa neminem uideat, putat quoqꝫ neminē ſe uidere. In hoc quoqꝫ ꝙ alienos pullos fouet & nutrit, cum eos citius amiſſura ſit. Vnde propheta Hieremi. de illa in parabola

Ierem. 17. 11.

dicit. Perdix fouet quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio. In dimidio dierum ſuorum derelinquit eas, & in nouiſſimo erit inſipiēs. Phiſiologus. Perdix oua perdit, ſed eius mos eſt ouorum perditorum damna reſarcire, alterius matris oua ſurripiendo. Ambro. Perdix eſt auis aſtuta, quæ alterius perdicis oua diripit, corpore ſuo fouet: ſed fraudis ſuæ fructum habere non poteſt, quia cum pullos ſuos eduxerit, eos amittit. Vbi enim uoces illius audierint, quæ oua generauit, relicta ea ad illam ſe naturali quodam munere & amore conferunt, quam ueram ſibi matrem cognoſcunt. Ari. Perdix ſi fuerit prope marem, & flauerit uētus impregnatur. In coitu facit odorem fœtidum. Admodum uero gallinæ ſuper oua cubat, & ſuper pullos, et colligit eos ſub alis. Item in libro de naturis rerum. Perdicum mater uocat in circumitu uenatorum, quouſqꝫ pulli fugiant, & poſt fugam eorum fugit ipſa, tūcqꝫ uocat eos ſecura &c.

in paphlagonia prouinciæ aſſiæ minoris perdicibus sunt duplicia corda. teste plinio lib. 11: cap. 37. et in nro pag. 153

OPERATIONES

Iſido. Perdicum carnes præ cæteris aui- 1
bus ſilueſtribus ſaniſſime ſunt. Huius 2
auis pectus cum ſuperioribus eſt ualde ſapidum, inferior uero pars non ita. Per- 3
dix teſtante Plinio, nō pingueſcit. Fel 4
eius cum melle æquo pondere prodeſt ad
oculorum claritatem. Dioſco. Fel per- 5
dicis, eiuſdem uirtutis eſt, cuius & pauonis, unde ualent ad effuſionem oculorum, & ad caliginem aſpredinemqꝫ palpebra-
rum. Haly. Epar quoqꝫ perdicis ſiccatū 6
diligenter tritum ac bibitum, epilentiæ ꝓ- 7
deſt. Plin. lib. 30. Ius perdicum recreat ſtomachum, morbo etiam regio reſiſtit.

CAPVT. 98.

Pica. Iſidorus Pica dicitur quaſi poetica, eo ꝙ uerba in diſcrimine uocis, ut homo exprimat. Ex lib. de nat. rerū. Pica eſt auis calliſſima, alba & nigra uarietate diſtincta, linguam habens latiorem, quia ſermonē imitatur humanum. Nidum ſuum inter loca ſpinoſa conſtituit, eumqꝫ terra interius, & ſpinis exterius in circuitu ſubtus ac deſuper diligentiſſime ſepit ac munit: arctiſſimum enim tantum foramē per quod ingrediatur in latere relinquit, et hoc eo loco, quo nidus inacceſſibilior eſt, quem cū ab homine uiſum ſenſerit, oua transfert alio, commoditate digitorum iuuāte. Phiſiologus. Pica garrula, breuitatem alarū cauda longiore recōpenſat, nidum ſuum cum duobus foraminibus conſtruit, per q̄rum unum intrat, & alteram caudã emittit In hoc aūt cōmēdabilis, ꝙ curiæ uel horto i q̄ nidificat, ꝓſpicis, multo clamore fures prodit, ita ut a ꝓpoſito reuocētur infelici.

OPERATIONES

Ex lib: de naturis rerum. Carnes pullorum eius ad acumen oculorum mandi dicuntur, qui tamen niſi prius excoriati fuerint, facile coctioni non cedunt.

CAPVT. 99.

PIcus. Iſido. Picus à Saturni filio nomen ſumpſit, qui eo in auſpicijs utebatur. Ferũt enim hanc auẽ quoddã habere diuinum, illo indicio, ꝙ in quacunq; arbore nidificauerit, clauum uel quicquid aliud fixum eſt herere diu non poteſt, quin ſtatim excidat ubi illa inſederit.

Ex libro de naturis rerum: Picus martius eſt auis parua, aduncos ungues habens, & arbores roſtro penetrãs: cunq; ſupinus corticem arboris percutit, ſubeſſe pabulũ intelligit, pullos in arboribus cauis educat, in quos cum ſagittam uel aliud tale qs miſerit, picus admota quadam herba ſtatim eijcit quantumlibet ingeſtum ſit. Ex eorum genere plures nigri ſunt ut merula, crocei ut orioli. Sed illi ſpecioſiores ac maiores, quæ ſunt in uertice ruſi, in pectore crocei, circa collum uirides, in alis cerulei, in cauda choruſci. Picus in agro Tarẽtino negatur uiuere. Huic proprium eſt ſemel in anno calueſcere, eo ſcilicet tempore quo rapa ſeminatur. De hac aue quidã uidetur uerſum dixiſſe. Parua loquax uolucris, dominum te uoce ſaluto, ſi me nõ uideas, eſſe negabis auem.

CAPVT. 100.

PYralis Plini. lib. 11. Pyralis ſiue pyrotes uel pyrauſta, ẽ muſca maioris magnitudinis et quæ i Cypri ærarijs fornacibus, ex medio igni uolat pẽnatum quadrupes. Quamdiu eſt in igne uiuit, cum euaſerit lõgiore paulo uolatu, tunc emoritur. Ex lib. de nat. re. In Cypri partibus eſt muſcarum genus q̃drupes, quæ pennate ſunt & multo maiores quam noſtræ, & pyrolæ dicuntur: quoniam in fornacibus e medio ignium uolãt impune & quidem mirabile eſt, ꝙ q̃diu in igne ſunt, uiuunt, cum autem extra uolauerint paulo longius, moriuntur.

CAPVT. 101.

PSittacus. Iſidorus, pſittacus in Indiæ littoribꝰ gignit̃, colore uiridi, torq̃ puniceo, grãdi lingua, & cęteris auibus latiore, unde & articulata uerba exprimit, ita ut ſi eã nõ uideris, hominem locutum putes. Ex natura autem ſolutat dicens, aue uel chære. Cętera nomina inſtitutione diſcit, hinc & illud: Pſittacus à uobis aliorum nomina diſcã. Hoc didici per me dicere cęſar aue.

Solin. Sola India Pſittacum auẽ mittit, cui roſtri tãta duricia eſt, ut cum e ſublimi precipitatur

pico verde

precipitatur in ſaxum, niſu ſe oris excipiat. Ex li. de nat. re. Pſittacus aquas alias q̃cũq; modo patitur, ſed pluuia morit̃. Idcirco in mõtib⁹ Gelboe nidificare fertur, q̄a raro uel nunq̃ ibi pluit. Caudam ſuã ſummo ſtudio cuſtodit, pẽnaſq; roſtro ſuo frequẽtius extergit. Auis eſt luxurioſa nimium, bibitq; libẽter uinum, ſemetipſam pede cibat, & illo ori ſuo defert eſcas, ſicut homo manu. Phiſiol. Pſittacus qui uulgo papiagabio id eſt principalis ſeu nobilis gabyo dicitur, coas ſiue Indicas habitat oras. Mõtem quoq; Gelboe libenter inhabitat propter eius ſiccitatẽ, quia multa humiditate ſup abundante in cute morit̃, aliquantulum ſimilis eſt obelo & falconi, uirides habẽs plumas, pectus rotũdũ, roſtrũ aduncum, tantæ fortitudinis, ut caueã ſuã ui ex uirgis ferreis frangat, hominis uocẽ imitatur. Miræ quoq; calliditatis ẽ in excitando riſum. Homines etiã oſculari domeſticos cõſueuit, admoto ſpeculo ꝓpria forma deludit̃, & nunc gaudenti, nunc dolẽti ſimilis efficit̃. In aſpectu quoq; uirgineo multũ delectat̃, & cũ uino inebriatur.

CAPVT. 102.

Porphyrio. Iſidor. Porphyrio ẽ auis contra modũ aliarum, unum pedem habens latũ ad natandum, alterum uero fiſſum ad ambulandũ. In quo notatur ꝙ utroq; elemẽto gaudet, & in aqua natans ut anates, & in terra ambulans, ut perdices. Hic ſolus p̃ter pſittacũ pede ſuo inſtar manus aquam ſuſcipiens ad roſtrum defert & potat, ſeq; humano modo cibat, quia cum omni cibo, et cum ſolo morſu oportet ut bibat. Virtutẽ enim appetitus habet debilem naturaliter in attrahendo cibum & ſibi in corporando. Huius generis laudatiſſimi ſunt: q̄ roſtrum habent magnum & crura prẽlonga. Autor. Porphyrio (ut fertur) idem eſt ꝙ pellicanus. Vnde in Deutrono. ubi ſecundum Hieronymi tranſlationem inter aues immudas prophyrio comedi prohibetur. iuxta. 70. interpretes pellicanus ponitur.

CAPVT. 103.

Regulus. Ex lib. de nat. rerũ. Regulus qui et parra, quaſi auis parua dicitur multa eſt prole & garritu. Condixerant aliquãdo aues inter ſe, ſicut fabula refert, ut illa ꝓ rege haberetur, que ſublimi uolatu omnes alios uinceret, cũq; parra ſub aquilæ aſcella latitante, aquila omnes alias aues tranſcenderet, exiliens parra inſedit aquilæ capiti, & inde ſe eſſe uictricem aſſeruit.

CAPVT. 104.



Crabrones. Iſid. Crabrones a cabo id ẽ caballo uocati ſunt: eo ꝙ ex eis creentur. Sicut aũt Crabrões naſcũtur de carnibus equorum

putridis, ita ex eis iterum ſepe naſcuntur ſcarabei, unde cognominati ſunt. Ex lib. de natu. re. Crabronum cellæ ſexangulæ, cętera autem è cortice & harenæ. In pleni lunio creſcunt, hyeme reconduntur. Autores dicunt interfici puerum bimũ ter nouenis pũcturis crabronum. Crabrones ac ueſpæ nequaq; reges ſicut apes habent, & ideo periculis plurimis ſubiacent, horridos ſonos ac murmura depromũt, et hoc magis in cauis locis. Horum mella ſũt humanis uſibus inutilia, quæ qui rapere uoluerit, ſtulto periculo ſe ſubdit: nam eorũ aculeis iaculatur.

CAPVT. 105.

Scarabei. Iſidor. Scarabei dicũtur, eo q; de carnibus eq̃rũ putridis ſępe naſcũtur. Thauri uero uocãtur ſcarabei terreſtres ricino ſimiles. Cicendula quoq; ſcarabeorũ genus eſt, ut dictum eſt. Plinius lib. 11. Quibuſdam inſectis pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit, ut ſcarabeis, quorum penna tenuior atq; fragilior exiſtit: his negatus eſt aculeus, ſed in quodam eorum genere grãdi, cornua pręlonga biſulcis dentata forcipibus in acumine, cũ libuerit ad morſum coeuntibus, infantum remedijs ex ceruice ſuſpenduntur, hos Nigidius uocat lucanos. Aliud eorum eſt genus, qui ẽ fimo ingentes pilas auerſis pedibus uolutant, paruoſq; in his contra rigorem hyemis fœtus ſui uermiculos nidulantur. Alij magno cum murmure uel mugitu uolitant.

OPERATIONES.

1 Pli. li. 18. Menſtruoſa mulier ſi ſegetẽ ambiat nudata, ſcarabei decidunt et aĩalia noxia.
2 In libro 30. Viridis ſcarabei natura contuentiũ exacuit uiſum, ideo q; cõtuitu eo ſculptores gemmarũ acquieſcũt.

Thauri (ut dictũ eſt) uocãtur ſcarabei terreſtres ricino ſimiles, nomen eis dedere cornicula. Alij pediculos terræ uocant, qui ſtrumis impoſiti conferunt.

4 Auicenna. Oleum in quo fricatur ſcarabeus, ualet ad dolorem auris in ea effuſum, ſimiliter & corpus eius optime contritum.

CAPVT. 106.

Scinifes. Iſidor. Scinifes ſunt muſcę minutiſſimæ, aculeis ꝑmoleſtę, q̃bus tertia plaga ſuꝑbus Aegyptiorum popu'us eſt ceſus. Origenes ſuꝑ Exodum. Hoc animal pennis ſuſpenditur per aera uolitans: ſed ita ſubtile & minutum, ut oculi uiſum, niſi acute cernentis, effugiat. Corpus cui inſederit acerbiſſimo ſtimulo terebrat, ut quam uolantem uidere quis non ualet, ſentiat ſtimulantem. Gloſa ſuꝑ eodem. Scinifes nati ſũt in terra Aegypti de limo muſcæ ſcilicet minutiſſimæ & inquietiſſimæ, inordinate uolantes, atq; in oculos ruentes, hominum requiem auferunt dum abiguntur.

Ex lib. de nat. rerum. Scinifes ſunt uermes minuti uolantes, qui pecudum anhelitum ſequuntur, & hominis maxime. Pũgunt autem aculeis dormiẽtes acriſatis dolore, pro poſſe. Vnde in locis ubi abũdat earum proteruitas, homines delicati circa lectos ſuos rhetia ſua tam ſubtiliter laqueant, ut per hec ſcinifes ad nocendum tranſire non ualeant.

OPERATIONES

Albertus in libro de ſenibus. Extende pilum a zuchi equi ſupra portam domus, non ingredientur domum illam ſcinifes dum ſtat in ea pilus.

CAPVT. 107.

STrix, Seleucides & Strophilus. Albertus in lib. de natur. animaliũ. Strix eſt auis nocturna, de qua Luca. meminit dicens, q̃d trepidus bubo, ꝙ ſtrix nocturna queruntur. Hec auis à uulgo ama ab amando uocatur, eo ꝙ pullos amat. Et ſic dicitur, ꝙ ſola inter aues pullis humorem lacteum inſtillat.

Actor. Hoc nomen ſtrix, ęquiuocum ẽ ad auem illam ſcilicet ſeleucidem, de qua iã dicetur, & ad beſtiam herina conſimilem.

Plinius libro. 10. Seleucides aues uocantur quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant incolæ Caſini montis, fruges eorum locuſtis uaſtantibus: nec unde ueniant, quoue abeant cõpertum, nunq̃ conſpectis, niſi cum earum preſidio indiget̃.

Solinus. Strophilus eſt auis paruula: quæ dum eſcas affectat os crocodili paulatim ſcalpit, ac ſenſim ſcalburigine blandiente additũ ſibi uſq; in fauces eius facit. Quod conſpicatus ychneomon, beluam penetrat, populatis uiſceribus eroſa ex aluo exit.

CAPVT. 108.

STruthio. Autor. Struthio aliquãdo quidem alas erigit ſed uolare neq;: eſt enim ingens corpore, rara ĩ plumis habet autẽ alas ſimiles herodij & accipitris. Ferrum uero comedit. Ariſt. De ſtruthione eſt opinio, ꝙ non ſit de genere auium, propter diuerſitatem ſuæ creationis, partim enim quadrupedibus aſſimilatur, partim auibus. Non habet alas, ſed figuras alarum, que uolatui non conueniunt, quia non ſunt tenues ut pili, ſed ſicut quadrupes habet palpebras ſuperiores & in eis pilos. Habet iterũ plumam multam in inferiori parte corporis, & duos pedes ut auis, ſed ungulam fiſſam ut quadrupes. Eſt enim magni corporis, cũ auiũ corpora neceſſe ſit eſſe parua, alioq̃n uolare non poſſunt. Tres habet digitos in utroq; pede, propter alas & propter pondus. Cũq; ſit ponderoſi corporis & nõ boni uolatus, multam habet ſuperfluitatem, multumq; coit, ſicut gallina & perdix.

Ex li. de na. re. Struthio eſt auis pene beſtialis generis. Habet enim pennas, ſed nũq̃ utitur eis ĩ uolatu. Alas habet tenues, & plumas uelut pilos. In eundo alas erigit, adeo ꝙ in terra currit, ut equos celeritate p̃cedat. Habet autẽ ungulas biſulcas ad cõprehendendos lapides, quos emittit in fuga contra inſequentes. Ferrum comedit et digerit, quia calidiſſimæ naturæ eſt, & equum naturaliter odit, & miro modo perſequitur. Equus etiam illã intantum odit ac retinet, ꝙ eam uidere non audet. Officulum paruum ſub alis habet, quo ſe in latere purgat & agitat, quando prouocatur ad irã: In pectore uero magnum os & latum, ad protectionem magni corporis ſibi creatum. Porro ſtoliditas ei tanta eſt ut cum

frutice collum occultauerit, reliqui corporis latitudinem latere credat. Naturaliter autem caleſcit, et ita plumas exuit, ut et nudus ferè remaneat. Sed corium habet fortiſſimum, quo implumis protegitur ab importunitate frigoris, corpus habet ferè ad magnitudinē aſini ſtaturæ mediocris. Oua q̄ quoque eius adeo magna ſunt, ut ex trāſuerſo ſecta, uaſa fiant ad bibendum, ꝑ amplitudine ſua. Phiſiologus. Struthio ſolo uiſu ita fouet oua ſua in harena recondita, ut ex eis pulli egrediantur in lucem. Hæc inter aues cęteras duos tantum digitos continet admodum ungularum arietis, ita ꝙ de concauitate pedis ſui ſubtus q̄ſi de funda proijcit lapides ſuper hominē. Ferunt etiam oculo uno intueri cœlum, & altero terram.

OPERATIONES.

1 Raſi. Caro ſtruthionis omnibus groſſior iudicatur.

CAPVT. 109.

Struthiocamelus et ſturnus, Plin. Struthiocameli Africi uel Aethiopici aues ſunt grandiſſimæ & pene beſtiarū generis: alitudinē equitis inſidientis equo excedunt, celeritate uincunt, ad hoc ſolum datis pennis, ut currentem adiuuent: cęterum non ſunt uolucres, nec à terra tollūtur. Vngulæ his ceruinis ſimiles quibus dimicant, biſulcæ, & comprehendendis lapidibus, quos in fuga contra inſequentes ingerunt pedibus. Autor: Videtur eſſe ſtruthiocamelus ſpecies ſtruthionis, uel ipſum etiam genus ſic appellari: quia ſicut dictum eſt ſupra, pedes habet ſimiles pedibus cameli. Ex lib. de natur. rerum. Sturni ſunt aues paruę ad uolandum extentæ fuſco nitentes colore. Cateruatim uolant, & quodam orbe circū aguntur omnibus in medium tendētibus, & hoc propter accipitres qui eis inſidiantur. Veſpere quidem aggregantur, etiā immenſis turmis commurmurant, nocte ſilent, aurora rubente murmur excitant. Demum uero diuiſæ per turmas ad cibū uolant. Plinius. Eſt autem & ſturnus ex auibus loquentibus, unde & Cęſares iuuenes habebant ſturnum loquentem.

OPERATIONES.

Raſi. Sturni caro groſſior eſt q̄ pulli uel coturnicis. Ventrem ſtringunt, & multū nutriunt. 1

CAPVT. 110.

Trochilos. Ex libro de natur. rerū. Trochilos in Italia rex auium appellatur, omnium quidem ē minima, ſed quanto minor tanto uelocior, adeoque animoſa, ut etiā cōtra aquilam audeat conatus acceptare, homines quoque deludit, quia cum ſe propinquat quaſi manu capiendam obtulerit, caſſo hominis conatu & labore impigra profugit, araneis ueſcitur, pullis fœcunda eſt, nam plurimos uno fœtu producit, uno ſpecu uel antro in hyeme multi conduntur, ut ad calorem turba conferente calor qui paruus eſt in tam minimis corporibus augmentetur. Eſtque auis minima omniū aliarum. Albert. in lib. de natu. animalium. Trochilos eſt auis minima omnium, quā regulum uocant: quæ licet ſit parua corpore auſu magno contra aquilam pugnare conatur, ſolitaria uolat, multi etiam ē partus, &

tus, & in hyeme uno cōtenta foramine antri uel muri, multos ſocios ſecum ſui generis nocte habitare permittit, ut calor parui corporis ex ſocietate multorum caleſcat & foueatur. Hæc etiam eſt auis muſica: & precipue cantat tempore magni & ſicci frigoris in hyeme. Infra capit. 104. de eadem tractetur.

CAPVT. III.

TArda & tragopa. Iſidor. Tarda apud nos dicitur, eo ꝙ tardo & graui uolatu detēta: nequaꝗ ut cęterę uolucres uelocitate pennarum attollitur. Gręce autē gradipes uocatur.

Ex libro de naturis rerum. Tragopa eſt auis in Aethiopia ferruginei coloris, maior ꝗ aquila, caput habet ut Phœnix, excepto ꝙ in eo cornua habet ut aries, unde illud armatum profert aduerſus om̄es aues ſibi contrariantes.

Solinus. Tragopa eſt auis maior aquilis, cornibus arietinis preferens caput armatum.

OPERATIONES.

1 Auicenna. Oua auis tardæ ſunt tinctura bona.

2 Experitur hora qua preparata ſunt ad illud cum filo lanæ in eis penetrante.

3 Idem. Stercus auis tardæ, confert empetigini.

CAPVT. IIII.

Turdela & Turdo. Iſi. Turdela ꝗſi maior turd⁹ dicitur, cuius ſtercore uiſcum generari putatur. Turdi autē à tarditate uocati ſūt, hyemis em̄ cōfinio ſe referūt. Ex li. de nat. rer. Turdi ſunt aues paruæ quidē corpore, ſed ꝓuidentiæ magnæ. In cacuminibus arborū luto nidos edificāt, & pene cōtextim id eſt cōtinue poſt coitum generāt & mirū, quia. 10. diebus oua in utero maturescūt, & poſtea pariunt. Pli. lib. 10. At abeunt turdi in uicina, ſed hi plumam non amittūt, nec occultantur, niſi ſpe cibi ꝗ hybernum pabulum petūt, itaꝙ i Germania hyeme turdi maxime cernūtur, & ſunt aues trieſtres ſicut turtures. His color ęſtate circa collū uarius, hyeme cōcolor, in cacuminibus arborum luto nidificātes pene cōcextim in ſeceſſu generāt. Agripina cōiunx Claudij Cæſaris turdum habuit (qđ nunꝗ ante) ſermonem hominum imitantem. Pal. Turdi nutriendi ſunt in cubiculo, ita quod includantur illeſi: ac recenter capti, mixtis aliquibus ante nutritis, quorum ſocietate ad cibos ipſos capiendos pauidam nouæ captiuitatis meſtidudinē conſolentur. Sit autem locus mundus, ac lucidus, & undiꝗ leuigatus, in quo tranſuerſæ figantur perticæ, qbus poſſint poſt incluſum uolatum ſedere. Rami quoque uirides ſępe mutētur, caricæ tunſæ mixtis pollinibus largiſſime prebeantur, Myrti atiam (ſi facultas eſt) lentiſci, oleaſtri œdere arbuti ſemina, interdum ad excludēda faſtidia, maximeꝙ aqua mūda prebeatur. Turdi nāꝙ ſi alendo ſaginentur, & uoluptatem cibi: & reditum maximum preſtāt parcitate beneficium miniſtrāte luxuria.

OPERATIONES.

a Auicen. Turdorum ſtercus comedẽtiũ riſi, confert pano & morpheæ & etiam impetigini.

CAPVT. 113.

TVrtur. Iſidorus. Turtur à uoce nominatur. Auis pudica, ſemperq; in mõtibus, iugis, & i deſertis cõmorãs. Tecta ẽm hominũ & conuerſationem fugit, & commoratur in ſyluis, quæ etiam hyeme deplumata in trũcis arborum cõcauis habitare perhibetur: Cuius econtrario colũba humana hoſpitia diligit, domorum ſemper blãda habitatrix. Amb. Turtur eſt auis pudica, que ubi cõiugalis proprij fuerit amiſſione uiduata, coniunctionem iterare recuſat, nec iura pudoris, aut cõplacati iuri fœdera reſoluit: et primus amor eam decipiens, plus doloris ex morte, q̃ ſuauitatis ex charitate dilecti generat. Diſcite ergo mulieres quãta ſit uiduitas gratia, que etiam in auibus ꝑdicatur. Turtur enim neſcit primã fidem irritam facere, quia prima cõnubij ſorte amiſſa, nouit caſtimoniam ſeruare. Hęc auis in nido ſuo folia ſquillæ ſuperiacet, ne pullos ſuos lupus incurſet. Nouit ẽm ꝙ huiuſmodi folia lupi fugere cõſueuerunt. Ex lib. de nat. re. Turtur ſociũ diligit, eo ꝙ mortuo uel capto incedẽs ſolitari, ſiccis arborum ramis inſidens gemẽs ac triſtis, nulli auium eſt infeſta, ſed ad oĩum infeſtatiões patientiſſima. In locis tutiſſimis et delectabiliſſimis, habitat per totam hyemẽ in cõcauis arboribus. Implumis iacet, in uere aũt ꝓducitur: multæ quidẽ earũ terras calidas hyeme petũt: & multæ remanent ſi locũ habeant ſoli oppoſitũ, ad quieſcẽdũ aptũ. Aliq̃n ita debiles ſunt naturaliter, ut manu capi poſſunt. Oua ſępe terna pariunt: ſed nunq̃ pluſq̃ duas educant, ſimiliter et palũbi. Turtur ouat in uere bis, & ſępe ter, ſed hoc quando unũ par ouorum corruptũ fuerit, aut caſu perierit, ſolaq; auium pullos ſuos de nocte paſcit.

Ariſtot. Turtur ex fructu uiuit, ſicut et palũbus. Palumbus autẽ ſemper apparet, turtur autem nõ. Coit quidem turtur poſt tres menſes, prægnans eſt diebus. 14. & totidem cubat. Viuit autem & cubat ſicut & colũba, quindecim annis. Palladius. Turtures ut alãtur breui & prope obſcuro cubiculo claudendi ſunt, quos nutrire facilimum eſt, quia nihil expetunt.

OPERATIONES.

Auice. Sanguis turturis calidus, diſtillatur ſuper aurem contritã & doloroſam. a

Plin. lib. 29. Turturum ſanguis eximie prodeſt oculis cruore ſuffuſis. Fimus earũ albugines extenuat. 2 Huius alæ dextræ ſanguis medicinalis eſt immiſſus oculis. 3

CAPVT. 114.

VAnellus. 1 Ex lib. de natur. rerum. Vanelli ſunt aues, q̃s Plinius Stymphalides uocat, ſatis pulchræ, columbina magnitudie, criſtato capite, ut pauo, collo quidem cõlore uiridi & lucenti, reliqua uero parte corporis uarietate diſtincta. Hęc auis cum hominem etiam à longe nido ſuo appropinquare ſenſerit, egreſſa ſtatim cum clamore occurrit, ſicq; ſtulta dum hominem à nido ſuo amouere ſe credit, ipſo clamoris indicio nidũ prodit, quem progreſſus homo ſpoliare contendit. Hoc idẽ dicit Plinius, licet per alia uerba.

Caput

CAPVT. 115.

VEſpertilio. Ariſtote. Veſpertiliones habēt pedes ſicut aues, & carent cauda, quoniam ſunt agreſtes. Ipſarumq; alæ ſūt membranulis id eſt corio indiſtinctæ, & ſi caudam habuiſſent, motum alarum prohiberent, et quia nō ſunt diuiſæ inſtar murium, habēt in utraq; parte mādibula dentes: & uictū ſibi de nocte acquirunt, ut bubones. Ambro. Veſpertilio eſt animal uolatile ſimiles & quadrupes, dentibus etiam utitur, ꝙ in alijs auibus reperiri non ſolent: parit ut quadrupedia, non oua, ſed pullos uiuētes, crepuſculo uolare cōſueuit, uolatq; ī aere nō aliquo pennarum, ſed membranæ ſuæ fulta remigio. Iſidorus. Veſpertilio dicit̃ eo ꝙ lucem fugiēs ueſpertino crepuſculo circūuolet precipiti motu acta, animal murium ſimile, non tam uoce reſonans q̄ ſtridore, & cętera quadrupedia uolatu excellit. In partibus Indiæ ſunt ueſpertiliones columbis maiores, habentes quaſi hominum dentes, hæ in faciē percutiunt homines, nares eis & aures aliaq; membra āputantes. Fertur ꝙ hec auis ſtrepitum q̄rit, et ſanguis eius depilat.

OPERATIONES.

Auicen. Veſpertilionis lac (ut dicitur)
1 eſt urina ipſius, in ipſo aūt eſt abſterſio &
2 uehemens calefactio. Vnguentum ue-
ſpertilionis, prohibet mammillas puella-
3 rum à magnitudine. Cerebrum eius cū
melle confert principio aque deſcendētis
4 in oculū. Eius cinis acuit uiſum, & con-
fert ungulæ & albugini.

CAPVT. 116.

VEſpa Ariſtot. Veſpa ē animal annuloſū, uolatile, aculeis uenenoſum, ꝙ dicitur de putridis aſinorū carnibus naſci, ſicut fuci de mulis: crabrones de equis, & apes de uitulis. Item ueſpa aerem non recipit, uita ipſius & nutrimētum eſt circa ſtercus & carnes. Et eſt de animalibus q̄ manēt cum ſocijs ſuis, ſicut formica & apis, habet aūt lanceā interius, ſicut ſcorpio exterius, ſanguine caret; alaſq; mēbranis coopertas habet, accidit ueſpis ſenectutē exuere. Apeſq; nocētur à ueſpis, ideoq; nocet apibus illas appropinquare. Ex lib. de nat. rer. Veſpæ ex equinis carnibus aliquando procreantur, in plenilunio magis creſcere dicuntur, harum uita circa ſtercus eſt. Ceras quidem faciūt, ſed nō ex collectione florum, & ob hoc inutiles ſunt. Ariſt. Veſparū cibus eſt ex floribus et fructibus, ſępe quoq; uiuunt ex cibis animalium. Mutita uenat̃ in fine hyemis, & plures earū uenātur circa callē: uenāturq; mutita prope aggeres magnos & altiſſima loca, omneſq; uidentur cum aculeis: non aūt cōgregant ueſpæ flores, nec cibantur ex eis ſicut apes, ſed cibus earū in maiori parte eſt ex carne, ideo ꝙ circa ſtercora manēt, muſcaſq; magnas deprehēdunt & caput earum abſcindunt, nidos ſub terra faciunt, & ut formicæ terrā extrahūt. Pręterea iuxta Pliniū, quędā ueſpæ genus ex araneis, phalangium appellatum, perimunt, permittūt, & in nidos ſuos portant, deinde illinunt, & ex his incubando genus ſuum procreant.

OPERATIONES.

Cōſtā. Veſpæ & aues eis quos pungūt, 1
tumorē calidū & luborē faciūt, roſtrumq;

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

2 earũ remanet ubi tãgũt. Et aliqñ morſi
3 ſudorẽ patiunť & abominationẽ. Aui.
in.2.can̄. Veſparũ puncture bonũ ẽ poliũ
4 emplaſtri more ſuppoſitũ. Similiter fo
lia ſilueſtris maluæ, ſedant illã emplaſtra
ta. Item ſtercus caprarũ attrahit ueſpæ ue-
5 nenum. Ex ſale quoq; cum aceto & mel
le fit emplaſtrum ad pũcturam ueſpæ. Et
oleum lauri confert eius mordicationi.

CAPVT. 117.

Vlula Iſid. Vlula eſt auis à plãctu & luctu nominata. Dũ enim clamat, aut fletũ imitať, aut gemitũ. Vñ apud augures ſi lamẽteť, triſticiã, tacẽs oſtẽdere fertur pſperitatẽ. Autor. Vlulæ (ut dicit gloſa ſup Eſaiam) ſũt aues magnitudinis coruinæ, maculis reſpſæ, q̃ roſtro in palude fixo horrẽde ſtridũt habẽtes uocẽ ſimilẽ ululatui luporũ, unde & nomẽ accepunt, & uocãtur gallice buhort. De hac ſuperius dictũ eſt in capitulo Buthorio: et de onocrotalo, q̃ noĩa ſũt idẽ.

CAPVT. 118.

Vpupa Iſid. Vpupa ẽ auis ſpurciſſima, criſtis extantibus galeata, ſemper i ſepulchris & humão ſtercore cõmorans. Vpupa grece dicta eo q̃ ſtercora humana cõſyderet, & fetẽti paſcatur fimo. Gloſa ſup Leuiticũ. Vpupa lugubris eſt & luctũ amãs. Vnde & in lege comedi prohibeť, quia ſeculi triſticia morrẽ operať. Phiſiol. Vpupæ pulli cũ parẽtes ſuos ſenuiſſe uiderint, ita, ut neq; uolare neq; uidere poſſint, uetuſtiſſimas parẽtũ plumas euellũt, & oculos eorum liniunt, fouentq; eos ſub alis ſuis, donec creſcãt eorum pẽnæ, & reilluminentur oculi eorum: ſicq; mutuam uicem parentibus reddunt. Iorath in lib. de animalibus. Vpupæ pulli parẽtes ſuos fouentes anhelãt ſuper oculos ipſorũ, ut uiſum recuperẽt. Ex lib. de na. re. Vpupa eſt auis admodum pulchra, ſed immũda, una tamẽ uoce, ſicut & cuculus importuna ẽ, hyeme latet & nuda ẽ, uere producitur. Huius parentes ſeneſcentes inter pullos iam adultos in nido plumas exuũt, et interim à pullis paſcũtur, donec uires plumaſq; recuperent. Cum enim ſenio uiſum perdiderint pulli notam naturaliter herbam colligunt & eorum cęcatos oculos inde liniunt, ut uiſum recuperent.

OPERATIONES.

Pytagoras in libro Romanorum. San- 1
guis upupæ illitus, homini dormienti de-
moniaca gignit fantaſmata. Pennæ ue- 2
ro poſitæ ſuper caput hominis, ſedant ſo-
da id eſt dolorem capitis. Huius etiam 3
lingua ſuper illum ſuſpenſa, qui multã ob
liuionem patitur, ei confert.

CAPVT. 119.

Vultur Iſidorus. Vultur à uolatu tardo nominatus putať, magnitudine quippe corporis prepetes uolatus nõ habet. Fert pene uſq; ad cen

ad centũ annos procedere. Vultures autẽ ſicut & aquila ultra maria cadauera ſentiunt. Altius qppe uolantes, quæ multa mõtium obſcuritate celantur ex alto illi conſpiciunt. Ambroſius. Vultures dicuntur ſine concubitu concipere & generare. Solent etiam mortem hominis quibuſdam ſignis annunciare, cũ enim lachrimabile bellum acies inter ſe inſtruunt multo uultures ſequuntur agmine, & eo ſignificant, ꝙ multa hominũ multitudo bella caſura ſit futura prȩda uulturibus. Gloſa ſuper Leuitic. Lex uulturem comedi prohibet, qui bellis & mortuis gaudet. Phiſio. Sedet autem uultur in altiſſimo loco, quia retardatur in aſcenſu à terra: aſcẽditqꝫ tantum in altiſſima ut uideat loca remota: ideoqꝫ dicitur ꝙ ſolus uultur eſt auis dei. Hic etiam maiores aues rapaces, ut accipitrem inſequitur. Ariſtot. Vultur grauis eſt, & mali moris, famelicus & clamoſus. Venatur in locis à nido remotis ualde, aſcendit ad locum altiſſimum, ibiqꝫ ſedet quia difficilis eſt ei eleuatio à terra: deprehẽdit autem lepores, & paruos ceruos & capras ac uulpes, & aĩalia cętera, quæ retinere poteſt. Idem. Vultur nidificat in locis altiſſimis, & multotiens ſuper arbores. Inuidet pullis ſuis cum impinguantur, nec paſcit eos, niſi de cibi ſui reliquijs, & illos ante ꝗ uolare poſſint, eijcit. Eſt autem auis alia quæ proiectos illos cum pullis ſuis nutrit, unũ per uulturum occupat magnum locum, & ideo ſecum alios nidificare nõ permittit. Eſt autẽ longæ uitæ quod ex eo cognoſcitur, ꝙ nidus eius ſemper idem manet. Cũ enim ſeneſcit, elongatur roſtrum eius ſuperius, & arcuatur, & in fine, fame morit̃.

OPERATIONES.

1 Eſculapius. Vulturis pennæ combuſtę
2 fugant ſerpentes à domo. Iecur eius tritum cum ſanguine per decem dies bibitũ,
3 caducos liberat. Sanguis eius cum ſucco marubij, caliginem oculorum ſanat.
4 Adeps eius dolorem oculorũ ſanat, &
5 dolores neruorum euacuat. Dioſc. Fimus uulturis medicinalis eſt nam fumigi
6 um eius ſecundinã expellit. Plin. lib. 19. Vulturis fel ex aqua dilutũ, albugines ſanat oculorum. Penna uulturis ſi ſcalpãtur dentes, acidum faciunt halitum.

CAPVT. 120.

XYon Autor. Xyon ẽ auis immunda ſecundum legem, cuius natura non ſatis eſt nobis nota. Eſt autẽ (ut legitur) de genere uulturum, ſed minor ꝗ uultur. Hęc enim eſt mens Alberti in libro de naturis animalium. Et ſimiliter in libro de naturis rerum.

CAPVT. 121.

YBos. Hydros, Iſida. Ex libro de naturis rerũ. Ybos eſt auis uiſu debilis, quæ imitatur uocẽ eq. Et quandoqꝫ ſup eum uolans: eãdem ſtupefacit: ipſumqꝫ fugere cogit. Ariſtoteles. Ybos ideo cum equo pugnat, quoniã ipſum à paſcuis eijcit, & herbas comedit, ideo ſtupefaciens eum fugere cogit, & forte interficit. Eſt autem auis pulchri coloris, & uita eius bona, manetqꝫ apud fluuios & margines eorum.

Idem. Hydros eſt animal uolatile in Nilo flumine, ſatis inimicũ crocodilo. Nã de

natura & conſuetudine, cum uiderit crocodilum in littore fluminis ore aperto dormiētem, inuoluit ſe limo, quo facilius poſſit eius faucibus illabi, ſicq; faucibus illius irripens, eroſis crocodili uiſceribus, tādem inde uiuus exilit.

Ex libro de naturis rerum. Iſida à ſono uocis dicta eſt, auis quidem parua, ſed pēnarum uenuſtate clariſſima, in dorſo colorem habet inter uiridem & ceruleū: in pectore uero profert imaginem carbonum ardentium. Duos tantum habet in pede digitos, ungues aduncos, ſed roſtrum paruū ac directum. Circa aquas aſſidua eſt, piſciculis uiuit, terram roſtro cauat, ibicq; nidū congerit, ac fœtus facit.

OPERATIONES.

De hac opinatur uulgus, ſi pellem cum plumis mortuæ detrahas, & parieti infigas, omni anno plumas, ac ſi eſſet in corpore, commutabit.

CAPVT. 122.



Zelintides. Ex libro de natur. rerum. Zelintides ſunt aues (ut dicit Plinius) quarum ſuffragium à Ioue deo petunt incolæ mōtis Caſini, cum à locuſtis fruges illius uaſtantur. Itaq; àdeo miſſæ locuſtas depopulantur. Vnde autem ueniant, quoue abeant, aut quo uadant ignoratur, hoc idē dicit Albertus in libro ſuo de naturis animalium in tractatu de auibus.

Hec igitur dicta de Auium natura ſufficiant.

De

DE PISCIBVS ET NATATILIBVS.

Liber Tertius.

CAPVT. 1.



ABremon Achădes, Accipenſer, Albirē & Alphoram. Ex li. de nat. rerū. Abremō alas Abarenon, eſt piſcis (ut dicit Ariſtot.) multum fecundus ouis, nec aliorum more cōtactu maris parit, ſed naturali quodam inſtinctu uentrem ſuum ad arenam fricat, q̃ cōtactu aſpa eſt, & guſtu ſalſa: ſicq; oua cōcepta parit, & poſt tempus debitum fœtus educit. Iorath in li. de animalibus. Piſcis abremon, hora tempeſtatis maris, natos ſuos in uentre ſaluat, & poſt tempeſtatē euomit eos. Idem Achădes piſcis ſolicitus de pullis ſuis nauibus maris adhęret, ſicq; propter ipſum omnino fiūt immobiles naues. Ex lib. de na. rer. Accipenſer eſt (ut dicit Plinius) piſcis apud antiquos nobiliſſimus, hic ſolus cōtra morem omnium piſciū habet ſquamas toto corpore ad os uerſas. Plini. lib. 9. Apud antiquos piſcis nobiliſſimus habitus accipenſer, unus omniū ſquamis ad os uerſis: contra aquā nando meat. Nullo nunc in honore eſt, quod quidem miror, cum ſit rarus inuentu. Quidam eum elopem uocant. In li. ut ſupra. Albirem eſt piſcis marinus, habens cutem adeo ſpiſſam & duram ac firmam, ut ea milites utantur pro galeis. In eodem libro. Alphoram eſt piſcis, qui non gignitur, ſed in loco lutoſa ubi nō eſt aqua, ex ipſius luti putredine in modum uermiculi creatur. Poſtea cum aſcenderit aquam, creſcit in piſcem. Durat autē modico tempore, citoq; diſſoluitur.

CAPVT. 2.



ANguilla. Iſidorus. Anguilla dicitur ab anguis ſimilitudine. Huius origo ex limo ē, unde & quādo capit adeo lenis eſt, ut quādo fortius preſſeris, tanto citius labatur. Ferūt autem Orientis fluuium Gangen anguillas terrenis pedibus gignere. Plin. lib. 9. Anguillæ octonis uiuunt annis. Durant & ſine aquis diebus ſenis, aquilone ſpirante, auſtro paucioribus. At hyemem i exigua aqua non tollerant, neq; in turbida: ideoq; circa uergilias maxime capiuntur, fluminibus tum precipue turbidis. Paſcuntur noctibus. Exanimes piſcium, ſolæ nō fluitant. Porro uice pedum pinnæ date ſunt binæ piſcibus omnino longitudo ut anguillis & congris. Item anguillæ ſcopulis ſe atterunt, eaq; ſtrigmenta uiueſcunt, nec alia eſt earum procreatio. Diutius autē ceteris uiuunt anguillæ aquis exemptæ. Idē li. 10. In anguillis omnibus nec eſt maſculinū neq; femineū genus, quę nec aīal, nec ouū ex ſe generāt: ſicut neutrū eſt & oſtreis genus, cęteriſq; uaſo uel ſaxo adhęrētibus. Ex li. de. na. re. Anguilla ex aliorū piſciū limo naſcit̃, difficult̃ excoriat̃, duriſſimā habet mortē, q̃ etiā excoriata uiuit, ad uocē tonitrui cōmouet̃. Aqs claris fluuialibus gaudet et ī abſcōſiōe Pleiadū maxiē

capitur,quia tunc ex uẽtis oppoſitis aqua turbatur. At piſculorum inferioris poteſtatis rapax eſt,maxime tamen cum in ſemine reperiuntur.

OPERATIONES.

1 Ex lib. de nat. rer. Exanimis ſola piſcium non fluitat, niſi cum aquis putrefacta diſſoluitur. Plus alio cibo decoquatur, aliter nociuus eſt cibus eius: ad ignem aſſata plus cõpetit, quia malicia eius illic euapo-
2 ratur. Pinguedo eius auribus medetur.
3 Item anguillę uino necantur: qui ex eo biberint,tedium uini habent.

CAPVT. 3.



ARanea, Aries & Arini. Aui. Aranea marina, uidet ꝙ diſpoſitiones eius propinquæ ſint diſpoſitionibus ſcorpionis. Iſidorus. Aranea genus eſt piſcis, dictum,eo ꝙ aure feriat,habet enim in ea ſtimulos quibus percutit proximantes. Plini. lib. 9. Aculeo ſpinæ in dorſu noxius eſt ac uenenoſus. Plinius in eodem. Aries eſt piſcis, qui graſſatur ut latro, nunc grandi nauiũ in ſalo ſtantium occultatus umbra, ſi quẽ nandi uoluptas inuitet expectat: nunc elato extra aquam capite piſcãtium cymbas ſpeculatur,occultatuſq; adnatans,mergit. Eſculapius in li. de animalibus. Arini ſiue harini piſcis cum homo quid uiderit, eum inebriat,& mouet eum ad rixas & cõtentiones,poſtq̃ uero comederit,placatur ira eius.

OPERATIONES

1 Araneæ itaq; morſus, cęterumq; reptilium marinorum uenenoſorum,dixerunt curãdos eſſe cum tyriacis,quibus curatur uenenum frigidum,& cum medicinis ruſtelarum & tyriaca eorum.

CAPVT. 4.

ASpidochelone, & aurata. Phiſi. Aſpidochelone grece dicitur belua quędam ĩ mari,quę latine dicitur aſpido teſtudo: eſt autem cetus magnus, habens ſuper corium ſuum, tanq̃ ſabulum,quod eſt iuxta littus maris. Vnde plerũq; eleuato dorſo ſuo ſuper undas,à nauigantibus nihil aliud creditur eſſe q̃ inſula: itaq; applicantes dentes ſuper eam alligant naues, accendunt focos ad coquendos cibos. Ille uero ubi ſentit odorem & calorem ignis, mouet ſe à loco, & ſic mergit naues in profundum: Alia quoq; huius beluæ natura eſt, quando eſurit, aperit os ſuum, & quaſi quędam odorem bene olẽtem exhalat de ore ſuo,quem ſentientes minores piſces confluunt in os eius,quod ut impletum fuerit, claudit, et eos tranſglutit.

Idem. Aurata dicitur ex eo, ꝙ in capite ſuo auri colorem habet.

Caput

CAPVT. 5.

ALſoram. Alber. in lib. de natu. animalium. Alſoram piſcis eſt, qui ex putredine luti generatur, & in luto ſine aqua p̃creatur ad modum fermiculi, qui uermis aqua aſcendente creſcit in piſcem. De hoc piſce nautæ dicunt, ſi conſumatur putrefactus uſq; ad caput & ad oculos, adueniēte aqua iterum renaſcitur, & tunc diu uiuit, cum ante huiuſmodi ſuam regenerationem paruæ uitæ ſit, ut ſupra dictum eſt capitulo. 1.

CAPVT. 6.



ASturam. Albertus in lib. de natu. anima. Aſturā piſcis ē qui tempore ueris & autumni in ſpumis pluuialibus generatur, & in eis ebullit ſicut uermis ex ſtercoribus animalium. Dicitur etiam ex luto generari. Hic piſcis impatiens claritatis ſolis fugit ad umbras arborum, quas in aquas proijciunt: calorem tamen diligunt & habent, de profundo ad ripam natant, tempore ſiccitatis non abundāt, ſed quando multæ ſunt pluuiæ & calidæ abūdant.

CAPVT. 7.

AVreum uellus. Albertus in libro de naturis animalium. Aureum uellus ē animal marinum ſicut ſpongia, & de ſpōgiarum genere, ſed rarius eſt & mollius ad modum lanæ, & lanugo eius in auri ſplēdorem conuertitur, & dilatatur, & prolōgatur ſicut uellus: & dum eſt in mari mouetur motu contractionis, & dilatationis ſicut ſpōgia, & raro inuenitur. Tamē hoc inuentum in Frigia, cū extitit bellum Troianum inter Gręcos & Frigios, ſicut dicit Dares Frigius in hiſtoria Troiana.

CAPVT. 8.



ARburciū, Amnis, ahaniger, Afferus, & Aſtralus. Albertus in libro de natur. animaliū inquit. Arburcium piſcis eſt multis ouis fœcundus, ſed non eijcit oua, niſi uentrem confricet ad harenam tactu aſperam & in illa pullos educit & complet.

In eodem libro ut ſupra. Amnis piſcis eſt, ut dicunt, ſaxatilis, qui lapidem geſtat interius. Eſt autem ualde ſpecioſus in lateribus uirgultas habēs puniceas, toto autem corpore reliquo diuerſis coloribus ē diſtinctus ac depictus. In lib. ut ſu. Ahaniger piſcis eſt, ut dicunt, qui Amno ꝓpemodum ſimilis eſt, & longus & rotundus qui Germanice, gwich, uocatur, & eſt albus, bonarum carnium, breuior anguilla, roſtrum auis habens pro ore, ſubtile & lōgum, & rubeum, & uiridē interius habet ſpinam. Albertus in libro ut ſupra. Afferus piſcis, ē q ꝓpter exiguitatē hamo capi nō poteſt. In eodē li. Aſtralus piſcis eſt q aquarū undas ore ſuſcipit, & oriēq̄n pleiades occidūt, eo ꝙ tunc tempus eſt pluuiarum.

CAPVT. 9.

Abydes. Albertus in lib. ut ſup. Abydes anial eſt marinū, cuius conuerſatio primū eſt in aqs, & cibus, & poſtea mutatur figura eius & efficitur terreſtre, & egreditur de aq̄ quęrēs uictum in terra: & cum figura mutatur, mutatur etiam nomen eius, & uocatur aſtoym.

CAPVT. 10.



Ahuna. Albertus in lib. de na. animaliū. Ahuna monſtrum eſt maris guloſius cūctis marinis beluis pręda uiuit, & in craſſitudine corporis ſui uertitur ei quicquid comedit: unde quia ſtomacho caret, uenter eius quando comedit multum extenditur, & inflatur ſupra modum: & cum amplius extendi nequit, piſces per os eijcit, & hoc de facili: quia cum collo careat ſicut cęteri piſces, os eius contiguum eſt uentri. Eſt autē adeo craſſum animal, ꝙ quando periculū timet, pellem et carnes ſuas contrahens replicat, & extremitates ſui corporis intra ſe ſicut herinaceus abſcondit ita ut non appareant, quod tamen aliquando ſine ſui detrimento non facit. Mortem enim adeo timet, ꝙ cum periculum ſenſerit non laxari, abſcedere beſtiam quæ in inſidijs latet, nequaꝙ caput foras extrahit, quod intra corpus ſuum abſcōdit: ſed cum affligitur fame carnes ſuas deuorat, magis eligens ī parte abſumi, ꝙ pręda facta beluis in totū conſumi.

CAPVT. 11.

Barchora. Albertus in lib. ut ſupra. Barchora eſt anial marinum, habēs orificium prae oibus animalibus fortiſſimum. Nā & lapidē ſi in os ſuum acceperit frangit. Hęc quādo ꝙ ad ripas exit, & herbas depaſcit, & quādo oportet in aquam reuertitur, ibiqꝫ ſubmergitur ne cutis dorſi eius à ſole exſiccetur, & ad nutum debitum deflectere ſe nō poſſit. Piſciculos naqꝫ paruos uiuos filo conſutos (quos comedit, & per illos dep̄henditur) piſcatores in mare proijciunt, q̄ dum effugere non ualent, ſed in ſimul fluitant, animalis prędicti morſibus patēt. At ipſum aial dū unū poſt alium tranſglutire laborat, interim occupatū deprehēditur.

CAPVT. 12.

Borbocha, Botha et Brenna. Iſidorus Borbocha ſunt piſces q̄dam fluuiales, aliquatenꝰ anguillis ſimi-

les

les, lubrice nãq́ ſunt, & excoriantur ſicut anguillæ. Corium habẽt nigrũ, eſum dulcem, & epar præ omnibus piſcibus melius & efficacius. Caput magnũ reſpectu corporis, os amplum & latum ualde. Cũ autẽ ętate duodecim ãnos exceſſerit, in corpus magnum creſcit: et tunc nomen eius mutatur, & ſolaris uocatur, de quo inferius dicetur. Idem. Bothæ ſunt piſces fluuiales, qui non natant niſi per amplitudinem corporis. Tenuiſſimi nãq́ ſunt, & lati ualde. Pinnas habẽt in circuitu lati corporis, impinguantur uento meridionali flãte. Cunq́ uenatur hic piſcis à piſcatoribus, fundũ aquæ petens, aquam ſupra ſe turbat, ut uideri nequeat. Maximeq́ corpore ſtrato cum terræ adheret, ſupra dorſum terræ ſimilimus eſt. Maculas autem in dorſo rubeas habet. Alexander. Brenna ẽ piſcis fluuialis, qui cũ uidet ſibi Lucium imminere, declinat ad cenoſa, aquarum limpiditatem à tergo perturbans.

CAPVT. 13.

BAlena Iſidorus. Balena eſt immẽſæ magnitudinis beſtia, ab emittẽdo & fundendo aquas uocata. Cęteris enĩ beſtijs maris altius iacit undas. Balin autem grece dicitur emittere.

Plinius lib. 9. Balenas in Gaditano oceano non ante brumam conſpici tradunt, condi autem ęſtatis temporibus in quodã ſinu placido & capaci: miri gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repreſentatiõe alia poſſit exprimi, q̃ carnis immenſæ dẽtibus truculentæ. Irrumpũt ergo in ſecreta, uituloſq́ illarum & fœtas, uel etiam nimi grauidas morſu lacerãt, incurſuq́ ceu liburnicarum roſtris fodiũt. Illæ uero ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes ac põdere ſuo oneratæ, tunc quidem in utero graues, pariendiue pœnis inualidæ ſolum auxilium nouerũt in altum profugere, ſeq́ toto oceano defendere. Contra orcæ laborant occurrere ſe ſeq́ opponere & cautium anguſtijs trucidare, in uada urgere ſaxis illidere. Spectantur huiuſmodi pręlia ceu ipſo mari ſibi irato, nullis in ſinu uẽtis fluctibus uero ad anhelitus, ictuſq́ quantos nulli turbines uoluant. Ora balenæ habent in frontibus, ideoq́ ſumma aqua adnatantes in ſublime nimbos efflãt Balenis branchiæ non ſunt ſicut nec Delphinis: Hec duo genera fiſtulis ſpirant, q̃ ad pulmonem pertinent. Balenis à fronte Delphinas à dorſo. Idem. Quæ pilo ueſtiuntur, animalia pariunt: ut priſtes, balena, uitulus.

Idem in lib. 10. Balenæ ac delphini dormiunt: nam etiam ſtertentes audiuntur.

Solin. Indica maria balenas ultra ſpacia quattuor iugerum habent. Sed quos faſcituras nuncupãt, q enormes ſupra molem ingentium columnarum ultra nauiũ antennas ſe extollũt, hauſtoſq́ fiſtulis fluctus ita eructant, ut nimboſa alluuie, plerũq́ nauigantium alueos deprimant.

Ex libro de naturis rerum. Balenæ brãchias non habẽtes fiſtula ſpirant, quod raro in marinis animalibus inuenitur. Fœtus ſuos geſtant, cum infirmantur inualidi ſunt, & ſi parui ſunt, eos in ore ſuſcipiũt hoc idem imminente tempeſtate faciunt, & poſt tempeſtatem illos euomunt: Quoniam propter defectum aquæ fœtus impediuntur ne matrem ſequãtur. Mater aquã in ore receptam inſtar fluuij ad eos eijcit, ut ſic inhęrentes terræ liberet, adultos etiam diu comitatur. Adoleſcunt autem celeriter, & decem annis creſcunt.

CAPVT. 14.

BAbilonicꝰ & Belua. Albertus in lib. de naturis animaliũ. Babilonici piſces ſũt (ut dicit Theophraſtus) circa Babiloniam exiſtẽtes in locis ubi dulces aquæ incinoroſis recipiuntur ex fluuijs incidentibus. Inde eñ egrediũtur piſces ad paſtum, capita ad modum ranarum magnarum, reliquas partes corporis ad modum ragiæ habentes: ſimiles piſcibus alijs pinnulis gradiẽtes, & crebro motu caudæ. Plini. Beluæ in Oriẽtali mari ſunt. Et beluæ ſunt animalia marina adeo magna & importuna, ꝙ ꝓcellas excitant de profundo, et pericula nauibus inducant, ita, ꝙ naues Alexandri ad pericula deduxerunt.

CAPVT. 15.

CAncer. Ex lib. de natur. rerum. Cancer pedes habet & brachia, forcipeſq; pro manibus, retro gradꝰ eſt, nec unq; ante faciem ſuã ambulare nouit. Mares duas habẽt ſpinas inter uentrem & caudam, quibus feminæ carent, quæ oua in uentre habent, ictibus ſerpentum medẽtur. Coitus tempore mas aſcẽdit in dorſo ſuper feminam, at illa motum eius ſentiens à tergo coire uolentis inclinata ſuper latus ad ipſum ſe cõuertit, ſic ꝙ coitus completur: latent in hyeme menſibus quinis. Veris tẽpore ſenectutẽ exuũt uelut anguis. Cancer lacte potatus, ſine aqua uiuit multis diebus. Cum autẽ ſenuerit, duo lapides albi coloris intermixto rubore inueniuntnr in eius capite, quos tantæ uirtutis eſſe dicunt, ut in potu dati, cordis punctiones ſanant. Ariſtot. Cancer habet octo pedes ꝑ quas mouetur ęquali motu, caret ſanguine, durũ extra, & intus molle: nec eſt illud durũ conteribile, immo accipit ignem in ripa maris, quod ẽ intra Iudeam habentur cancri parui, qui dicũtur milites, propter uelocitatem curſus, tantũ enim currunt, ꝙ deprehendi non poſſunt. Et cum aliquis finditur, non inuenitur in eius corpore caro uel ſuperfluitas omnino, quia paſcua non habent. Iſidorus. Cancri uocati ſunt, quia cõchæ ſunt. Crura habẽtes, inimica oſtreis animalia, eorum uero carnibus uiuũt miro ingenio. Duo aũt ſunt genera cancrorum, fluuiales & marini. Ambroſius. Cãcer oſtreis ueſcitur, ſed quia oſtreum clauſum, nulla ui aperiri poteſt, periculoſumq; eſt, ſi chelã eius includat ad argumenta confugit, & inſidias noua fraude molitur. Explorat enim ſi quando oſtreum, remotis in locis ab omni uento, contra ſolis radios dipticum in illud ſuum aperiat, ut aëre libero uiſcerum ſuorũ uoluptatem quandam capiat, & tunc clanculo calculum immittens oſtrei concluſionem impedit, ſicq; aperta clauſtra reperiens tute chelas impendit: uiſceraq; interna depaſcit. Item feminæ maiorum membrorum ſunt ꝙ maſculi, & diſtantia coopertorij maior eſt ꝙ in maſculis, & ouant per locum ſuperfluitatis. Cãcer paruus generatus ex terra & limo intra loca uacua teſtarum aliorum animalium. Cunq; creuerit aliquantulum, mutat ſe ab illo loco ad teſtam maiorem. Cancer & Karabo in ſenectute exuunt ſpolium. Vterq; accipit piſces in profundo maris duobus ſuis labijs, & diuidit eos in duas partes, & ducit ad os ſuum.

OPERATIONES.

Auicenna. lib. 2. Cancer marinus ꝓprie dicitur

dicitur illa ſpecies cancri maris,qui habet
2 om̄ia mēbra dura ut lapis. Quod ex eo
aduſtum eſt,ſubtilius eſt reliquis aduſtis,
& abſtergit dentes, & delet pannum ac lē
3 tigines. Vlcera quoq; deſiccat, & con-
fert ſcabiei.Item prohibet lachrimas,& re
ſoluit cum ſale ungulam. Fit quoq; ex eo
collirium,& fricatur cum eo ſcabies palpe
4 brarum. Prohibet etiam quartanā. Cā-
cer fluuialis confert extenuatis ualde. Te-
ſta cancri marini ſubtilior eſt ꝙ teſta cliba
5 ni. Exſiccatiua eſt et abſtergit pannum
ac lentigines ac ſcabiem. Cancer fluuialis
eſt difficilis digeſtionis,ac plurimi nutri-
6 menti, & ipſum quidem rectificat. De-
coctioq; cum melle extrahit ſpinas,& acu
7 tas res infixas carni. Iſaac lib.3.Cācros
& omnes piſces cōchas habentes teſtatur
Galenus eſſe ſolubiles,propter ſalſitatem
eorum & acumen, proinde ſtomacho no
ciua ſunt,maxime neruoſitati ſuæ.

CAPVT. 16.

CAab Canis marinus. Iſidor. Caab eſt animal marinus, habens pedes paruos, reſpectu ſui corporis:qđ utiq; magnum eſt.Sūt autem pedibus uaccæ ſimiles,horum unus lōgus eſt,cartilaginoſus, oſſe carēs,quo loco utitur manibus in omnibus. Per ipſum enim eradicat qđ uult, & per cibaria per eum accipit,eaq; ori ſuo reddit.Et cū natat in aqua,ſpirat in ea, ſed ſpirādo anhelitu ſuo aquam in corpus ſuum attrahit,qua cū repletus fuerit,ad aerē recurrens eam eijcit, & ſic reſpirat.

Idem. Canis marinus belua terribilis et hoſtilis omni animanti,quod eius uerberibus cedit.Robuſtiſſimos habet branchos clauorum modo formatos. Hi uenantur per mare greges piſcium, inſtar canum in terra feras uenātium,excepto ꝙ latrare nequeunt,ſed pro latratu afflatum horribilē habent. Inſequentes ergo piſcium greges ad loca anguſta coartant, & ſic in coartatos crudeli morte graſſantur. Piſcatores uero loca notantes, in quibus abſconditi piſces à fuga latebant,rhetibus capiunt circūcluſos.Hæ uero beluæ difficulter multis tridentibus confici poſſunt.Item canis marinus à ſimiltudine morum canis terreſtris dicitur,eo ſcilicet ꝙ mordeat.

OPERATIONES.

Auicē. Fel canis marini uel canis aquæ 1
dixerunt eſſe uenenum,de quo ſi quis co-
mederit quantitatem lentis unius,interfit
poſt hebdomodam. Sed cura eius eſt,ut 2
bibatur butyrum coctum uaccinum cū gē
tiana romana & cynamomo,& iterū coa-
gulum leporis.

CAPVT. 17.

CEtus. Ex libro de naturis rer. Cetus eſt piſcium maximꝰ, habēs os in fronte magnū et patulū et oris meatus ſtrictos. In iuuentute dentes habet nigros, in ſenectute albos. Hij piſces aliquando fluctus hauſtos ita eructuant,ut alluuie nimboſa plerumq; claſſem nauigantium deprimant, ſed et cum in mari tempeſtas oritur, ſe ſuper fluctus attollunt, & commotionibus ac turbinibus naues mergunt:arenas aliquando dorſis ſuſtollunt,in quibus ingruente tempeſtate,nautæ terram ſe inueniſſe gaudentes anchora iacta falſa firmitate quieſcunt at ignes accenſas belua ſentiens ſubito cō

mota ſe mergit, & homines cum nauibus in profundum trahit. Cetus poſtq̃ ętatem annorum trium excedit, cum balena coit, & in ipſo mox coitu uirtute uirgæ genitalis emutilatur ita, q̃ ultra coire nequit, ſed intrans alti maris pelagus intantum excreſcit, ut nulla hominum arte capi poſſit. Infra tres igitur annos ętatis ſuæ capi poteſt Capitur autem ſic: piſcatores locum ubi cetus eſt notantes, illic congregantur cum nauibus multis, factoq; circa eum fiſtularum ac tubarum concentu, alliciunt inſequentē quia gaudet huiuſmodi ſonis: cũq; iuxta naues hęrentem ſono modulationis attonitum cernunt, inſtrumentũ quoddam ad inſtar raſtri dentibus ferreis acuminatum in eius dorſum clam proijciunt, atq; diffugiunt. Nec mora ſi certum uulneris locum dederit, fundum maris cetus petit, ſeq; ad terram dorſo fricans uulneri ferrum uiolenter intrudit, quouſq; perfoſſa pinguedine uiuam carnem interius penetrauerit, ſicq; ferrũ ſubſecuta ſalſa maris aqua uulnus intrat, ac uulneratũ perimit. Mortuum ergo ſuper mare refluitantē piſcatores cum funibus adeunt, & ad littus cum magno tripudio trahunt.

cetus gaudet musica.

OPERATIONES.

1 Autor. Cetus (ut fertur) quando ludit in mari, ſignum eſt tempeſtatis. Idem et de balena dicitur. Huius generis eſt aſpidochelone, de quo dictum eſt ſupra.

2 Iſid. Cetus autē ut legitur non comedit ut alij piſces maſticando, cibumq; dentibus comminuendo, ſed tantummodo gluttiendo, & intra corpus retinendo.

3 Item habet oris meatus, ut dictũ eſt, ſtrictos. Vnde non niſi paruos piſciculos deglutit, quos odorifero anhelitu ſuo attrahens ad ſe, ac deuorans in uentrem ſuum mittit. Habet enim in gutture quandã pellem membranæ ſimilem, quæ multis meatibus perforata non ſinit quicq̃ magni ingredi uentrem.

4 Iorath. Cum autem cetus ſperma proijcit in coitu ſuo cum femina, quod ſuperfluit ex ipſo ſpermate ſupernatat aquæ, & colligitur ambra.

ambra.

Platearius. Ambra dicitur eſſe ſperma ceti.

5 Auicenna. Ambra, ut ęſtimo, ē manatio fortis in mari: melior eſt griſea fortis, deinde uaria, poſt citrina. Et adulteratur cum gipſo, & cera, & laudano. Nigra ſpecie mala eſt. De uirtute ambræ etiã ſuperius ſatis dictum fuit. 6

CAPVT. 18.

CElethy et ceruleus. Ex lib. de natu. rer. Celethy ſecundũ Ariſtot. eſt anĩal marinũ, quod propter morem aliorum oua in matrice ſua generat, quibus illic debito tempore fortes exeunt uermes ex illis: quos cum pepererint, incredibili celeritate fiunt animalia perfecta, parentibus ſimilia. Cor habet magnũ et tamen eſt ualde timoroſum, grauiter dormit, ita, ut manu capi poſſit.

Ariſtoteles. Celethy eſt ex animalibus carnem comedentibus. Celethy quidē habet oua unum completum intra, quod & parit extra. Cęteri uero piſces ouant extra oua incõpleta, excepta rana marina. Oua hęc poſt paruitatem cito creſcunt ſicut ṽmes, quæ generãtur ex animali paruo ualde, deinde creſcunt per ſe. Celethy non habet alas, ſed habet ſimilem radicibus in terra creſcentibus. Generat autem multocies ſcilicet ſex menſibus. Exit à profundo maris, & pulliſicat prope terram, quod facit propter calorem, & ut à pullis ſuis auferat timorem.

OPERATIONES.

Ex libro de naturis rerum. Ceruleũ eſt monſtrum in flumine Gange, inſtar cancri, habens brachia lõgitudine ſeptem cubitorum, quibus elephãtem corripit, & undis ſubmergit. 1

Plinius lib. 8. In Gange Indiæ Statius 2

Seboſus

Seboſus haud modico miraculo affert:ṽmes branchijs binis.60.cubitorum,ceruleos,qui nomen à facie traxerunt. His tātas eſſe uires,ut elephantos ad potum uenientes mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahant in profundum.

CAPVT. 19.

Chilō & circhos. Ex lib.de na. rerū. Chilon inter omnium animaliū gñra non paſcitur, ſed tantū humiditate uiſcoſa, quę exit ab eo, cibatur & nutritur, unde fit ut hoc aīal ſemper ſit ieiunum, ita tamē corpore ualidū. Nā & in feminis uidemus plus poſſe differri ieiunium per multos dies, ꝙ̄ in uiris propter ſuperfluitates humidas & uiſcoſas, quæ magis abundant in eis, id eſt feminis.

OPERATIONES.

1 In eodem libro ut ſupra, Circhos, aliàs Crichos, habet cutem teſteam, lenem, nigram: & in aliqua parte rubeam fiſſuras duas in pede, quæ tres digitos faciunt, pedem dextrum habet paruum, ſiniſtrum uero magnum.

2 Et ideo cum ambulat, totū corpus fert ſuper ſiniſtrum, aere claro abſolutus incedit, commotis autem uentis, applicatur lapidibus & immotus quieſcit.

3 Cuicunq; rei adhęret, forti applicatiōe adhęret.

4 Et hoc mirum, ꝙ claro quidem tempore ſui poteſtatem habeat, tempeſtuoſa autem debilitatur & infirmatur. Caput habet humanum, reliquum uero corpus ferè ut canis marinus.

CAPVT. 20.

Conchæ. Plinius libro.9. Concharum genera firmioris ſunt teſtæ, in q̄bus magna uarietas apparet ludentis naturæ Tot colorum differentiæ, tot figuræ inter quas principatum tenent margaritæ.

Iſidorus. Conchæ & Cochleæ inde uocatæ ſunt, quia deficiente luna cauantur, id eſt euacuantur. Omnium enim clauſorum maris animalium atq; concharum incrementa lunæ membra turgeſcunt, defectu euacuantur. Nam luna cum in augmēto fuerit, auget humorem, & cum in defectum uenerit, humores minuuntur. Conchæ autem primæ poſitionis nomen eſt, Cochleæ uero per diminutionem, quaſi conchulæ. Concharum multa genera ſūt: inter quas & margaritæ, quæ celee eſſe dicuntur. Fulgentius in libro mithologiarum. Concha marina toto corpore ſimul aperto miſcetur in coitum, ſicut Iuba refert in Phiſiologis. Haly. Sadephum id eſt concha marina melius eſt album.

OPERATIONES.

Raſi in Almanſore. Conchæ marinæ aduſtæ abradendo purgant dentes. 1

Ex non aduſtis aut attritis emplaſtrum factum aduſtionem ignis ſanat. 2

CAPVT. 21.

COchlea. Plin.lib. 9. Cochleæ aquatiles terreſtreſq; ſunt, exerentes ſe domicilio, binaq; ceu cornua protendētes cōtrahēteſq;, oculis carent, ideoq; corniculis earū prętentant iter.

OPERATIONES.

1 Idem in lib.30. Cochlearum cibus ſtomacho eſt utilis, ſed in aqua oportet eas in tactu earum corpore ſubferueſieri, mox ī pruna torreri, & e uino garo q; ſumi: laudatiſſimæ ſūt Affricanæ, & ex inſulis Ca
2 prearum. Idem in lib.32. Ictibus ſcorpionum carnes fluuialium cochlearum reſi
3 ſtunt crudæ uel coctæ. Quidam ob id ſalſas quoq; obſeruant, & imponunt ipſis plagis precipiunt & cochleæ crudæ carnem tritam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta.

CAPVT. 22.

COnger Coretz & coruus marinus. Ex lib. de natur. rerum. Conger eſt piſcis marinus, ut murena longus, ſed corpore multo maior. Hic uento flante uehemēti impinguatur, & eius carnes dulciſſimæ ſunt ad edēdum. Cum murena cęteriſq; piſcibus inimicitias habet, & intantum robuſtus eſt, ut polypum fortitudine dentium laceret. Plin.lib.9. Conger eſt piſcis longus ut anguilla uel murena, flexuoſo impulſu corporis, ita mari utens natando, ut ſerpēs terra repēdo. Cōger & murena mutuo odio flagrant, caudam inter ſe prerodentes. Cōgri menſibus hyemis iacent in ſpelūcis cōditi, nec capiuntur, niſi diebus ęſtatis. Pinneq; uice pedum datæ ſunt piſcibus binæ ſunt omnino longis ut anguillis & cōgris Polypum ſua rodore brachia falſa opinio eſt, id enim à congris euenit ei. Nam polypum lacerant congri. Polypum uero locuſta pauet, locuſtam conger in ſiccū repunt etiam congri.

OPERATIONES.

Eſculapius. Corez piſcis ē, qui tempo- 1
re pluuiæ in cauernis occultat ſe. Nam dū pluuia cadit ſuper eum & haurit eam, exçecatur & poſtea moritur. Iſidor. Cor- 2
uus marinus à cordis uoce dictus eſt, quia pectore grunnit, ſuaq; uoce proditus capitur. Iorath. Piſces qui dicūtur corui qn̄ 3
pullificant, uoce ſua produntur, quia ſemper gemitus uel grunnitus proferūt, & ſic capiuntur.

CAPVT. 23.



CRocodilus. Iſidorus. Crocodilus à croceo colore dictus eſt. Gignitur in Nilo. Et eſt animal quadrupes in terra, & in aqs ualens, lōgitudine plerūq; cubitorum. 20. dentium & unguium immanitate armatum, tantaq; cutis duricia, ut q̄uis fortium ictibus lapidum tergo repercuſſus ſit, non ſentiat: nocte in aquis, die humi quieſcit. Oua in terra fouet. Maſculus & femina uices

na uices ſeruant,hunc quidam piſces ſerra
tam habentes criſtam tenera uentrium dē
ſecantes interimunt.Solus ex animalibus
ſuperiorem maxillam mouere dicitur.

Ex lib.de natu.rer. Crocodilus lingua
caret,os patulum & apertum habet, & hia
tum uſq; ad aures, per diem in terra quie-
ſcit adeo immobiliter, ut niſi conſuetudi
nem eius precognoſcas, mortuum illū cre
das Oculis clauſis dormire ſe ſimilat, &
aues hiatu ſuo papuli gratia inuitat, quaſi
ad eſcam deſcendētes perimit & transglu
tit. Quidam hoc animal ſicut urſam ſem-
per creſcere crediderunt.Circa Nili ripas
habitat in inſula:gēs hominum parua qui
dem,ſed animoſa,his beluis inimica. Soli
enim innatare flumen audent,in quo cro-
codili habitant, ſaliunt q; ſupra dorſa eo-
rum & illos inquietant. Ariſtoteles.Cro-
codilus in aqua conuerſatur,non tamē re-
cipit aquam intra ſe,ſed aerem, & parit ex
tra:habet ſanguinem,duoſq; pedes maio-
res,& caudam,omniaq; talia ſunt fiſſi pe-
dis,multorumq; digitorum,et participant
inſtrumentum ſenſus in lingua preter cro
codilum.Hoc etiam animal non habet au
res,ſed foramina tantum,quæ ſunt uiæ au
ditus nec habet mammillas,nec teſticulos
nec uirgam apparētem extra,ſed intra,nec
habet pilos, ſed per totum corpus eſt corīj
ſquamoſi.Habetq; dentes magnos & acu
tos & diſtinctos, habet etiam oculos ſimi
les porcorum,et habet culmos.In aqua qui
dem debiliter uidet,quia ſpiſſior eſt aere.
Maior eſt eius māſio in die ſuper terram,
& nocte ī aqua:quoniam aqua calidior eſt
de nocte,q̄ aer extra. Trochilos auis os
eius apertum intrat, & eius dentes mūdifi
cat:illorumq; ſordibus ſe cibat. Crocodi-
lus autem in hoc ſentiens iuuamen nō no
cet eis, ſed cum uult eas extrahere, mouet
collum,nec eas comedit.

OPERATIONES

1 Pli.lib.28.Crocodilum generi,cuius ui
ta eſt in aqua & in terra communis dētes
e maxilla dextra,dextro lacerto ad alliga-
2 ti,coitus ſtimulare dicūtur. Lapillos eti
am in uētre illius exemptos, aduerſus hor
rores febrium uenientes expellere tradūt
Et ob hoc Aegyptīj ſuos egros ipſius 3
adipe perungunt. Dioſcor. Fimus cro 4
codili terreni collectus, & ſuccus adhibi-
tus,gratum uultum ac niueum facit, maxi
me ſi albus ac lenis fuerit, & in aquam miſ
ſus,cito ſe ſoluerit. Auicē.in.2.li. Ster- 5
cus crocodili ualet albugini oculi.

CAPVT. 24.

DRaco marin⁹. Ex li.de nat. rer.

Draco marin⁹ eſt monſtrū crudelitate horridū iſtar dracōis terreſtris ī longitu
dine extenditur,alis caret. Caudam habet
tortuoſam,caput ſecundum magnitudinē
corporis paruum, ſed hiatum oris horri-
dum,ſquamas & cutem duras, pinnam au
tem habet pro alis,quibus utitur in natan-
do,uno impetu magna maris ſpacia tranſ
currit, & hoc potius robore uirium q̄ re-
migījs pinnarum. Peſtifer eſt hominibus
& etiam piſcibus morſus eius,mortem eñ
infert. Iſido.Draco marinus eſt in bran
chījs aculeos habet ad caudam ſpectantes.
Qui dum percuſſerit, quocūq; ferit uene-
num fundit,unde & uo catus eſt.

OPERATIONES.

Plinius libro.9.Draco marinus captus 1
& immiſſus in arenam, cauernam ſibi rō-
ſtro mira celeritate excauat.

Idem libro.27. Abſinthium aduerſa- 2
tur draconi marino.

Idem libro triceſimoſecundo. Carnes 3
etiam ſtellæ maxime ualet contra marini
draconis ictus impoſitæ.

Imponuntur quoq; contra eum ſalſa- 4
menta ex aceto.

5 Item draco marinus ad ſpinæ ſuæ qua ferit, ueuenum, ipſe prodeſt impoſitus.

6 Auicēna in.4.canone. Morſus draconis marini, ſimiliūꝗ magni corporis ſerpentium, curatur in quantum eſt ulcus tātum, non inquantum eſt uenenum de quo ſit curandum.

7 Draconis quidē marini morſus (ut dixerunt) liniatur cum ſulphure & aceto.

8 Conferunt ei adipes crocodili emplaſtratus & plumbum fricatū ſuper ipſum.

9 Idem in ſecūdo. Draco marinus, ut ait Galenus, finditur & ponitur ſuper morſū ſuum & confert.

10 Succus etiam abſinthij cōfert eius mor
11 ſui. Stanni quoꝗ ceruſa, confert ſuper puncturam eius confricata.

CAPVT. 25.

DElphinus. Autor. Delphinus frat hominis dicitur, qa moribus humanis quodam modo aſſimilatur Ex libro de natur. rerū. Delphinis pro uoce gemitus eſt, humano ſimilis, & hoc quia pulmonem habent & uenam aſperam, & eorum lingua non eſt abſoluta, nec eorum labia prouenīunt uel prominent ad diſtinguendam uocem. Aures non habent, ſed aurium loco foramen. Horum autem olfactus ne ueſtigia quidem habet, cum tamē ſagaciſſime olfaciunt: dormiūt ſuper aquas, ut poſſint audiri ſtertere, uiuunt uſꝗ ad annos.140. Mulcentur muſica, unde Arionem cytharistam in mari nautis interficere parantibus, obtinuit ab illis ut prius cythara caneret, ad cuius cantum delphinorum gregibus congregatis, cum in mare ſe proieciſſet ab uno exceptus eſt, & ad littus proiectus. Solus delphinus (ut dicit Ariſtotel.) inter piſces felle caret. Ariſtoteles. Delphinus ualde diligit filios ſuos, & ideo lōgo tempore paſcit eos. Solus inter piſces animal completum generat, & habet mā millas lactatꝗ fœtus. Idem. Mortuo deniꝗ delphino, cęteri delphini concurrunt, ipſumꝗ circumdantes in profunda deferunt atꝗ ſepeliunt, ne à piſcibus comedať.

Idem. Delphini parui ſemper ſimul ſūt tanꝗ greges, & habent duos magnos delphinos cuſtodes: ꝙ ſi quis eorum mortuus fuerit, alij ſuper ſcapulas eum efferunt, ipſumꝗ cuſtodiūt, ne ab alijs piſcibus comedatur, donec tempeſtate maris ad littus eijciatur. Inuicem enim ſe miro modo diligunt. Vnde (Plinio teſtante) narratur ꝙ Delphino capto à rege Carie: conuenit ingens multitudo reliquorum ad portū, ubi Delphinus ligatus tenebatur, quibus plangentibus: & quaſi miſerationem poſcentib, rex eum dimitti pręcepit.

Phiſiologus. Delphini oculos habent in dorſo, & ora in parte oppoſita, unde nō bene prędam ſuam capiunt propter diſtortionem oris à parte oculorum. Hinc eſt ꝙ ora ſua conuertunt ad celum, & dorſum oculoſꝗ ad terram, ut prędam ſuam cōſequantur. Imminente tempeſtate ludūt apparentes in undarum ſuperficie. Subſidium uero naufragantibus exhibuiſſe dicūtur. Feruntur etiam plorare quando capiuntur.

OPERATIONES.

Plinius li.32. Delphini cinis ex aqua illi 1
tus, lichenas & lepras ſanat. Porro exulcerationem ſequi debet curatio, quæ ꝑduci ad cicatricem.
Quidam uero delphi 2
num in fictili donec pinguedo ſimilis oleo fluat ponunt, uel coquunt ac perungūt.
Circumitus autem febrium tollit Del 3
phini iecur ante acceſſionem guſtatum.
Adeps Delphini liquatus, & cum uino 4
potus, hydropicis medetur.
Gingiuis autem atꝗ denticionibus plu 5
rimum confert, dentium delphini cinis cū melle: & ſi dente ipſo tangantur gingiuæ.
Idem. Ad alligatus pauores tollit repen 6
tinos.

CAPVT. 26.



DEntrix & Dies. Ex li. de natur. rerum. Dētrix alias dētix uel pagrus, à re nomē habet, q̄a dētes habet magnos, multos ac duros, quibus graſſatur in oſtreas & piſces innocuos. Autor. Nota ergo ꝙ dentix idem eſt quod pagrus, de quo etiam loco ſuo dicetur inferius.

Ex libro ut ſupra. Dies eſt piſcis marinus, ut dicit Ariſtot. ſic dictus, quia poſt ꝑfectionem ſuam non uiuit, niſi per unam diem. Habet tamen alas duas, & duos pedes, & ſanguine caret. Hoc idem dicit Albertus in libro ſuo de naturis animalium.

CAPVT. 27.



ERachoides, Exochinus et Ericius. Albertus in lib. de natu. animalium. Erachoides (ut dicit Theophraſtꝰ) piſces ſūt in ponto circa Erachā morātes. Hic piſcis multum ſequitur aquam dulcem, ita ꝙ terram incidens de aqua tranſit ad aquam. Et aliquando in cauernis latitat, ubi amnes ſub terra confluere inuenerit.

In li. ut ſupra. Exochinus piſcis eſt Archadiæ (ut dicit Plini.) uel potius aquaticum, & ꝙ propter ſomnum de aqua exijt ad ſiccum, nec uiuere poteſt ſine ſomno.

In eodem libro ut ſupra. Ericius eſt piſcis maris, habēs caput & os inferius, & exitum ſuperfluitatum ſuperius, contra aliorum diſpoſitiōem animalium, ſuis ſpinis utitur loco pedū, & cęteris piſcibus eſt horrori. Et ſicut dicit Plini. habet carnes rubeas, ſicut minium.

CAPVT. 28.



ELcus & Expoſita. Elcus eſt uitulus marinus, de quo in pręhabitis libris multa diximꝰ. Habet autem pellē piloſam, albis nigriſq; maculis diſtinctam. Hoc animal parit in terra & lactando mammis nutrit uitulos, nec añ. 12. dies ducit eos ad mare, & difficulter interficitur, niſi ictus in caput in locū cerebri uibretur. In ſomno ita alte ſtertit, ꝙ ſtertio mugitus eſſe uidetur. Grauiſſimo enim ſomno inter oīa deprimitur animalia, unde pinnæ eius dextræ quibus ad natandum utitur, dicuntur eſſe ſomniferæ ſi temporibus hominis ſupra ponātur. Huius anīalis pili in corio excoriato ubicūq; fuerint, compoſitione & erectione indicant fluxum & refluxum maris. Et hoc faciunt coria etiam aliorum marinorum, quæ piloſa ſunt.

In libro ut ſupra. Expoſita, ut dicit Plinius, beſtia eſt in maris illa parte, quæ Iudeam & Ioppen attingit, aliquando inuēta, quæ multos & latiſſimos habet dentes & pinguedinem, et eſt de genere cetorum.

CAPVT. 29.

Eceola. Iſido, Eceola dicitur concha margaritifera in cuius carne p̃ciosus calculus ſolidatur. De his em̃ tradunt hi, q de animãtiũ naturis ſcripſerunt, ꝙ nocturno tẽpore littora appetunt, & ex cœleſti rore margaritã cõcipiunt, unde & eceolæ nomiantur. Solinus. Conchæ certo tempore anni luxuriante cõceptu faciunt rorem uelut maritũ. Cuius deſyderio hyant, & cũ maxime linquitur imber lunaris: oſcitatione quidam hauriunt humorem cupitum.

OPERATIONES.

1 Sic ergo cõcipiũt: grauidæq; fiũt, & de
ſaginæ qualitate, redit habitus uniõis. Nã
ſi clarum fuerit q̃d acceperũt, candicãt or
2 biculi. Si uero turbidum, aut pallore lã
guẽt, aut rufo innubilãtur. Ita de cœlo ma
3 gis q̃ de mari partus habent. Itẽ gregã
tim natãt, & q̃ magis inter illas exp̃ta eſt,
gregem ducit, quæ ſi capta fuerit cęteræ
diffugiunt.

CAPVT. 30.

Equus marinus, Eq̃nilus & Equus fluminis. Iſi, Equi marini uocati ſunt eo ꝙ pria parte eq ſunt poſtrema uero ſoluuntur in piſcem.

OPERATIONES.

Ex li. de na. re. Equus marinus eſt mõ 1
ſtrum fortiſſimũ, nihil extra aquã poteſt:
(ut dicit Ariſt.) ſed ſtatim ut aquarum ca
ruerit natura, carebit et uita. Aliorũ piſci 2
um carnibus uiuit. In pugna crudelis ẽ, ſed
hominem timet, & contra eum patiri bella
formidat. Idem. Equonilus ut dicit Mi 3
chael, Monſtrum eſt ingens ac fortiſſimũ
in Nilo habitãs. Crura pedes & ungu 4
es habet, ut crocodilus, ſed multo maiora.
Humanarum mortium cupidiſſimum eſt,
nam cum ei nauis in portu occurrerit, unũ
pedem in terra figens, altero nauem in an
teriori arripiens facilime ſcindit, uel incli
natam aliquando mergit. Vnde in lo 5
cis in quibus habitat immanis multitudo
hominum perditur per eum, ſed hoc malũ
rariſſime inuenitur. Nullis capi poteſt 6
inſtrumentis, niſi rehti ferreo, ex cathenis
apud Damaſcenos in hoc opus fabricatis
captum quo ꝙ malleis tantum ferreis occi
ditur. Pellis eius unius cubiti ſpiſſitudinẽ
habere dicitur, tantęq; eſſe duriciei, ut nul
lo iaculo & armatura penetrari poſſit.
Idem. Equus fluuialis, ut dicit Ariſt. eſt 7
monſtrum in Oriente, forma mirabili, ſub
limis faciei, crines habet ut equus, pedes
fiſſos & ſotulares ut uacca, caudam ut por
cus. Corium eius ualde groſſum eſt, in 8
teriora ut equi, magnitudo aſini, hinnit ut
equus, in terra & in aquis ęqualiter mane
re dicitur.

CAPVT. 31.

Ephimerion & ſcarus. Iorat Ephimerio piſcis eſt, qui ſine coitu naſcit̃, & cum per tres horas diei uixerit moritur.

Iſidorus.

Iſidor. Eſcarus dictus eſt, eo ꝙ ſalſus eſcam ruminare perhibetur. Tradunt aũt hunc ingenioſum eſſe, incluſum qppe naſſis non fronte erumpere, nec infeſtis uiminibus caput inſerere, ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores, & ita retrorſũ redire fertur. Quem luctatum eius ſi forte alius eſcarus intrinſecus uideat, apprehenſa mordicus cauda niſus erumpentis adiuuare dicitur.

OPERATIONES

Plin. lib. 9. Scaro principatus nunc datur, qui ſolus piſciũ ruminare dicitur, herbiſq; ueſci, non alijs piſcibus. Carpathio mari maxime frequẽs, promõtoriũ Troadis Lecton nunꝗ ſponte tranſit. Inde autem aduectos à Tiberio Claudio principe optatus Elipertus præfectus claſſis, inter Oſtieſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit quinquennio ferè cura ẽ adhibita, ut capti redderentur mari. Poſtea frequentes inueniuntur in littoribus Italiæ non ante ibi capti. Idẽ in lib. 11. Omnibus piſcibus ſunt dentes ſerrati, præter ſcarum, cui ſcilicet uni aquatilium pleni: hic utitur prioribus pedibus, ut manibus cibos ori admouentibus.

CAPVT. 32.

ESCin⁹ Albe. in lib. de nat. animalium. Eſcinus eſt de genere cancrorum ſemipedalium, circa coronam ſunt candidi, aculeos quoſdam pro pedibus habentes, & ora in medio corpore, & ſũt colore quaſi uitrei, & penè in ſcorpionis effigie, loco dẽtium graues in ore habentes aculeos, oua faciũt quinq; numero, & ſunt amariſſima. Eſt autem uenenoſus nec comedi poteſt.

OPERATIONES.

Hic piſcis prænunciat tempeſtates, ſentiẽs enim materiã uentorũ eleuari, de fundo rapit lapidem ſtabiliens ſe ad ipſum, ſicut ad anchoram. Et cum hunc lapidẽ eſcinum trahere uident nautæ, etiam ipſi per anchoras figunt naues. Hic piſcis eſcinus quandoq; detinet nauem, ſubtus enim adhærens naui ducentorum uel amplius pedum cum omnibus ornamẽtis ſuis detinet eſcinus, contra quemlibet uẽtorum impulſum, ita ꝙ moueri nequit aere aliquo uel uiolentia.

CAPVT. 33.

ERiox, vel Erox. Alb. in lib. ut ſup. Erox piſcis eſt quem quidam lachſen uocãt quidã aũt magnum piſcẽ Danubij & quarundã aquarũ Danubij influentiũ, quem Vngari & Alemanni Huſonem uocant. Ille igitur qui lachſe uocantur, figuram & colorem habet ſalmonis, niſi ꝙ inferiorem mandibulam ad ſuperius habet recuruam, ſicut roſtrum aquilæ curuatum ad inferius, & tamen non eſt longior ꝙ ſuperior, foramine ad hoc parato in ſe recipit inferiorẽ. Carnem aũt habet non adeo rubeam neq; ita delectabilem, ſicut ſalmo. Huſo autem eſt piſcis nõ ſquamoſus, ĩ figura ſturiõis, ſed ẽ pellis albæ & lenis abſq; omĩ ſquama & ſpina. Et inuenit̃ in lõgitudine. 24. pedũ qñ perfectus eſt, & minor inuenitur ſecũdũ ꝙ ætate deficit. Nullũ os penitus habet in capite loco ſpinæ dorſi cartillago eſt, ꝙ foramen habet magnum uacuum, ſicut terebello ſit ꝑforatũ, à capite uſq; ad caudã.

Et

Et non ſunt ſpinæ in corpore eius aliquæ, ſed pinnæ eius coniungũtur cartillagini. Caro eius ẽ in ſapore carnis uituli in dorſo. In uentre eſt in ſapore carnis porcini, et habet adipem intermixtum pinguedini ſicut porcus. Hunc piſcem ſturio confricãdo ſe ad eum agitat, ita ꝙ ſępe ſimul capiantur, nec in alijs aquis inuenitur niſi ĩ his que dictæ ſunt.

CAPVT. 34.



Echineis uel Echinus. Iſid. Echineis paruus et ſemipedalis piſciculus, nomen ſumpſit ex eo ꝙ nauem adhęrendo retinet Ruant licet uenti, ſęuiant procellæ, nauis tamen radicate ĩ mare ſtare uidetur, nec moueri, nõ retinendo ſed tantummodo ad hęrendo. Hunc latini re moram appellauerunt, eo ꝙ cogat ſtare nauigia ipſa.

Plinius lib. 32. Heu uanitas humana, cũ roſtra illa nauium ęre ferro ꝗ ad ictus armata, ſemipedalis piſciculis inhibere poſſit, ac tenere deuincta. Ferũ Actiaco Marte tenuiſſe pretoriam nauem Anthonij ꝓperantis circumire & exhortari ſuos donec transiret in aliam. Ideo ꝗ Ceſariana claſſis impetu maiore protinus eum ptrãſijt. Tenuit etiã nauem Cai principis. Quidam ꝗ exilientes de naui inuenerũt gubernaculo adherentem piſciculam, oſtenderunt Caio, indignanti hoc fuiſſe quod retineret ipſum, cum quadringentorum inncederet obſequio remigũ. Qui cum eum poſtea uiderũt, limaci magnæ ſimilem dixerunt. Idem lib. 9. Hunc arbitratur Ariſtoteles pedes habere, ita poſita pinnarum ſimilitudine. Ariſtoteles. Piſcis paruus in mari prohibet nauem recedere potẽtia naturali, pluresꝗ homĩes ipſo utũtur in multos ad odium & amorem. Pinnæ illius aſſimilãtur pedibus: nam remora pedes non habet.

Ambroſius. Echinus eſt animal in mari exiguum, uile, & deſpicabile. Hic tamẽ cum uentorum procellam prçſenſerit, calculum ualidum arripit, eumꝗ uelut ſaburram uehit, & tanꝗ anchoram trahit, ne excutiatur à fluctibus: ſicꝗ qui non poteſt ſe ſuis uiribus liberare, alieno regitur põdere. Quo indicio etiam nautæ uelut ſignũ futuræ perturbatiõis capeſſunt, & ſibi prę cauent ne hos imperitos turbo inueniat. Maximas quoꝗ naues plenis currẽtes uelis ĩ medijs fluctibus quaſi radicatas ſiſtit: nec ſine munere creatoris tãtum ei poteſt ſuppetere uirtutis.

Ex libro de naturis rerum. Echinus eſt piſciculus pinnas habẽs pro pedibus ſicut cancer, alas autem ſub uẽtre quæ pedibus aſſimilantur, in ore uero dẽtium loco graues aculeos. Hoc autem ſupra modum mirabile eſt, ꝙ cum ſit ſemipedalis nõ ulla uiolentia, ſed adhęſione tantum nauem ducentorum pedum cum ſuis intus ponderibus retinet ita, ꝙ nec ad punctum moueri ualet. Nec eſt alia ratio ĩ tam ſtupẽdo prodigio, niſi ꝙ deus in creaturis prędicetur mirabilis. Piſcis iſte comedi nõ poteſt: qa hominem à ſtatu diſpoſitionis ſue diſſoluendo mortem infert.

OPERATIONES.

Dioſc. Echini marini ſapor euſtomachus eſt, uentrem mollit, & diaforeticus eſt. 1

Huiuſmodi coriũ crudum miſcetur utiliter medicaminibus aut ſcabijs. 2

Combuſtum uero ſordida uulnera purgat, creſcẽtia quoꝗ uulnera reſidere facit, 3

Plin. lib. 22. Echeneis uel echinus grauidis adalligatus uſꝗ ad maturitatem, cõtinet lubricos partus, ideoꝗ aſſeruatur ſale. Idem quoꝗ piſcis uentrem inhibet, 4 5 propterea contra dorycinum echini maxime proſunt. Et his qui carpathi ſuccum biberint, precipue eius iure ſumpto.

Idem etiã ex aceto epinyctidas tollũt. 6

Echini cum ſpinis ſuis cõtuſi, & è uino potati calculos tollunt, & alias in cibo ad 7

hoc

8 hocproficiũt. Echinorum teſtæ contu-
ſæ ex aqua illitæ incipientibus panis reſi-
9 ſtunt. Echini quoq; uiuentes uſti & in
uino dulci potati profluuia ſiſtunt.
10 Echini cinis cum carnibus ſuis cremati
cum oleo alopetias replet.

CAPVT. 35.



Ezox. Ex libro de natu. rerum Ezox eſt piſcis danubij maximꝰ, ita ut uix in biga trahi poſſit ab equis tribꝰ aut quatuor. Vnũ habet inteſtinum, oſſa pauca & parua in corpore, cartilaginoſa potius ꝙ ſolida, ſed in capite fertur multa habere oſſa. Carnes uero fertur habere dulciſſimas, guſtu uel ſpecie carnibus porci ſimillimas. Per omne corpus lenis eſt, nec aliquid aſperitatis in corpore uel in interioribus habet: ſed eſt mitiſſimus ac timoroſus, quippe qui nec à minimo piſciculo ſe defendere poteſt, ſed ſtatim agitatur ad fugam. Hinc ſturio libẽtiſſime iocandi gratia ſe affricat, quẽ ezox ſtatim ut ſentit, ad latibula fugit, quæ ſibi ſolet ad tutamẽ in littoribus effodere. Sed quandoq; ſturio importunus eijcit latitantem, ſequiturq; fugientem: & quia magni ſunt ambo, nec etiam in ualidiſſimis aquis latere poſſunt diſcurrẽdo & ante ſe aquas agitando, ſepe ſimul a piſcantibus capiũtur. Piſcis iſte captus uino fortiſſimo uel lacte potatur, quia uino inebriatus uiuere poteſt pluribus diebus, ut ad remotas terras cibi gratia deferatur. Bibit autem uini ſextaria quatuor anteꝙ inebrietur.

CAPVT. 36.

Elchꝰ phoca & Galata. Iſidorus. Felchus qui & uitulus marinus appellatur, cutẽ habet piloſam, albis nigriſq; maculis diſtinctam. In terra pecudum more parit, & nũꝙ geminis plures educat, fœtus etiam lactat mammis, nec añ. 12. diem in mare deducit: his in ſono mugitus eſt. Nullum animal grauiori ſomno ꝑmitur, unde dextris pinnis quibus utũtur in mari, uim ſomniferam eſſe dicunt, ſi cuiuſq; capiti ſubdantur. Difficulter autem niſi capite eliſo interficiuntur. De hoc etiam animali illud mirabile fertur, ꝙ eo mortuo & excoriato pilus in pelle, ubicũq; fuerit, naturali quodam inſtictu prout mare ſe habet ita ſe gerit, nam ſi in mare turbatum in fluctus ſurrexerit, & pilus ſimiliter erectus exurgit: ſi uero mare pacificatum fuerit, pilus in planũ ſternitur: ſicq; maris ſtatus in re inſenſata & morticina deprehenditur.

Iſid. Phocas dicũt eſſe boues marinos Ex lib. de natu. re. Phoca eſt bos marinus, animal ſcilicet in ſuo genere fortiſſimum, animoſum, iracundum non tãtum ad alia animantia, ſed etiam ad ſua domeſtica. Sẽper enim cum femina ſua pugnat donec eã interficiat, interfectam autem à loco eijcit, & aliam ſuperducit, nec ſicceſſat eas feminas ſuperducere, donec eum contingat propria morte defungi, uel à femina ſua ſuperatum interimi: nec mutat locum ſuum de facili, ſed illic ſemper manet, ubi eũ natura condiderit: huius pernicie emuli filij rapina uiuunt.

OPERATIONES.

Dioſcor. Coagulus phocæ marinæ uir- 1
tutem habet caſtoreo ſimilem.

2 Epilenticis prodeſt. Mulierum quoq; ſtericis id eſt prefocationibus matricis bibitum ualet.

3 Probatur autem an uerum de phoca ſit coagulus, ſi coagulus agni ſolutus in aq̄m una hora dimittatur, nec ſe digerat & poſt hęc aqua ipſa coagulus phocæ perfundat̃, nam ſi ea accepta ſoluatur, uerus non eſt, uerus enim accepta aqua non ſe ſoluit.

4 Ex libro de naturis rerum. Galata extra morem om̄ium animalium cum fœtus in aluo ſuo uiuere ſenſerit, illos extrahit. Et ſiquidem eos ad uitam maturos inuenerit foris relinquit. Sin autem non, eos in matricē ut foueantur, reponit.

CAPVT. 37.



FAſtaleon Faſtem & ficis. Ariſto. Faſtaleon ē genus piſcis, quod ſolum inter cętera genera genus ſuum nō comedit. Nam omnes piſces ſeſe comedunt, pręter faſtaleon.

Iorath in libro de animalibus. Faſtem piſcis eſt, qui cum in ore ſuo coartat aquam, fit ex eo dulcis, unde piſces minores ſequuntur illam in os ipſius, ille uero ſic eos capit atq; deglutit.

Plinius libro. 9. Ficis eſt piſcis, qui colorem ſuum mutat, reliquo tempore candida, uere autem uaria. Eadem ſola piſciū ex alga nidū facit, atq; in ipſo nido parit.

CAPVT. 38.



GLaucus, Capitatꝰ, & Carpera. Ex li. de nat. re. Glaucus, auerſus mordet hamos inescatos, nec eos deuorat, ſed ſpoliat. In lib. ut ſupra. Capitatus eſt piſcis admodū paruus, habēs corpus prope ad reliqui corporis magnitudinem, os quoq; rotundū & amplum. Hic in fluuijs habitans, libenter ſub lapidibus & inter ſaxa delitescit. In eodē lib. Carpera piſcis eſt quaſi ſquamus aureis in lacis uel fluuijs, ſic dicta, quaſi q̄ carpens parit: cum enim oua in uentre ad pariendum apta dictante natura pręſenſerit, marem ſuū odit & ore innuit pulſu leni, ut adiuuet parituram: tunc ille loco ſeminis lac emittit, quod illa ſuſcipiens ore ſtatim oua parit in ſobolē profutura. Nā oua parere nequit, niſi prius ore ſemen receperit. Semen autem cum receptū fuerit, non ſolum iuuare uidetur, ſed etiā ad oua concipienda & formāda: unde ſoboles in anno futuro ſperatur. Semini carperę nō nunq; in anno primo natiuitatis niger uermiculus quidam poſt aurem ſuam tabificus innaſcitur, & hoc ſepius poſt Auguſtum, eaq; tabe moritur.

OPERATIONES.

Remedium eius eſt aqua dulcis & fluui 1
alis. Huius ſoboles paucis aquis prouenit ſi in ſingulis foſſis decem cubitorum recēter factis ponantur ſingulæ carperæ cum paribus ſuis ante partum proxime.

Opinio uulgi eſt earum ſic ſobolem ꝑ 2
uenire, ſed poſtq; peperit, eximuntur. Soboles quoq; trium uel quattuor menſium tempore roborata, foſſis reiecta reponitur ubi habet creſcere cum perfectis.

Habet hic piſcis aſtutias multas, ut rhe 3
ti capien

ti capiendus euadat. Cũ enim rhete intra=
uerit,circumiens foramẽ quęrit. Quod ſi
non inuenerit,ſaltare nititur in auras libe
ras ſuper rhete,ut extra cadat.
4 Aliquando ſub rheti refugium quęrit,
aliquando herbam ore tenet in fundo aq̃,
5 ut rhete ſuperueniens elidatur. Aliquã
do etiam à ſuperis ueniẽs cum impetu ca=
put in limo fortius figit,ut ſcilicet rhete ꝑ
caudam tranſitus captione fruſtretur.
6 Huius cerebrũ ad augmẽtum & decre=
mentum lunæ creſcere uel decreſcere dici
7 tur. Et licet hoc ſit in omni piſce,in hoc
tamẽ magis:ſicut inter quadrupedia in lu
po ſcilicet & cane.

CAPVT. 39.



Gardꝰ Gladius & Glaucus. Actor. Gardus piſcis eſt fluuialis, gratiſſimi ſaporis, uẽdeſiæ ſimilis, ſed ꝑ ruborem oculorũ ab ea diſcernitur, uterq; autem mediocris quantitatis eſt.

Iſidorus. Gladius dictus eſt eo ꝙ roſtro mucronato ſit, & ob hoc naues perfoſſas mergit.

Ariſtot. Haſtarios alias haraſtos id eſt gladius marinus eſt ſimilis ſcorpioni, & ęqualis araneæ, & inducit magnum dolorem piſcibus,ideoq; ſaliunt multotiens. Nam & delphinus propter dolorem ſalit, quia ſub pinna pungitur eius aculeo,q gladius uocatur.

OPERATIONES.

1 Plin. li. 9. Eſt paruum animal ſcorpiõis
effigie,aranei magnitudine,hoc ſe & thin
no & ei qui uocatur gladius, cerebro del=
phini magnitudinem excedenti,ſub pin=
na aculeo affigit,tãtoq; dolore infeſtat, ut
in naues ſępe numero exiliant.
Iſidorus. Glaucus à colore dictus ẽ, eo 2
ꝙ ſit albus. Gręci enim album glaucõ di=
cũt. Hic ęſtate raro apparet niſi in nubilo.
Pli. ubi ſupra. Quidam ẽm piſces eſta= 3
te impatientes ſexagenis diebus medijs la
tent feruoribus,ut glaucus & azellus.
Ariſtot. Quidã etenim piſces in cauer= 4
nis manent in ęſtate ſicut glaucus per ſexa
ginta dies, ac deprehenditur poſt aſcẽſio
nem canis.

CAPVT. 40.



Gobio, et granus. Actor. Gobio ẽ piſciculus fluuialis albus, ſed nigris maculis reſperſus, quẽ quidam dixerunt ueſci cadaueribus, ſed à piſcatoribus deprehenditur hoc eſſe fabuloſum, qui potius dicuntur in aqua liquidiſſima conuerſari,& pabulo nutriri. In cibum tamen uiles ac deſpicabiles reputantur, quia aquoſi & minime ſolidi.

OPERATIONES

Ex libro de naturis rerum. Gobio piſci 1
culus eſt forma rotũda, ſquamis paruis ar
gento ſimilibus,hic ubi aquas arenoſas la
pillulis in nutrimentum habet, accomoda
tiorem utiq; cibum prebet.
Idem. Granus eſt piſcis marinus,q con 2
tra naturam omnium animaliũ unũ ocu=
lum in ſummo capitis habet,quo ſuperin=
tendens ſemper inſidias cauet.

CAPVT. 41.



GAmanem & Gonger Albe. in libro de nat. animal. Gamanem animal dicūt fluuiale cuius femina uagabundæ diſcurrens, non ſolitatur ſed negligit partū. Mas autem ſtat circa eos quos femina preneglexerit: & ędificat etiam in gyro circa eos lignis, ne pateat aditus inimicis piſcibus. Et tunc aliquando extra aquam uociferatur fortiter, ut aduerſantia ſibi terreantur animalia, & ſi in tali ſolicitudīe cadit in rhetia zelo defendendæ prolis, mordens rhetia erumpit, non tā fortitudine ꝙ animoſitate. In eodem lib. Gonger (ut dicit Pli.) eſt piſcis magnus atq; robuſtus, q inimicitias & bella habet cum murena & polypo & alijs piſcibus, & intantum fortiter, ꝙ polypum laceret dentibus ſuis.

CAPVT. 42.



HAlec. Ex lib. de naturis rer. Halec ē piſcis marin⁹ admodū paruus in Occiduo mari, qđ mediterraneum eſt inter maiorem Britaniā & Germaniam. Cūq; unū quodq; fere genus piſcium marinorum habeat tempus ſuum in quo ſolo ſit bonū, ſcilicet ab Auguſto uſq; ad Decembrē, qui cū recens captus fuerit, delicatiorem cibum prębet. Salſus aūt in uſum hominū ultra ꝙ alij piſces ſanus durare poteſt, omniū quoq; fere piſciū ſolus aqua uiuit tantū, nec niſi in aqua uiuere poteſt. Nam ſtatim ut aeris ſerena contigerit, expirat: nec ulla mora eſt inter contactum aeris & expirationē. Oculi eius inſtar luminis de nocte lucēt in mari, ſed horum uirtus cum ipſa piſce morit̄, ubicūq; ſuper aquas in mari lumē uidēt gregatim, adnatāt. Et hoc actutū ad rhetia dictis temporibus alliciunt̄, quaſi parati ad capiendum diuino munere ī uſus hominū deducuntur Hybernis aūt temporibus ſecretæ mari uſq; ad tēpus debitū abſconduntur, & hoc circa Germaniam. Iſid. Halec piſcis eſt ad liquorē ſalſamentorum idoneus, unde & nuncupatus. Autor. Fertur autē halecem ex puro aquæ elemento uiuere, ſicut Salamandra ex igne.

OPERATIONES.

Plin. lib. 39. Halece, ſcabies pectoris ſa 1
natur infuſa per cutē inciſam. Et cōtra 2
canis morſus, draconiſq; marini prodeſt.

CAPVT. 43.



HAmia & hyrundo. Iſidorus. Hamio piſcis eſt ſaxatilis, dextra ſiniſtraq; lateribus uirgis puniceis perpetuis alijſq; diſcoloribus deſignatur, & dictus eſt hamio, quia non capitur niſi hamo.

Plinius ubi ſupra. Hamiam uocant piſcem, cuius incremētum diebus ſingulis intelligitur, cum thinnis hæc & pelamides in Pontum intrant gregatim ad dulciora pabula cum ſuis quęq; ducibus.

OPERATIONES.

1 Ex libro de nat. rer. Hamia eſt piſcis ſaxatilis, ut ait Iſido. & gerit lapidem interius, hic admodum ſpecioſus eſt, habens in utroq; latere quaſi uirgulas perpetuo colore puniceas, reliquo uero corpore diuerſis quidē & gratis coloribus, totus in modum panni ſerici uariatus.

2 Hyrūdo maris ſimilis eſt aui huius nominis, hęc ad modū loliginis in aqua manet ut piſcis, & alas habens ad amena eleuatur etheris.

CAPVT. 44.



KAlaos karkora & kiloch. Iſido. Kalaos ē piſcis maris ſpecie multiformis, pluuiaq; cęteris piſcibus ad uitæ remedium & impinguationis iuuamē eſſe ſolet, huic p exitio datur. Nam ſi multa pluuia fuerit, oculis cęcatur, ac per conſequēs cum cibū quęrere non poſſit, fame moritur.

Idem. Karkora uero eſt piſcis, qui poſtq̄ deprehenditur multo uiuit tempore, & cibat ſe ex ſe, quia ſuper eius inteſtina eſt nidior aqua.

OPERATIONES.

1 Idem. Kiloch eſt piſcis marinus in teſta multum aſpera latens, cuius orificium eſt in medio corporis. Sētit autem quicquid ei appropinquat, & applicatur lapidibus cum ſuis pedibus poſterioribus. Anterioribus autē, quibus pro manibus utitur, quicquid per eum tranſit, quod nequaquā uincere ſe poſſe credit: tumeſcit, ſeq; contrahit, & adhęret fortius lapidi cui applicat.

CAPVT. 45.



KArabo et kylone. Iſidorus. Karabo ſtercore uiuit & luto, fœdaturq; cibo propter hoc: anial pōderoſum eſt, caudā habet latam, & ideo quando pugnat leuiter ſe uertit. Huius enim generis monſtra fortiſſime pugnant inter ſe uelut arietes muniūtq; ſe multitudine ſociorum aduerſæ partes, unde frequenter uiſi ſunt ambulare ſicut greges, adinuicemq; bella partiri. Fiūt autem in animalibus bella quatuor de cauſis, ſcilicet propter naturalem ſuperbiam, propter cibum, propter coitum, propter fœtum, ſicut gallina propter fœtum cum coruo pugnat, & anſer cum cornice.

OPERATIONES.

Ariſtot. Karabo ſicut & cancer ſanguinem non habet, durum habet extra, & molle intra: nec eſt nutribile illud durum, immo recipit ignem. 1
Accipit autem piſces ſicut cancer in profundo maris cū duobus labijs ſuis, eoſq; in duas partes diuidit, & ad os ſuum ducit. 2
karabo ex piſcibus dure carnis mouetur cum cauda ſua motu ueloci, ſicut motu alarum ſuarum. 3

Eſt autem genus quoddā ex quo generatur karabo, quod eſt bonæ carnis anteq̄ oua ponat, poſtea uero malæ. Hoc genus exuit ſpolium in uere ſicut ſerpens. Ita cācer & karabo ſenectutem exuunt, & quæ mollis teſtæ ſunt. 4
Marinū animal mollis teſtæ karabo coit & impregnat & malakye ſimiliter accidit. karabo & ſibi ſimile in genere ſcilicet aīal mollis teſtæ ouāt coitu. Similiter eſt generatio malakye, ut ſepia & ſibi ſimile. 5

Mareſq; karabo tantum cuſtodiūt oua, malakye autem ouat extra, et mas eijcit ſu 6

per feminas ſperma, ſicut mares piſciũ ſu-
7 per oua. Ex lib. de nat. re. Karabo ſecũ-
dum Ariſtotelem eſt piſcis qui quando ti-
met retrocedit, quãdo uero non timet am-
8 bulat ad interius naturaliter. In eodem
libro. Kylon eſt animal marinum quod
contra naturæ communis ordinem habet
epar in ſiniſtro, ſplen in dextro. Nam in oi
bus animalibus terræ magnis et paruis eſt
econuerſo.

CAPVT. 46.

Koky. Ariſtot. Koky eſt marinũ animal, habens dentes acutos, & etiam ponit unum ſuper alium ſic em̃ genus ſuum diuerſat a generibus piſcium, quia piſces habẽt quidem dentes acutos, & non eſt in eis anial duas habens acies dentium. Actor. Koky ipſe eſt felchus, de quo dictum ẽ paulo ſupra, idemq; uitulus marinus, de quo etiã dicetur infra.

OPERATIONES.

1 Ex libro de natur. rerum. Koky eſt ani-
mal in terra ſicut in mari manens, cartila-
ginoſum habet corpus ut ſepia, oſſaq; mi-
nus debito robuſta, ut præ infirmitate ali-
quando crurium uix ambulare poſſit, ſeq;
2 in pedibus ſuſtentare. Ambulatio ergo
ipſius eſt potius in uigore ſpiritus & leui-
tate corporis, q̃ ex uirtute. Dentes habet
acutos ualde, caudam paruam ut ceruus,
3 renes ut uacca. Venter eius ſanguine ca-
ret, quia duæ uenæ quæ ramificantur ſup
renes uſq; ad uentrem in eis non perueni-
4 unt. Cętera uero corporis membra ſan-
guinem habent.
5 Hoc animal habet quatuor pedes, et ha-
bet inflexiones digiti quinq; in utroq; pe-
de. Figuraq; pedis eſt ut cauda piſcis.
In aquis ſpirare non ualet, dormit autẽ 6
prope mare ſuper terram, ibiq; fœtus ſuos
parit duos uel tres. Tranſacto uero die 7
12. poſt partum, ſequitur fœtus matrem ſu-
am ad mare, & hoc multoties in die, ut aqs
marinis aſſueſcat. Hoc animal mammil-
las habet unde fœtus lactet. Vox eius eſt
ſicut tauri, maximeq; cum interficitur, dif-
ficulter autem interimi poteſt.

CAPVT. 47.

Leo marinus. Iſidorus. Leo marinus dictus eſt à ſimilitudine terreſtris.

OPERATIONES.

Ambroſius. Leo terribilis eſt in terris, 1
ſed dulcis in fluctibus. Eandem habet di-
ſpoſitionem & uirtutem ſicut in terra, qua
re tranſeo.

CAPVT. 48.

Lepus marinus. Iſid. Lepus à ſimilitudine leporini capitis nuncupatus ẽ. Plin. Venena dira non ceſſant in lepore, qui in Indico mari etiam tactu peſtilẽs, uomitum diſſolutionemq; ſtomachi protinus creat.

Idem

Idem in lib. 32. Lepus marinus uenenum
eſt in cibo uel potu datus. Nullum eſt ani-
mal quin eius tactu intereat, homo tactus
ab eo piſce, dolet & moritur, & lepus ſimi
liter ex eo tactus moritur. Sic uterq; alteri
uenenum eſt. In India non capi uiuentem
affirmant.

OPERATIONES.

1 Auicen. in. 2. cañ. Lepus marinus ē ani
mal oſtreatum, lutoſum, declinans aliquā
2 tulum ad rubedinem. Sanguis eius ca-
3 lidus eſt mundificans pannum. Caput
eius aduſtum, generat pilos in alopitia, p-
prie cum adipe urſi, & in tyria ualde.
4 Cum autem ex eo fit emplaſtrum ſicut
5 eſt, abradit crines & pilos. Itē abſtergit
uiſum, emplaſtri more ſuper poſitū, & ſi-
cut collyrium. Numeratur autē inter me-
dicinas uenenoſas, & interficit cum ulce-
6 ratione pulmonis. Plin. in lib. 32. Lepo
ris marini feminam ſi mulieres grauidæ
aſpexerint ſtomacho nauſeante, ſtatim
7 abortum faciunt. Remedio eſt mas ob
id induratus ſale, ut in brachialibus habea
8 tur. Lepus marinus uenenatus quidem
ē, ſed eius cinis in palpebris pilos inutiles
9 euulſus cohibet. Idem. Lepus ſtrumas
ſanat, ita ut celeriter remoueantur. E lepo
re quoq; marino recenti iubent quidā po
10 dagram fricari. Sāguis eius & ſel (ſi ne
catur in oleo) ualet contra carbunculos.
11 Auicen. in canone ut ſupra. Lepus ma-
rinus eſt uenenoſus, ſi de ipſo in potu dat̄,
accidunt conſtrictio anhelitus, & rubedo
oculorum, tuſſis ſicca, ſputum ſanguinis,
difficultas urinæ, urina uiolacea, & egeſti
o ſimiliter, uel dolor in ſtomacho, uomi-
tus ſuperfluus coleræ & ſanguinis, icteri-
cia, & anguſtia, ac dolor renum, ſudor fœ-
12 tidus, horror cibi. Et cū uidet æger piſ-
ces terretur ab eis, & inuenit ſaporem feti
di piſcis in ore ſuo, & in eructatione cum
ſalſedine. Plures autem qui ex eo euadūt,
13 in ptyſim cadunt. Confert autem eius
curationi lac caprinum, quod eſt iuuamē
14 tum ultimum. Lac quoq; aſininum, &
lac mulieris ex mammilla, & eius cancri
fluuialis, & ericius aſſatus, aut ſanguis ei-
us fortes autem medicinæ ſunt calamentū
fluuiale calidum, recens, & ſanguis anſe-
ris, & urina hominis antiqua, & cętera.
Signum ueræ ſanitatis eſt, quando ui- 15
dens piſces nō terretur ab eis, et comedit.
Cumq; cadit in ptyſim, curetur ptyſis.

CAPVT. 49.

LEuiathan & Ludolachra. Iſidorus. Leuiathā ſiue leuī, eſt piſcis ſerpentinus de q̃ ſcilicet ſupradictū eſt in tractatu de animalibus capit. 84. Iſidorus. Ludolachra eſt animal natura & forma mirabile, duas habēs alas in facie, duas in dorſo, quibus mira uelocitate nititur, quocunq; uoluntas eam impulerit.

CAPVT. 50.



LOligo. Iſidorus. Loligo ē monſtrū in quo natura luſiſ ſe uidet̄. Nam cute ſquamoſum cū gregibus piſcium maris profūda ſcrutat̄. Cum aūt aquas faſtidierit, leuat ſe cum alis pēnigeris, quas in hoc illi natura dedit ut cū uolucribus ęthera ſcādat. Sed quia flatus uentorum ſuſtinere non poteſt poſt modicū ubi uētis cōcutitur, ad aquas

redire cogitur, & in profūdam relabitur.

OPERATIONES.

1 Pli.li.9. Loligo eſt piſcis mollis ſangui
ne carens ſicut et ſepia. Caput habet etiam
ſicut & ſepia inter uentrem & pedes.
2 Sepiæ & loligini pedes duo ex his lon-
giſſimi ſunt & aſperi, quibus ad ora cibos
ad mouent, & in fluctibus ſe uelut ancho-
ris ſtabiliunt. Loligo etiam uolitat, extra
3 aquam ſe efferens. Sepia quidem in ter-
reno parit inter arūdines, ac in alto conſer
4 uata, oua edunt loligines. Item Loligi-
nes ſicut & ſepiæ coeūt linguis brachia in
ter ſe componentes, & in contrarium na-
5 tantes, ore quoqꝫ pariunt. Loligines eti
am in littore miræ magnitudinis ſunt, ſed
in mari noſtro quinqꝫ cubitorum, ſæpe bi
6 num, nec oſſa nec ſpinas habent. Idem
in lib.18. Loligo uolans ſignum eſt tempe
7 ſtatis. Iſidorus. Tradūt in oceano Mau
ritaniæ tātam multitudinem loliginū ex
8 aqua euolare, ut etiā naues demergere poſ
ſint. Phiſiolo. Loligo capitur aliquan-
do quinqꝫ cubitorū, caput habet inter pe-
des & uentrem, ultra duos annos raro eſt
9 eorum uita. Aliquod eorū genus aſper
rimum eſt, quæ pugnaturæ turmis ſe mu-
nientes ſtabiliunt.

CAPVT. 51.



Locuſta marina. Phiſiol. Locuſta marina iuxta Pliniū, quatuor habet cubitos in lōgitudine, hyeme leditur, autumno et uere pingueſcit & plenilunio magis. Ex lib. de nat. re. Locuſta fluuialis econtraria qꝫ locuſta campeſtris, pedes anteriores habet lōgiores: nec ruminat in anteriori parte ſicut anialia cetera, ſed ad poſterius, ſcilicet in extremo ſtomachi ſui cum dentibus in uentre ſibi herentibus.

OPERATIONES

Plin.li.9. Locuſtæ piſces cruſta fragili 1
muniuntur in eo genere, quod caret ſan-
guine, latent menſibus quinis. Similiter et
cancri, qui eodem tempore occultantur.
Et ambo ueris principio ſenectutem more
anguium exuunt, renouatiōe tergorum.
Ceterum in undis natant, locuſtæ reptan-
tium more fluitant. Si nullus ingruat me-
tus, recto meatu cornibus, quæ ſunt rotū-
ditate prepilata ad latera porrectis, & eiſ-
dem erectis in pauore, oblique in latera ꝓ
cedunt. Cornibus inter ſe dimicant.
Viuunt autē huiuſmodi locuſtæ in pe- 2
troſis locis. In Indico mari locuſtæ qua-
terna cubita implēt. Polypum intātum 3
locuſta pauet, ut ſi iuxta uiderit, omnino
moriatur. Locuſtam quoqꝫ conger inimi
cus lacerat & perimit.

CAPVT. 52.



Luciꝰ. Act. Lucius ē piſcis fluuialis, ore lato & dē tibus acutiſſimis, minorū piſciū deuorator, cui tamē ꝑca ſquamis & branchijs aſperrimis armata reſiſtit, ut non ei preualeat, nec dētibus eius preda fiat. Veſcitur autem lucius uenenoſis, ut buſonibus & huiuſmodi, & tamen infirmis dicitur eſſe in cibo ſanus. Si quando naſſa in qua iclu ſus fuerit, ex aqua leuata lucem diei uiderit, raro uel nunqꝫ accidit, ut poſtea diutius remaneat, ſed queſita ſibi uia euadit.

OPERATIONES.

Ex lib. de na. re. Lucius eſt piſcis qui & 1
lupus

lupus aquatilis appellat̃. Hic ſi fluuiales
aquas cibū q̃ ꝑ uita ſufficientē habuerit, ꝑ
ſucceſſus tēporū in lōgitudinē maximam
eualeſcit. Cibus eius ſunt piſces, et quicq̃d
ranarȩ more repit, piſcē ad magnitudinem
2 ꝓpe ſui comedit. Nā ubi uictū ſubege-
rit, caput primū ore deuorat, quo digeſto
paulatim addit ſeq̃ntia donec totū conſu
mat. Pari quoq; gn̄ris ſui parcere recuſat,
uel ob naturalē crudelitatē, uł quia auidus
eſt cibi, rapineq; impatiēs. Nā & propria
ſemina ꝑſequit̃ ubi piſcis formam ſuſce-
3 perint. Eſt aūt piſcis quidā, habēs acres
ſquamas & pinnulas acutas, quē ſi lupus
aquaticus ꝑ caput apphenderit cito tranſ
glutit. Si uero à parte caudæ nō poteſt, q̃ni
4 am in cōtrariū aſperari geſcūt. Lucius
in cerebro lapidē criſtallo ſimilē gerit, ſed
5 hoc cū ęuū in longū duxerit. Impregnat̃
hic piſcis ut dicit Ariſt. flante uento ſeptē
trionali, ſimiliter & piſces qui in lōgitudi
nē eualeſcūt, femina pregnās aquas aſcen
dit quāto poteſt remotius à loco ſuo in q̃
habitare conſueuit. Ibiq; oua parit, ut filij
ſui nō ſint ei impedimentū ꝑdæ. Et hoc ꝓ
pter crudelitatē naturalē, uel ꝓpter cibi ra
pineq; inuidiā. Alij dixerunt q̃ aſcēde
ret propter dulciorē aquā, q̃m aqua tanto
ſemper eſt dulcior, quāto fōti proximior.
Lucius tātæ auiditatis eſt, ut piſcē quē to-
tum quātitas eius deglutinare nō ſuſtinet
dimidiū incorporet.

CAPVT. 51.

LVpus marinus. Iſidor. Lupus à uelocitate appellat̃, in quo lupo terreſtri aſſimilatur, quia ſcilicet imꝓba uoracitate alios perſequitur. Eſt autem piſcis captura ingenioſus, nam & rete circundatus fertur arenas arare cauda, & ita conditus tranſire rete. Plin. lib. 32. Lupus marinus in prouidēdo minus habet ſolertiæ ſed magnū robur in pœnitendo, nam ut hęſerit in hamo tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera, donec excidant inſidiæ.

OPERATIONES.

Idem lib. 9. Pręgelidam hyemē omnes 1
ſentiunt piſces, ſed maxime qui lapidē in
capite exiſtimant̃ habere, ut lupi & pagri.
Cumq; aſperæ fuerint hyemes multi capi-
untur cęci. Luporum uero ſunt laudatiſſi
mi, qui appellantur lanati, candore molli-
cieq; carnis meliores ſunt lupi i amne Ty-
beri inter duos pōtes q̃ alibi. Piſcium 2
lupus bis in anno parit. Nigidius ē Actor
lupum mugili caudam prerodere, eoſdem
q; menſibus ſtatis concordes eſſe. Idem 3
in lib. 10. Produnt mugileni & lupum cla
riſſime audire. Idem in libro. 32. Tradit 4
etiam Plinius lupum rete circundatū, cau
da arenas arare, atq; ita conditum tranſire
rete. Ariſt. Lupi marini cum intrant pe 5
lagus, poſtea redeunt & aſcendunt ſuperi
us, magna uelocitate ſicut delphinus.
Omnes autem lupi magnorum corporū
anhelant, aerem attrahentes. Ambroſi. 6
Lupi deniq; in mari ſunt teneri, quos neſ-
cit agnus timere. Et ſecundum Eſaiam ſi-
mul paſcuntur lupi & agni.

CAPVT. 54.



MEgar Milagus & Miluus. Ex libro de natur. rer. Megaris eſt piſcis marinus duarum palmarum lōgitudine, utilis habetur

in partibus in quibus capitur, ſed cũ ad remotiora ſalſus reducitur, raritas eius precium facit. Recenter tamen captus & ſine ſale, delicatiorem cibum edentibus facit. Eſt autem (ut fertur) nociuus, precipue febricitantibus. Vnde poeta dicit. Et megaris noxius omnis erit. Iorath ubi ſupra Milago cum eius pulli uolant, ſignificatio eſt ſuper tempeſtatem maris. Iſidor. Milago piſcis eſt ſic nominatus, quia ſup aquam euolat. Quotiens autem cernit ex tra aquam uolitãs, tempeſtates mutari deſignat.

OPERATIONES.

Ex lib. de nat. rer. Milago uolitat ſuper undas in ſignum letitiæ: ꝙ ceſſauit tempeſtas, hoc contra morem aliorum piſciũ & monſtrorum marinorum, qui oriente tempeſtate uidẽtur quaſi ſuper aquas ludere. Pli. li. 9. Miluus ſubit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna: linguaq; ignea per os exerta, trãquillis noctibus relucet. Attollit corua e mari ſeſq; pedalia fere, cornuta, ab hiſq; nomẽ traxit.

CAPVT. 55.



MVgil. Iſid. Mugil ex eo nomẽ habet ꝙ ſit multum agilis, Nã ubi diſpoſitas ſenſerit piſcatorũ inſidias, cõfeſtim retrorſum rediens ita rete tranſilit, ut uolare piſcem uideas. Plini. li. 9. Mugilum natura ridet, in metu capite abſcondito, totos ſe occultare credentium. Iiſdem tamen tanta ſalacitas ut in phœnice & Narbonenſi ꝓuincia coitus tempore è uiuarĳs marem linea lõginqua per os ad branchias religata emiſſum in mare, eademq; linea retractum feminæ ſequantur ad littus, rurſuſq; feminam mares partus tempore. In Narbonẽſi prouincia & in Nemauſienſi agro ſtagnum. Laterna appellatum, ubi homines delphini ſocietate piſcãtur, innumera uis mugilum ſtatuto tempore, anguſtis faucibus ſtagni in mare erũpit, obſeruata æſtus recipocatiõe. Mugil & lupus odio flagrãt mutuo. Mugiles aliorum piſcium uim timentes ſuper naues exiliunt, & tam precipue uelocitatis ſunt ut tranſuerſa nauigia interim ſuperiactẽt. Idem li. 32. Mugil ſcit in eſca hamũ eſſe, atq; inſidias nõ ignorat, tanta eſt ei auiditas, ut cauda uerberando cibos excutiat. Iorath. Mugil eſt piſcis uelociſſimus in aquis fluuialibus, ſed naturaliter incautus, nam deridetur eius ſtultitia cum in metu capite abſconſo, totum corpus abſcõſum ac ſecurum credit, hic cum lucio inimicitias habet hyeme tantum, & huiuſmodi cauſa creditur, quia tũc rarus eſt cibus pro quo dimicãt. Eſtate uero abũdat, & ideo ad concordiam rediguntur.

OPERATIONES.

Pli. lib. 32. Cinis è capite mugilũ & mulorum ſciaticos liberat.

CAPVT. 56.



MVs marinus, muſculus, & muſtela. Mus marinus ad terrã exit, ibiq; foſſam faciens oua parit, ac rurſus terra obruit. Poſt triceſimum uero diem rediens iterum foſſam aperit, & fœtus in aquam ducit. horum fœtus inter initia uiſu carent, ſicut fœtus omnium ferè aquatilium.

Iſid. Muſculus dictus ẽ, eo ꝙ ſit balenæ maſculus.

maſculus. Eius coitu hęc belua concipere perhibetur. Sunt autẽ muſculi cochleæ q̃rum lacte cõcipiunt oſtreæ. Pli. li. 9. Amicitiæ ſunt exẽpla muſculus & balena, cui muſculus q̃nq;, prægraui ſuperciliorũ pondere obrutis eius oculus, infeſtantia magnitudinẽ uada p̃natãs demõſtrat, oculorũq; uice fungitur. Idẽ in lib. 11. Muſculus marin⁹ qui balenã antecedit, nullas habet dentes, ſed ꝓ his ſetas intus, ob id etiã hirſutã dicunt appellatã. Idem in li. 9. Muſtelæ piſces menſe deputantur, quas inter alpes lacus Rethię Bigrãtinus ęmulas murenis generat. Ariſtot. Muſtela ſicut delphinus & phoca uiuos fœtus de corpore ſuo edunt, & cum partus ediderint, ſi erga ſuos caulos inſidias quẽq; moliri p̃ſenſerint, ipſos tuentur, ętatis teneræ pauorẽ affectu materno cõprimunt, oraq; aperiunt, & inoxio dente partus ſuos ſuſpendunt. Interno quoq; corpore recipere ac genitali aluo feruntur abſcõdere, donec illos ad ſecuritatem deferant, aut ſui corporis obiectu defendant,

CAPVT. 57.

MVrex. Iſidorus. Murex ẽ cochlea maris ab acumine & aſperitate dicta quæ alio nomine conchilium dicit̃, eo ꝙ circũciſa ferro lachrymas purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tingitur, & inde oſtrũ appellatum eſt, ꝙ hęc tinctura ex humore teſtæ elicitur. Mutianus autẽ tradit muricẽ echineum. Plin. li. 9. Murices conchæ marinæ ſunt, quæ latent circa canis ortum tricenis diebus, & ſtatuto tempore exeunt, p̃cioſum liquorum tingẽdis ueſtibus in medijs faucibus habẽt utilem, ſed is color in ſola uena candida reperit̃, reliquum uero corpus ſterile eſt. Viuis quoq; tantum hic color exprimitur, quia morientes cum uita ſuccum euomũt. Non habẽt phericũ os neq; rotundũ, ne in angulos prodeunte roſtro ſe ad conchæ modũ utroq; latere clauditur. Idem in eodem. Animalia marina quæ ſunt duræ teſtæ ut murices, aut purpuræ ſaluiario lẽtiore proueniũt (ſicut à creſcente humore culices) atq; ſpuma maris incaleſcente cum admiſſus eſt imber. Et hæ pariunt in uere.

OPERATIONES.

Pli. li. 32. Muricum teſtæ cinis utiliter cũ melle illinitur ulceribus capitis. Idẽ quoq; cinis bonũ eſt dẽtifricium. Et maculas purgat in facie mulieris cũ melle illinitus, cutẽq; erugat, extenditq; ſeptenis diebus illitus, ita ut octauo candido ouorum foueatur. Idem ex oleo ualet ad parotidas & ſtrumas. Pãniſq; reſiſtit utroq; modo, ſiue opus ſit incipientes diſcurrere, ſiue concoctos emittere. Item muricũ cinis cũ oleo tumores tollit. Ciniſq; teſtarũ earũ cum melle mãmas mulierum efficaciter ſanat.

CAPVT. 58.

MVrena. Iſi. Murenã gręci mirenam uocãt, eo ꝙ plicet ſe ĩ circulos. Hãc feminĩnũ tãtũ ſexum tradunt à ſerpẽte cõcipere. Ob id à piſcatoribus tãq̃ à ſerpẽte ſibilo euocatur & capit̃. Ictu fuſtis difficulter interimit̃, ferula uero ꝓtinus. A ĩam eam habere ĩ cauda certum ẽ. Nã capite ꝑcuſſo uix interimit̃, cauda ſtatim exaĩatur. Plin. lib. 9. Murena eſt piſcis longus molli cute intectus, hyeme latet, nec capit̃ niſi diebus ęſtatis ſicut

cõger illius ęmula,& oẽs ſaxatiles.Exit in
terrã ſicut polypus. Quibuſdam piſcibus
datæ ſunt pinnæ uice pedũ. Quibuſdã ue
ro nullæ ſunt,ut murenis:quibus nec brã
chię,hęc flexuoſo impulſu corporũ ita ma
ri utũtur,ut ſerpẽtes terra,in ſicco quocꝫ re
pũt. Murena quocunꝫ mẽſa parit:cũ cęte
ri piſces ſtatuto tẽpore pariant. Oua eius
citiſſime creſcunt. In ſicco littore elapſas
uulgus coitu ſerpentiũ impleri putat. Ex
li.de na.re. Murenæ(ſicut dicit Pli.)libẽ
ter ſe tenent inter harũdines & ligna ut ſi
forte reti cõcludãtur, flexu multiplici eua
dant. Hæ morſum uenenoſum habẽt,ſed
capitis eorundẽ cinere morſus ſanañ. Pe
riculoſum eſt eas in cibum ſumere,niſi pri
us in uino optime ac diutiſſime decoquã
tur,& ſpeciebus aromaticis maximecꝫ pi
pere cõdiant. Venenoſo nãcꝫ abundat hu
more,unde nec de facili cedũt coctiõi. Itẽ
murenã(iuxta Baſiliũ)uipera ex aqs ĩ ſic
cum euocat ad coitũ. Iorath ut ſup. Mure
na nõ à ſuo ſimili,ſed à ſerpente ſibilo ad
ſiccũ euocata cõcipit,nec aliqd tamen ſer
penti,ſed ſibi ſimile gignit. Amb. Vipera
quidẽ ad littus maris ſibilo murenã euocat
uenenũ ſuũ uomit. Illa ſtatim uenit, & cũ
eo coit,et poſt uipera uenenũ ſuũ reſumit.

OPERATIONES.

1 Plin.ubi ſup. Murenæ morſus capitis
2 ipſius cinere ſanatur. Licenas etiam &
lepras ſoluit murenarum cinis cum ternis
obulis mellis.

CAPVT. 60.



MVlti
pes.
Ex lib.de
nat.rerũ.
Multipes
piſcis ma
rinus eſt,
à re nomẽ
habet,
huic pe
des à late
re proce
dunt. In
hyeme co
it,& inter
cęteros piſces ſibi nidum ex ſurculis con
ſtruit. Per duos mẽſes ouat, & hoc unum
ouum tantum ad inſtar nucis paruum. Fe
mina per quadraginta noctes ſedet,et ouũ
à ſe editum fouet,ex quo fiũt piſces innu
merabiles. Quod ſi non eſſet, multum eo
rum genus decreſceret,quia ſeipſos in ui
cem conſumunt, & multæ commeſtionis
ſunt. Multipes aſtutia magis ꝙ fortitudi
ne uincit karabo monſtrum marinum, qđ
ualidum ẽ ac robuſtum. Cuius uictoriæ ſi
gnum eſt,nam ſimul capti in rheti reperiũ
tur. Karabo frequẽter mortuus inuenitur
aut lœtaliter uulneratus. Eſt etiam quod
dam genus multipedis naturaliter aſtutũ,
quod in aqua ſupernatat, & dorſi teſtã ad
ſolẽ ponit ut deſiccetur ac durior fiat, ſic
ut ſalſas maris aquas,& aduerſa ſcopulo
rum pati ualeat. Actor. Multipes ipſe
eſt polypus(iuxta Plinium) de quo pleni
us inferius dicetur.

CAPVT. 61.



MVli
uel
Mullus.
Ex li.de
na.rerũ.
Mulus ẽ
piſcis
marinus
ur ait Pli
nius,mo
dice quã
titatis,
gratia
nobilita
tis in eſũ
tantum datus nobilibus. Rariſſimus tamẽ
eſt quem ſeptẽtrionalis tãtum gignit oce
anus. Horũ tamen genera plura ſunt. Qui
dam alga & oſtreis ac limo cęterorũqꝫ piſ
cium carne ueſcunñ. Nobiliores autem in
inferiori labio uel labro gemina barba in
ſigniuntur,uictuſqꝫ eorum eſt quod iuxta
ripas aeris ſerenitatem concreuerit. Mu
lum nobilem expirantem numeroſa colo
rum uarietate ſpectari proceres gulæ nar
rant. Seneca de naturalibus queſtioni
bus lib.7. Incredibilia (ſicut iam ſuperius
dictum

dictum ē,ſunt opera luxurie,in cubili piſces natant,& ſub ipſa menſa capitur q̄ ſtatim in menſam transferatur. Parum recens uidetur mullus,niſi qui in conuiuæ manu moritur. Obſeruatur morientium color, quem in multas mutationes mors ipſa luctante ſpiritu uertit. Rubor primum,deinde pallor ſuffunditur, longa ſomniculoſa inertiſq; luxuriæ expectatio. Nolūt attingere niſi eodem diem captum, q̄ ipſum ut aiunt mare ſapiunt.

Iſidorus. Mulus uocatus eſt, eo q̄ mollis ſit ac tenerrimus, cuius cibo tradunt libidinem inhiberi: & oculorum aciem hebetari. Homines uero qui his ſæpe paſti ſunt piſcem olent, mulo in uino necato, q̄ inde biberint, tedium uini habent.

Alexander. Mulus bonus fimo delectatur, adeo ut in ipſo iaceat: & tincturam caro piſcis ex fimo mutuetur.

OPERATIONES.

1 Plinius. Mulus contra paſtinacas & ſcorpiones terreſtres ſiue marinos, & dracones atq; ſpalangia prodeſt illitus, aut in cibo ſumptus.

2 Eiuſdemq; recentis de capite cinis contra omnia uenena ualet, & priuatim contra fungos.

3 Iterum cinis è capite mulorum attritos ſciaticos liberat. Comburuntur autem in uaſe fictili & cum melle debent illini.

4 Mulos autem in cibo inutiles neruis inuenio. Eorum quoq; cibo tradunt oculorum aciem hebetari. In mēſtruis uero mulierum auxiliatur mulus. Inueterati muli & in potione triti, uomitiones concitant.

5 Mulorum ſalſamenti cinis carbunculos diſcutit. Mulus autem in uino necatus (ut dictum eſt) his qui biberint inde uini tedium afferunt.

CAPVT. 61.

Monachus marinus, & Monocerō. Ex lib. de na. rer. Monachi maris dicti ſunt, quia caput habēt ut monachi recenter raſi, coronā deſuper raſam & candidam, & circulū in modum crinium ſuper loca aurium, faciē tamen non habet in toto ſimilem homini, q̄a naſum habet piſci ſimilē, & os naſo cōtinuū. Ceterū in inferiorib⁹ habet formā piſcis. Hoc mōſtrū homines ſup̄ ripas maris ambulātes libēter allicit, & corā eis ſup̄ aquas ludit, q̄ ſi hominē admirātem ꝓpinquare uiderit appropinquat et ipſe, et ſi datur facultas, hominem rapit & trahit in ꝓfundum, ſicq; carnibus eius ſatiatur.

OPERATIONES.

In eo. li. ut ſup̄. Monocerō ē mōſtrū ma 1
rinū, habēs ī frōte cornu maximū, q̄ naues
obuias pn̄trare poſſit ac deſtruere et hoīm
multitudinē ꝑdere. Sed ī hoc pietas cre 2
atoris humano generi ꝓuidit: q̄a cū tardū
aīal creatū ſit, naues eo uiſo poſſunt effu
gere.

CAPVT. 62.

Narcos, Nautilos & nubes. Iſidorus. Narcos, teſte Ariſto. tantæ uirtutis ē piſcis, ut mediante lino & calamo ad manū piſcatoris

hamum tenentis accedat ſtupor et inſenſibilitas: immo & totum corpus ſtupefacit, niſi citius hamum deijciat. Inde eſt ꝙ etiã ſtuporifera, ut papauer & huiuſmodi cętera dicuntur narcotica. Pli. lib. 9. Nautilos qui ab alijs uocatur pompilos, inter p̄cipua miracula maris computatur. Nã ſupinus in ſumma equorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigẽs, ut emiſſa oĩ per fiſtulam aqua, uelut exoneratus ſentina, facile nauiget. Poſtea prima duo brachia retorquens, mẽbranã inter illa miræ tenuitatis extendit: qua uelificante in auras cęteris branchijs ſubremigãs, media cauda ut gubernaculo ſe dirigit: ita uadit alto, Liburnicarum gaudẽs imagine, ſi quid pauoris interueniat hauſta ſe mergens aqua.

Ex lib. de nat. rer. Nubes ſecundũ Ari. ē piſcis in aqua uiuẽs applicatus ad petrã. a qua non deſcendit nec ſeparatur, niſi ꝑ attractionem inſpirationis concitus.

CAPVT. 63.

orca.

Nereides et Orca. Iſi. Nereides ſũt beluæ marinę toto corpore hirſutæ & hiſpidę. Habẽt ꝙ ſpeciẽ aliquã formatam cũ homine. Horũ aliqua cum mortalis conditionis imitatrix emori debet, auditur procul gemitus eius ac plãctus. De his plenius dictum eſt ſuperius in capitulo Balena.

Ex libro de naturis rerum. Orca monſtrum marinũ eſt, ut ait Plinius, eius imago nulla poteſt exprimi repreſentatione, niſi ꝙ ſit mollis, carnis immenſæ: hoc balenas graui odio perſequitur, dentibus truculentis ſecreta feminarum irrumpit, ac morſu lacerat. Illæ uero ad flexum immobiles, ad repugnandũ inertes, pondere ſuo oneratæ ac pinnis inualidæ. Solum nouerunt auxilium in altum mare refugere: ſeq́ toto Oceano defendere. Econtra uero orcæ in malicia pertinaces laborant fugientibꝰ occurrere, & incautas anguſtijs trucidare, in uada urgere, ſaxis illidere. &c.

CAPVT. 64.

Orbis. Iſid. Orbis dictus eſt à figura ſcilicet quia rotundꝰ eſt, & totꝰ in capite conſtat. Plinius libro. 32. Duriſſimum eſſe piſcium conſtat eum qui orbis uocatur, rotundus ē ſine ſquamis.

CAPVT. 65.

Oſtrea Ex libro de natur. rerũ. Oſtrea, ut dicũt Ambroſius & Iſidor. Cũ teſtã aperitut clementioris auræ delitijs glorietur cancer inſidias ei repentinas prętendit, & lapidẽ inter eius teſtas proijcit, ne illas cõiungere poſſit, & ſic oſtreæ carnes corrodit. Oſtrea quidem in ſiccum uel in ſicco iacens, iam ut in domo conchas tenet, tẽpore acceſſionis maris.

Iſid. Eſt autem in oſtrea precioſiſſima margarita naturaliter infixa quę maris aq̃

in ea

in ea ſolidatur. Quæ etiã difficile apud reges inuenitur, et in littoribus quaſi uilis iacens: à uulgo ſaxis aſperis & cautibus colligitur. Plini. li. 9. Silice a teſta incluſis fatendũ eſt nullum ineſſe ſenſum ut oſtreis, putreſcente limo ꝓueninnt ac ſpuma circa nauigia diutius ſtãtia, defixoſq; palos & ligna. Nuꝑ compertum eſt in oſtrearia humorẽ fœtificũ effluere in modũ lactis.

OPERATIONES.

1 Oſtreæ peculariter contra uenena leporis marini aduerſantur, eiſq; mẽſarũ diuitum palma tribuitur, ſtomachum reficiũt,
2 faſtidijs medentur. Additq; luxuriã frigus obruens niue ſumma montium & ma
3 ris yma miſcens. Aluum leniter emolliunt, coctaq; mulſo tenaſmo, qui ſine exul
4 ceratione ſit, liberant. Veſicarum etiã
5 ulcera repurgant. Cocta uero in cõchis ſuis ſicuti uenerint clauſa, mire diſtillationibus proſunt. Harum teſtæ cinis, uuã ſe
6 dat & tonſillas amixto melle. Ariſtot. Eſt autem piſcis de genere oſtreæ, id eſt te
7 ſtæ duræ, qui cauda natat & repit. Dio. Oſtreæ porphiræ unde purpura tingitur, cochleæ ſunt, quæ uſtæ deſiccatiue uirtutis ſunt, quibus & cęterarum cochlearum
8 uirtute ſunt ſimiles. Nã & ego eis uſus ſum in reumatica & diuturna, & quæ difficile cõcarnantur uulnera & caua, & nimis profunda, quas uſtas appoſui cum adipe ueteri & butyro nouo.

CAPVT. 66.

PAgr⁹, Pauus Pectine & Perca. Iſido. Pagrus piſcis eſt, quẽ greci fagrũ ideo nũcupant, ꝙ duros dẽtes habeat ita ut oſtreis in mari alãt. Act. Pagrus & ipſe eſt dẽtrix, de quo dictũ eſt ſuperius. Plin. lib. 9. Omnes quidẽ piſces pręgelidam hyemem ſentiũt, ſed maxime qui lapidem habere in capite ęſtimantur, ut lupi & pagri. Cunq; aſperæ fuerint hyemes, multi ex eis cęci capiũtur, ſicut de lupo marino dictum eſt ſuperius. Ex lib. de nat. rer. Pauus maris dictus eſt à pauone uolucre, quoniam ſimilis eſt ei in coloribus: dorſo enim & collo pictus eſt colore diuerſo. In eodem lib. ut ſuꝑ. Pectines maris armanť unguibus, lucẽt in tenebris ignium more, ĩ magnis frigoribus & magnis ęſtibus reconduntur, quia temperatum aerem eos habere oportet ut uiuãt: cum exceſſuum paſſionẽ in elementis ungues eorum non pati ualeant.

OPERATIONES.

Ariſto. Animalis marini quod dicitur 1
pecten pedibus ſi quid appropinquauerit, oculum ſubito claudit. Plinius ut ſuꝑ. Pectines ſponte natura harenoſis proueniũt
Actor. Perca eſt piſcis fluuialis uarij co 2
loris, curſu uelociſſimus, ſquamis & pinnulis acutis & aſperrimis armatus: quibus etiam ſe defendit cõtra piſces maiores, ne pręd antes eam inuadant prę ceteris piſcibus fluuialibus & ſtagnenſibus, infirmis in cibo precipue conuenit. Alexander. 3
Perca uidens ſibi lucius imminere, horret pinnis, & ſic euadit.

CAPVT. 67.

PLataniſtæ, & Perna. Albertus in libro de natur. animaliũ. Plataniſtę (ut dicit Plinius) beluæ ſũt marinæ: quæ in Gange fluuio Indie naſcuntur & in mare ueniunt. Et roſtrum

habent delphini & caudam,habent cubitorum quinq; longitudinem. His ſocij ſunt beluæ,quas ſtatuas uocāt,brachia bina habentes,quibus tanta ineſt fortitudo, ut elephantes in aquam intrantes infeſtēt,& eis promuſcidas abrumpant. Eodem lib. ut ſupra. Perna animal ē marinum de genere concharum,& eſt croceum,ualde magnæ quantitatis exiſtens inter ipſas,ueſtitur uellere fuluo & nitido ualde precioſo & fiunt inde ornamēta ueſtium & peplorum pręcioſa.

CAPVT. 68.



PIſtris. Albertus in lib. ut ſupra. Piſtris animal ē marinū magnum ualde, ut dicit Plini. in oceano Gallias attingēte aliquādo inuentum. Aliquando ſe offert in mari in modū altiſſimæ columnæ,intra uela nauigantiū apparens,& aquam ingentem ſpargit,ita q; in pauorem uertit nauigantes.

CAPVT. 69.

PInna & plais. Plini. lib.9. Pinna eſt piſcis cōcharum generis, naſcitur i limoſis,ſubrecta ſemp, nec unq̃ ſine comite,quē pinnotheren uocant,alij pinnophylacem, id eſt ſquilla parua,alibi cācer dapis aſſectator. Pandit autem ſe luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus prębens. Aſſultant alij p̄tinus,& ubi licētius audacia creuit implēt eam. Hoc tempus ſpiculatus index,morſu leui ſignificat. At illa ore compreſſo, quicquid cōcluſerit exanimat, partemq; ſocio tribuit. Quo magis miror exiſtimaſſe q̃ſdam aquatilibus nullum in eſſe ſenſum.

Ex lib. de nat. rer. Pinna de genere concharū eſt,corpuſq; rotūdum habet. Mas & fœmina ſocialiter ambulant.aperit pinna conchas ſuas ad lunam, ſeq; paruis piſcibus offert quaſi mortuam: qui protinus aſſultantes,ubi licentius (ſicut dictum eſt) audacia creuerit,implent eius conchas. Mox uero pinna ſe plenam ſentiens,app̄henſu quicquid incluſerit exanimat.

Actor. Plais eſt piſcis notus & uſitatus apud nos,ſcilicet ut bicolor. Nam ex una parte albus,ex altera niger. De quo ſicut de pluribus alijs nihil in pręnominatis autoribus reperi, niſi forte alijs nominibus uocentur ab eis q̃ à nobis.

CAPVT. 70.

POrcꝰ marinus, Iſid. Porcꝰ marinus eſt, qui uocatur ſuillus,quia dum eſcā quęrit, more ſuis terram ſubaquis fodit. Circa guttur enim habet oris orificium,et niſi roſtrum harenis immergat paſtum non colligit.

Ex lib. de nat. re. Porcus maris ē piſcis eſibilis,porci terreſtris ex magna parte ſimilis. Nam & caput habet ſuillū. & membra ī corpore,coſtaſq; ſimili modo diſpoſitas. Tota ferè caro eius inpinguedinem trāſit. Lingua eius abſoluta ē ut porci ,ſed

uoce

uoce differũt. In eis dorſo quędam ſpinæ ſunt uenenum efficaciſſimum habentes, & punctionibus ſuis ualde cruciantes, ſed fel eorum puncturis remedio eſt. Plinius lib. 32. Inter uenena piſciũ ſunt, porci marini ſpinæ in dorſo, cruciatu magno læſorum, remedio autem eſt limus ex reliq̃ corporis piſcium eorum.

CAPVT. 71.

POlypꝰ Ariſt. Polypus habet iuuamen ſquamoſitatem pedum, per illam enim inuoluit omne qđ ſibi appropinquat. Animal tamen habens ſanguinem, habet cerebrũ, mẽbra uẽtris in ſepia & multipede conſimilia ſunt in figura, & tactu q̃cquid comedit aggregat in cauernis ubi manet. Et poſtq̃ omne idoneũ ſibi comederit, tũc teſtas reſiduas & cortices cancrorũ eijcit. Mutatur color eius, ex colore lapidũ qui ſũt prope illum fit coloratus, qđ ei accidit cũ timuerit. Ex li. de nat. re. Polypus eſt piſcis tantã habẽs uirtutem in brachijs, ut nautam aliquãdo de naui incaute ſtantẽ rapiat, & ĩ mare trahat, eiuſq; carnibus ſatietur. Carnibus eñ libẽter ueſcitur ſupinus adheret ſcopulis, & auelli neq̃t, cui ſi fœtida res admota fuerit, ab eius odore ꝓtinus reſilit. Hi in mari iuxta Venetias frequentiſſimi ſunt. Itẽ polypi ſiue multipedes uerſo in terram capite coeunt, oua tam multa fecũditate faciunt, ꝙ hois occiſi teſta capi non poſſunt, ſuperq; ſedentes & incubãtes quaſi cãcellatis brachijs camerã faciũt. Item polypus uel multipes cornu cerui uel ſtoracis ſicci fumo deluditur & deprehẽditur, quia diligit ipſum, et ob hoc intrat uaſa uenantiũ. Ex ipſo etiam aſſato in hamo poſito, uenatores multos capiũt piſces. Polypus & karabo ſi ſimul irriti fuerint, karabo mortuus inuenitur. Item dicitur ꝙ cũ ouãt natãt & mares & feminæ debilitantur intantũ, ut a piſcibus paruis comedantur, & in cauernis facile deprehenduntur, qđ tũ non accidit iuuenibus & paruis, immo fortiores ſunt magnis. Item in hyeme coeunt, in uere autem ouant ſiue pariunt. Caput maris longius eſt capite fœminæ.

CAPVT. 72.



PVngitiuus. Ex lib. de natu. rer. Pungitiuus uero eſt omniũ ferè piſcium minimus, quibuſdã ſpinis ſecundum nomẽ ſuum pungens. Mas in eis circa fauces rubeus eſt. Fœmina uero illa rubedine caret. Ambo uero maculis nudati ſunt. Hos uulgus opinatũ ſine ſemine in aquis creſcere, & quod mirabilius eſt, alios etiam horum ſemen propagari: unde & hunc piſcem matrem piſcium uocant. Dicũt enim ſi ſtagnum nouũ fiat, nulluſq; piſcis immittatur, hos piſciculos anno primo in eo inueniri, & anno altero diuerſi generis piſces ex eiſdem ꝓpagari.



CAPVT. 73.

PVrpura. Ex lib. de nat. rerum. Purpu= ræ ſunt conchæ marinæ, quæ uerno tẽ pore congregantur, & attricæ liquorẽ ore ſaliuant. Similiter & murices circa canis ortum tricenis diebus. Mutuo ꝗ attritu lẽ tore cuiuſdã ceræ ſaliuant, ſimiliter & mu rices. Purpuras uiuas capere contendũt, quia cum uita ſua ſuccum illum euomunt Et maioribus quidem conchis detracta cõ cha auferunt, minores uero cum teſtis frã gunt: ita demum rorem eum excipientes Tyrij. Lingua purpuræ longitudine digi tali, qua paſcitur perforando reliqua con= chylia, tãta eſt aculeo duricia. Aqua dulci enecantur, & ſicubi flumini immergũtur. Alioquin capitæ etiam diebus quinqua= genis uiuunt ſaliua ſua. Horum piſciũ cõ= chæ infra annum magnitudinem implent ꝙ ſi ante in creſcendo tranſcurrant, uim li bidinis auferunt, nec ultra coire poſſunt, ut in tempore precioſum liquorem pariãt. Vnde ſumma diligentia primo anno de= trahuntur eis conchæ uel confringuntur ne creſcat, hoc liquore ueſtis purpurea tin gi ſolet, q color nigricantis roſæ more ſub lucet Purpuræ (ſecundum Plinium) fœti dis odoribus capiuntur, & cum ſemineces fuerint, mari redditæ reuiuiſcunt.

OPERATIONES.

Plinius. lib. 33. Purpuræ contra uenena
1 profunt. Horum teſtæ cinis utiliter cum
melle illinitur ulceribus capitis.
2 Idem quoꝗ cinis cum melle efficaciter
ſanat mulierum mammas, panis etiam re=
3 ſiſtit utroꝗ modo. Idem cinis ſiue opꝰ
ſit incipientes diſcutere, ſiue coctos emit
tere. Purpurarum ſiue muricũ minora ge=
nera ſunt efficatiora, & oris halitum cuſto
4 dientia. Dioſcor. Purpura maritina &
blata appellatur, quia quaſi blitula ſangui
nis apparet. Huius uirtus ſicca eſt, unde
uulnera putrida gingiuarum, in puluerem
redacta & impoſita purgat & cicatrizat.
5 Et ſi in eis mala caro ſupercreuerit, pul
uerizata adhibita depaſcit eã & extirpat,
hoc & eius ungulæ combuſtæ faciunt.
6 Eædem ungulæ & coopertorium con=
chilij album fumigata caſtorei odorẽha=
bent: ac fumigatione ſua ſtericis ſuffoca=
tionibus laborantes liberant.
Epilenticos curant, bibita uentrem mo 7
uent. Conchilium ipſum combuſtum om
nia ſupradicta nouit facere.

CAPVT. 74.

RAyte, & Raha. Ex li= bro de na turis rerũ. Raytæ ꝗ rahis gal= lice dicun tur, eſt piſ cis maris inter piſ= ces nobi= les reputa tus, admo dum uilis, & hoc ubi eſt piſcium copia, & prope mo dum rotundus eſt, & in longitudine & la= titudine ferè equalis. Oculos habet horri biles, os quoꝗ deformidate liuidũ, & hoc non eo loco, quo piſces cęteri, ſed loco uẽ= tris, ubi uero caput & oculi ſunt, os nõ ha bet. Caudam habet prelongam ut coluber & in ea ſpinnulas quaſdam acutas ualde. Habet & quandoꝗ in capite lapidem, nec credimus ꝙ natura creauerit eum inutilẽ. Huius carnes indigeſtibiles ſunt, ut car= nes bouinæ. Impinguatur (ut dicit Ariſto teles) uento meridionali flante.

Iorath. Eſt autem piſcis nomine rahas ſtupefaciens, ita ꝙ cum rhete portatur, per uenit ſtupor eius ad manum qua portatur, hic occultatur in arena & luto. Venatur= ꝗ totum quod ex piſcibus appropinquat, et quia ſtupefacit eos, ita ꝙ nõ poſſunt mo ueri, ipſeꝗ conſequitur illos & comedit eos.

CAPVT. 75.

RAna marina. Amb. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, in quibus omnibus fere preſtat elemētis Ariſt. Rana marina habet alas ſicut & omnia cętera, quorum fines tendit ad ſtricturam, habet etiam branchos ad unam partem declinātes aſperos, ſpinis ſimiles, coopertorium habet in ranis, maior ē fœmina ſicut & in cęteris ouātibus, ut in lacertis ac in ſerpentibus, Habet rana marina ſupra oculos partes pendentes quaſi pilos, habentes etiam capita rotunda, quæ eis pręparat natura cibi cauſa. Cum enim rana mouet aliquid aquoſum cum luto & harena, tunc partes illas, quæ ſunt quaſi pili erigit, eaſq; cum piſcibus paruis inuoluit, & ad orificium ſuum cum eis adducit, ſicq; comedit. Et ſi per partes illas, que ſunt ſuper oculos non uenatur, quādo deprehēditur debilis et ęgra inuenitur. Ex his etiā q̃ latent eſt rana, cūq; latuerit uadit & uiride ſuper aquam, & cibatur piſcibus paruis, qui ſunt in eo. Rana continue generatiōis eſt, & ouat extra unū ouum cōpletum tantū. Et eſt duræ teſte propter ſalutem qua exterius indiget. Huius cauſa ē natura ſui corporis, quia caput eius eſt in quantitate multiplex ad ſuū corpus, & eſt ſpinoſum. Ideoq; non recipit pullos in ultimo. Omnes autem piſces nutriunt filios pręter ranas.

OPERATIONES.

1 Auicen. in 3. cañ. Rana marina rubea (ſicut narrauerunt ſapientes) maligna eſt inuadens animalia nam ex longinquo ad ea ſalit ut mordeat, & ſi mordere non poteſt,
2 exufflationē nociuam ad ea ſufflat. Ex eius morſu accidit apoſtema magnum & perditio uelox. Cura eius cum tyriaca 3
magna, & quod eſt eius generis. Actor 4
Rana marina rubea uenenoſa, & ad eius potum accidit obfuſcatio corporis, & alia multa incommoda. Idem. De hac & ali 5
is ranarum ſpeciebus dictum eſt ſupra, in tractatu de animalibus capitulo. 122.

CAPVT. 76.

RHombus. Plini. li. 9. Rhombus ē piſcis planus ſicut paſſer & ſolea. Hi a paſſeribus tantū ſitū corporum differunt dexter hic reſupinatus eſt illis, paſſeri leuus.

OPERATIONES.

Idem in lib. 32. Rhombi carnes tritæ & 1
ex aqua mulſa datæ, febricitantibus pſiciunt. Ex li. de na. rer. Rhombus eſt piſcis magnus fortis & aſtutus, ſed tardus, hic q̃q; piſcis ut rana marina ſimili modo dep̄dat. Nā in limo turbato abſcōditus, pinnas exertas mouet, & ubi piſces ap̄ximare uiderit, mox eos corripit & deuorat. Argumentū eſt eius ſolertie, qa cū ſit tardiſſimus omnium piſcium, mugilem tamen uelociſſimum in uentre ſepiſſime reperitur habere.

CAPVT. 77.

RVbus & Ryache. Albert. in lib. de natur. animaliū. Rubus eſt piſcis in mari Italiæ & Greciæ abundans, & eſt de genere pectinis totus rotundus quaſi circulus, pinnulis circūpoſitis, & in parte magna pictus eſt rubeis uirgulis & maculis, & illa ſuperficies tota eſt plena ſpinis aliquantulum anterius. Et hic piſcis eſt piger ad natandum, propter ſui corporis latitudinem. Demergitur autem in profundo et turbat aquam, & piſces qui acceſſerint incautos confodit, ita ꝙ etiam uelociſſimū piſcem mugilem in uentre habere inuenitur. Hic piſcis delicatus eſt & dulciſſimæ carnis.

In eodem lib. Ryache dicuntur piſces de pectini genere rotūdi, ita ꝙ cubitum & aliquando duos cubitos habent in latitudine & tantūdem in longum, caudam habent longam, & in hac pinnulas acutas ad natandum, oculos horribiles, & os quaſi in loco uentris turpiſſimum, carnes habēt duras & indigeſtibiles, ubi ipſe piſcis rarius inuenitur, ibi propter raritatem deſideratur.

CAPVT. 78.



SAlmo & Salpa. Phiſi. Salmo dicitur a ſaltu, caudā enim ore replicat et reflectit firmiter eam ore tenēs, donec ſaltus agilitate locum etiam abruptū cōſcendit, ſed nec colore multum ualet, aut ſapore anteꝙ guſtauerit mare. Ad quod tendens contra fluminis impetum à propoſito non deſiſtit quouſq; reficiatur deinde & nota domicilia reuertitur. Ex lib. de nat. rerum. Salmo piſcis ē in latitudinem & longitudinem magnam excreſcens. Robore quoq; fortis eſt, ſed ponderoſus & grauis. Omnis, quā habet, agilitas à potentia uirtutis eius eſt potius, ꝙ̄ à leuitate corporis, hic ut dicit Plinius olim pręferebatur omnibus piſcibus fluuialibus, & maxime in Aquitania. Carnes eius rubeæ ſunt, que licet dulces & grates ſint ualde, tamen ſatietatem cito manducātibus ingerunt. Piſcis iſte fœtus facit, nec diu uiuere poteſt i aquis dulcibus ſtagnorum, niſi liberum habeat tranſitum ad dulces undas fluuiorum, quinetiam ubi in trāſitu ſepē uel aliquid huiuſmodi obſtaculum inuenerit, caput caudæ coniungit, flexoq; corpore peruolat ad optata.

In libro ut ſupra. Salpa piſcis eſt obſcenus & uilis, hic miraculum ſui prębet, ut nūꝙ decoqui poſſit, niſi prius fortiter fuſte uel ferula uerberetur.

CAPVT. 79.



SParus & ſcarus. Albertus in libro de naturis animaliū Sparus piſcis eſt marinus à telo miſſili ꝙ ſpergitur quā do iacit̄ dictus eſt eo ꝙ habet huius inſtrumenti figuram.

In libro ut ſupra. Scarus piſcis delectabilis, qui ſolus ruminat inter piſces. Hunc piſcem dicunt non multos habere dentes, & ideo ruminatione indigere, licet hęc non ſit cauſa ruminationis, dicunt etiam hunc piſcem romani de lōginquis partibus allatum, in Tiberi eſſe multiplicatum.

CAPVT. 80.

Sepia



Sepia. Iſidor. Sepia dicitur quia ſepibus interclu-ſa facilius capit̃, in coeundo obſcenum genus: nam ore concipit ſicut et uipera, huius attramenti tanta uis eſt, ut lucernæ additum Aethiopes uideri, ablato lumine priori, quidam tradunt. Ex lib. de nat. re. Sepia concipit ore ſicut & uipera, oua eius dura ſunt. Hæ non natant in mari niſi par & par: maſculus & femina omni tempore ouant, & in. 40. noctibus oua ſua cõplent. Fœmina cum ouat, mas eam ſequit̃, & ſuper oua ſemen inſufflat ut uiuificentur. Ariſtot. Sepia membrũ habet ſub ore poſitũ quod dicit̃ maſtim, in ꝗ eſt ſperma magnũ, & quãdo accidit timor eijcit illud in aquã et turbat eam. Habet etiam in interiori ſuo uaſa duo plena ouis, in albedine ſimilia grãdini. Corpora uero mariũ magis aſpera ſunt ꝙ fœminarũ. Pullus ſepiæ cõtinuus eſt cũ oua in anteriori corporis parte, nec poteſt aliter eſſe. Anterior enim pars & poſterior in eodẽ loco conueniũt.

OPERATIONES.

1 Dio. Sepia cum attramẽto ſuo cocta ca
co ſtomacha eſt, uentrẽ mollit. Quod mol
le ẽ oſſis eius collirijs cracomaticis neceſ-
2 ſariæ miſcetur. Item oſſa tuſa oniguinẽ
dentibus tollunt, maculas carnis integro
3 colore reſtituũt. Glaucomata hominũ
uel animaliũ in oculis ſufflando maxime
4 cũ ſale ad ſanitatem perducũt. Os eius
tritum & cum aqua bibitum toracis uitijs
5 & aſmaticis omnino prodeſt. Plin. lib.
32. Oculorum tumorẽ ruborẽꝗ ſepiæ cor
tex cum lacte mulieris illitus ſanat, & per
6 ſe ſcatiricias emendat. Cinis eiuſdẽ cor
ticis cicatrices oculorum ſanat, & albugi-
nes iumentorũ emendat. Sepiæ in cibo 7
ſoluũt, earumꝗ teſtæ ex aqua ſalſamẽto-
rum inherentia corpori tela extrahunt.
Medentur & lẽtigini cęteriſꝗ uitijs ex 8
oſſibus ſepiarũ uſtis. Idẽ. Cinis & car- 9
nes excreſcentes tollit, & humida ulcera.
Plate. Os ſepiæ quod in eius uentre in 10
uenitur, ad albandos dentes ualet, ſi pului
re eius ſubtili in panno lineo poſito fricẽ-
tur. Ad faciem quoꝗ dealbandam pul- 11
uis eius cũ m unguẽto citrino cõficitur.

CAPVT. 21.

Serra et Scilla. Iſidorus. Serra dentata eſt, quia ſerratum habet criſtã, & ſubtus natans nauem ſecat. Phiſi. Serra eſt marina belua, pẽnas habẽs immanes, qua cum uiderit in mari nauem uelificantem, eleuat pennas ſuas, & contendit uelificare cum naue. Vbi autem cucurrerit ſtadijs. 30. uel. 40. laborem ſuſtinẽs deficit, & pennas deponens ad ſe trahit. Vnde nauẽ maris cauſa iam laſſam reportant ad priſtinum locum in profundum. Ex lib. de nat. rer. Serra criſtam habet ſerratã, qua nauibus occulte ſupernatans eas in fundo ſecat, ut intrante aqua homines aſtutia doloſa mergat, eorumꝗ carnibus ſatietur. Alia quoꝗ eſt eiuſdem nominis marina belua ingens, pinnaſꝗ latiſſimas habens, quibus contra naues uelificare cõtendit. Ex li. de na. re. Scilla monſtrum eſt habitans in eo mari, quod Italiam & Siciliam intercludit. Nautis quidem & omnibus hominibus inimicum eſt, & eorum ſanguine carnibus delectatur, caput et manus habet admodũ uirginis formata, ſicut ſirenes, & rictus, & oris hiatũ ac dẽtes horridos, uterũ beſtialẽ, & delphini caudam.

Miræ fortitudinis eſt, nec in aq̃ facile uincitur, in terra uero prope imbellis, habet et uocem aliquantulum muſicam, ipſaq; belua carmine mirifice delectatur.

CAPVT. 82.

Sirena. Ex lib. de natur. rerum. Sirene ſunt animalia mortifera que à capite uſq; ad umbilicũ habent figurã mulieris improceræ magnitudinis: horrende facie, crinibus capitis longiſſimis atq; ſqualentibus. Apparent autẽ cum fœtibus quos in brachijs portant. Mãmis etenim fœtus lactant, quas in pectore magnas habent: quas quando uident nautæ, multum timẽt, eiſq; lagenam uacuam proijciunt: & ipſa cum ea ludit, donec nauis pertranſeat. Reliquã uero partem corporis habent ut aquila, & in pedibus ungues ad laniãdum habiles. Porro in fine corporis habent ſquamoſas piſcium caudas, quibus ut remigijs in gurgitibus natant. Quoddam etiam muſicum ac dulciſſimũ melos habent in uoce: quo delectati nauigantes & attracti reſoluuntur in ſomnum ſopitiq; ſirenarum unguibus dilacerant. Sed nonnulli nauigantiũ ſapientius uſi conſilio, fortiter aures ſuas obturant, et ſic immunes tranſeunt ne mortifero ſirenarum cantu illiciantur ad ſomnum. Hæ quidem beluæ in quibuſdam profundis gurgitis Inſulis & aliquando in fluctibus commorantur. Et quod de lagena dictum eſt illi teſtati ſunt, qui eas uidiſſe dixerũt. Sirenas tamen has non in ueritate beluas, ſed meretrices quaſdã Iſidorus fuiſſe deſcripſit, quæ tranſeuntes ad egeſtatem deducebãt. Sed & philoſophi & ſanctorum expoſitorum nonnulli contrarium ſentiunt uera monſtra marina eſſe dicentes. Sunt & ſirenæ ſerpentes in Arabiæ partibus habitantes, equi curſu ualidiores: quarum etiam quędam alas habentes uolare poſſunt. Harum uirus tam eſt efficaciſſimum ad nocẽdum: ut morſum ante mors q̃ dolor ſequatur. Phiſiologus. Sirenæ ſunt animalia mortifera, uſq; ad umbilicum figuram hominis habẽtia: extrema uero pars uſq; ad pedes uolatilis et piſcis habent figurã. Muſicum quoddam ac dulciſonum melodiæ carmen canunt: ita ut auditus hominũ longe nauigantium ad ſe trahant: nimiaq; ſuauitate prolixæ modulationis, aures eorũ ac ſenſus delinientes in ſomnum uertãt. Tunc demum cum uident eos grauiſſimo ſomno ſopitos, ignaros ac per inſipentiã ſuam deceptos inuadunt, et carnes eorum dilaniant.

CAPVT. 83.



Spinachia & Squatina Ex libro de natur. rerũ. Spinachia corpore quidem eſt puſilla, ſed utiliſſime undiq; ſpinis extantibus munita, à morſu cuiuſlibet alterius piſcis eſt tutiſſima.

Iſidorus. Squatina dicta: eo q̃ ſquamꝰ ſit acuta, unde & eius cute lignum polit̃.

Plinius libro. 11. Squatina ex piſciũ genere qui pro ſpina cartilaginem habent. Omniaq; talia carnoſiora ſunt & ſupina ueſcuntur. Diuerſa piſcium genera nõ coeunt pręter ſquatinam & raiam, ex quibus naſcitur piſcis parte priori raiæ ſimilis: & nomẽ ex utroq; compoſitũ apud Græcos trahit. Piſciũ q̃dã ter ĩ ãno pariũt, q̃dã bis, ṽe & autũno. Ex planis ſola ſquatina bis

autumno

autumno occaſuq; uergiliarum. Squatina uero intra ſe parit oua pręmollia in alium locum uteri tranſferens, ibiq; excludens. Simili modo & omnia que appellauimus cartilaginea: ita fit, ut ſola piſcium & animal pariant, & oua concipiant. Ex libro de naturis rerum. Squatina piſcis eſt in mari .5. cubitos habens longitudinis, & caudam pedalem. Hic abſcõditus in limo piſces corripit ſubito. Cutem tam aſperã habet ut ex ea lignum et ebora poliantur. Pilus ipſius cutis breuis & niger eſt. Hũc adeo durum natura creauit, ut ferri uel calibis acumine uix incidi poſſit.

CAPVT. 54.

Solaris & Solea. Ex libro de naturis rerum. Solaris dictus eſt, eo ꝙ in ſole libẽter in ripis fluminũ iacet. Caput habet magnum orificium latum, cutem nigram ac lubricã qualis eſt anguillarum. Epar habet dulciſſimum & eſibile precipuum: in uaſtitatẽ ac longitudinem maximam creſcit.

Plinius libro .9. Solea eſt piſcis à figura denominata, eo ſcilicet ꝙ calciamentorum ſoleis aſſimiletur.

Autor. Solea piſcis eſt marinorum piſcium iuxta medicos, infirmis in cibo ſuauiſſimus, quia minus cęteris flegmaticus: eſt etiam ſapore gratus.

CAPVT. 55.

Scolopẽdra, & Scorpio. Pli. libro .9. Scolopẽdræ marinæ terreſtribus ſimiles q̃s cẽtipedes uocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. Iſido. Scorpio dictus eſt quia ledit dũ manu tollitur. Tradũt autem .10. cancris cum manipulo ocimi alligatis, omnes qui ibi ſunt ſcorpiones ad eũ locum congregari. Ari. Scorpio marinus ouat in uere ſemel, & iterũ autumno. Pli. li. 9. Cancri mortui in ſcorpiones figurantur in ſicco.

OPERATIONES.

Idem lib. 20. Mentæ ſuccus contra ſcor 1
piones marinos ſumitur. Idẽ li. 32. Mu 2
lus etiam illitus uel in cibo ſumptus con
tra ſcorpiones marinos ſumitur & auxili
atur. Scorpiones autem marini fel alo 3
picias replet. Fel marini ſcorpionis rufi 4
cum oleo ueteri aut melle actico, incipien
tes ſuffuſiones diſcutit. Iterũq; fel ſcor 5
pionis marini cicatrices tollit. Scorpi 6
us marinus necatus in uino, & obuli põde
re potus ueſicæ uitia & calculos ſanat.
Lapide quoq; qui inuenit in ſcorpiõis 7
marini cauda: cum ſolẽ in cancro torquẽ
tur ſerpẽtes ictibus ſcorpionũ. Dioſc. 8
Scorpiões marini colerã deponũt, ſuffu
ſiones oculorũ detergũt, caligines & glau
comata tollũt. Idem. Marini ſcorpij fel 9
magnã habet uirtutẽ, & añ fella quadrupe
dũ primũ: facit aũt ad effuſionẽ oculorũ
& ad caliginẽ & aſpredinẽ palpebrarum.
Aui. in. 2. cañ. Ceruſa ſtãni cõfricata ſu 10
p marini ſcorpiõis pũcturã cõfert. Idẽ 11
in. 4. Ex morſu ſcorpionis marini accidit
inflatio uentris & forma poropica: & quã
doq; uentoſitatis exitus abſq; uoluntate.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

12 Cura eius eſt cura draconis marini & rutelæ.

CAPVT. 86.

SPõgia, Squamis & Scinthi. Albertus in libro de naturis animaliũ. Spongia marinorum ẽ quæ multorum generum ẽ. Et coueniunt cum animalibus in motu contractionis, & dilatationis. Quędam earũ immobiles ſunt à ſaxis: & ſi abrumpantur radicibus recreſcunt. Quędam autem ſunt mobiles de loco ad locum, in turbatis melius uiuunt, & in puris aquis putreſcunt, & cibantur in limo & piſcibus & oſtreis.

In libro ut ſupra. Squamis eſt piſcis marinus quem Germani catulam maris uocant. Hinc quinq; pedes habet in longum & caudam monopedalem. Hic piſcis in limo abſconditus improuiſos interficit piſces. Cutem etiam habet ita aſperam, ut ea cum ſicca fuerit lingna & ebora poliãtur pilus uero eius breuis eſt & niger & ſimilis ariſtis herbæ fullonum: & adeo durus eſt, ut ferro & calibe uix poſſit ſcindi.

In eodem libro. Scinti animalia ſunt aquatica in Nilo natantia crocodilis figura ſimilia: ſed ſunt multum minora & contractiora. Horum carnibus infecta pocula uim ueneni extinguunt: pręnunciant etiã tempeſtates, antra ſua arantia et oſtium ab oppoſito eius uenti qui flaturus eſt aperientia et cauda uilloſa aliud foramen quod ad uentum reſpicit obturantes.

CAPVT. 87.

4

STonscus ſiue Stincus. Iſid. Stincus ẽ belua circa Nilũ. Auicẽna. Stincus ẽ Guaril de Nilo qui capitur in Egypto: & eſtimauerunt quidam q̧ ſit de partu crocodili. Melius aũt de ipſo eſt illud, quod in parte renum: auget quãdoq; coitum ita, ut non ſedetur, niſi ſorbitione iuris lactucarum & lentiũ.

OPERATIONES.

Dioſ. Stincus ẽ aĩal qđ inuenitur in India quadrupes & ſimile lacertæ, ſed longius atq; uẽtroſius hoc autem fallitur & ad 1
uenereos uſus facit, ſi caro eius ex uini ciato potetur, nam ſi plus ſumatur, neruos lędit. Alb. de nat. animal. Stincus eſt aĩal 2
marinum inter platam & animal quod ẽ ſicut ſtellio pentagonũ rufi corij: & in medio habet rimas quibus trahit nutrimentum. Et ita excitat libidinem, q̧ ſanguinẽ eijcit per coitum, nec tamen concumbens adhuc coitu ſatiatur, nec medicinã habet libido, niſi per ſuccum lactucæ bibitum.

CAPVT. 88.



STurio, Ex lib. de nat. re. Sturio eſt piſcis magn⁹ habitãs in aqs fluuialib⁹ q̃ magnæ ſunt & diuiſæ: uiuere diutius nõ poteſt in ſtagnis niſi ad dulces

dulces fluuiorum aquas trāſitū habuerit. Cibi parū aut nihil admitti i corpore, cui quippe cibus in nutrimentū ſufficiens eſt ipſa ſola aeris ſerena trāquillitas, quapropter & modicū habet uentrē ac propemodum ſolidus in loco uētris: ſicut in reliq̄ corporis parte habet inteſtina: licet parua reſpectu ſuæ magnitudinis: epar uero ſatis magnū & adeo dulce, ꝙ uix comedi ſine ſtomachi abominatione poſſit: unde eius felle qđ cōtiguū ē epar fricare ſolet: ut exceſſus dulcoris in epate temperetur exceſſu amaritudinis in felle: ore caret, & illa pars integra eſt q̄ in cęteris animalibus os occupare ſolet: nec niſi modicum ſub gutture foramen habet clauſum cū uoluerit apertū aeris ſerenicat, Auſtro citius impingueſcit. Aquilone uero flante ſubſidet in profundis. Idē in lacte poſitus diu ſicut in aq̄ uiuit. Alb. in lib. de natu. ani. Sturio piſcis notus eſt: quē antiqui ſtorā uocauerunt. Eſt aūt piſcis lōgi naſi, & magnus ad longitudinē nouē pedum qñ cōpletus eſt, & eſt rotundus in modū clauæ: & tres habet teſticulos in pelle pungentiū ꝑ corporis longitudinē. Os habet ad ſugendū potius ꝙ̄ ad manducandū: & ideo in uentre eius nihil cibi iueniť groſſi, ſed humor uiſcoſus quē ſugendo accipit: carnes habet albas & dulces: & nō habet oſſa, niſi in capite. Pinguedinē habet croceā: et epar habet magnū & adeo dulce, ꝙ niſi felle ſuo temperetr̄, præ dulcedine generat abominationem.

CAPVT 89.



STella. Plini. libro. 9. Stellam in mari ſapiētia claros autores uideo mirari. Cuius figura hæc eſt. parua admodū caro intꝰ: extra duriore callo. Huic tam igneum feruorē eſſe tradunt: ut omnia in mari contacta adurat omnem cibum ſtatim peragat.

OPERATIONES.

Idem in li. 31. Carnes aūt marinæ ſtellæ 1
cōtra marini draconis ictus ualent appoſi-
tæ. Ex lib. de nat. rer. Stella piſcis eſt in 2
mari occidētali, cuius figura eſt ad modū ſtellæ. Hęc cum aliquod animal comederit, mox inuenitur in eius uentre durum quaſi bis coctus panis.

CAPVT. 90.



SPōgia. Iſidor. Spongia dicta eſt a fingere id eſt nitidare uel extergere Vnde Cicero. Et fingebať ſpongijs ſanguis ideſt extergebať. Animal autē eſſe docetur cruore petris inhęrente, unde dum abſcinditur ſanguinē remittit. Nam alia ſunt uiuentia in aquis, quæ diſcurrunt ut piſces. Alia quæ ſtant fixa: ut oſtreæ, echinus, ſpongiæ. Ex his aliæ mares dicūtur, eo ꝙ tenues ſunt fiſtulæ ſpiſſioreſqꝫ. Aliæ fœminæ quæ maioribus fiſtulis ac perpetuis ſunt. Aliæ duriores, q̄s Gręci appellāt tragos: et nos hucoſas dicere poſſumus ob aſperitatē ſui. Nouiſſimum genus earum peniculi uocātur, eo ꝙ apte ſunt ad oculorum tumores, et ad tergēdas lippitudines utiles. Cādidæ ſpōgiæ cura fiunt, per ęſtatem enim ad ſolem ſternuntur, et ſicut cera punica candorem bibunt. Plinius. lib. 32. In mari Campanię uicino panem abiectum rapiunt: & ibidē. Ad nullum cibum in quo hamus ſit accedunt.

OPERATIONES.

Plin. lib. ut ſupra. Aquilæ nares ſpongi- 1
as cęteris pręferunt, nec uſqꝫ diutius dura

2 re ſpiritum medici aſſerunt. Harum genus molliſſimum penicilli, tumores oculorum ſedat ex mulſo impoſiti: abſtergēdæ
3 quoq; lippitudini utiliſſimi. Imponuntur & ipſæ ſpongiæ epiphoras expoſita et
4 ad dolores capitis ex aceto calido. Recentes diſcutiunt, molliunt, mitigant: ueteres autem uulnera glutināt. Vlcera hu-
5 mida & ſimilia impoſitæ ſiccant, fracturæ & uulnera. Spongijs utiliſſime fouentur: quia ſanguis rapitur in ſecando, ut perſpi-
6 ci poſſit curatio Infantium quoq; ſiriaſim id eſt capitis ulcera fungia frigida cerebro humefacto ſanat.

CAPVT. 91.



TEucha, Titimallus et Torpedo. Autor. Teucha piſcis eſt fluuialis uel ſtagnēſis oībus notus in limo ſicut āguilla nutrit⁹, unde & eius coloris eſt ſcilicet lutei, ſiue nigri: uterq; piſcis ſaporis dulcis eſt, ſed malæ digeſtionis. Iſidor. Titimallus nomē ex flore accepit. Tynum quippe flos appellatur Nam cum ſit ſpecie gratus, & ſapore iocūdus, tamē ſicut flos fragrat et corpore odores aſpirat. Idem torpedo dicta ē, eo q corpus tepeſcere faciat, ſi eam quiſq; uiuētem tangit. Torpedo ſicut & ſquatina eſt ex genere piſcium qui cartilaginem habēt pro ſpina, omniaq; talia carnoſiora ſunt, & ſupina ueſcuntur. Torpedo oua in terra ſeponit prēmollia in alium uteri locum transferens, ibiq; excludēs, octogenos habet fetus. Nouit torpedo uim ſuā, ipſa nō torpens, merſaq; in limo ſe occultat.

OPERATIONES.

1 Plinius lib. 32. Torpedo emollit aluum in cibo ſumpta. Et lieni medetur impoſita, procidentis 2
morbum intranei quoq; prohibet appoſita. Deniq; ſi torpedo dum eſt in libra ca- 3
piatur, triduoq; ſubdio aſſeruetur, faciles efficit partus.

CAPVT. 92.

TRebius & Tructa. Ex lib. de nat. rerum Trebius eſt piſcis niger, pedali tantū longitudine, habens tamen qnq; digitos in craſſitudine, hanc ei uim ineſſe Plinius recitat, ut pars eius in ſale ſeruata, aurum quod in altiſſimos puteos deciderit, admota extrahat ac fluctuare faciat. Hic colorem candidum in hyeme mutat: & ęſtate nigrior fit: ſolus inter oēs piſces ex alga nidificat & oua in nido parit. Trebius eſt in oceano, qui duro naues perforat roſtro.

Autor. Tructa exterius quidem uaria ſicut & petica: ſed interius rubea, quæ quidem (ut fertur) q̄diu minoris ętatis & corporis exiſtit, in aquis tantum dulcibus nutritur, & tructa uocatur: cum autem excreuerit & deſcendens uſq; ad confinia maris de ſalſedine illius biberit, ſalmo efficitur, quod tamē uerum eſſe nequaq̄ ab omnibus aſſeritur. Eſt autem uterq; piſcis delicioſus & ſapidus.

Ex libro de naturis rerum. Tructa piſcis eſt habitans in fluuijs dulcibus, qui magno impetu currūt de montibus, ſquamas habet ut ſalmo, carneſq; ſimilimas, ſed multo eſibiliores, & hoc in eſtate tantum à menſe Iulio uſq; ad Nouembrem. Hyeme uero carnes habet albas ut ceteri piſces minoriſq; ſaporis, maculas habet in dorſo crocias atq; ſanguineas.

Caput

CAPVT. 93.



TEſteum. Albert. in lib. de na. anim. Teſteū animal ē marinū, quod pellis duricie teſteum appellaſ. Hic aūt adeo ſpiſſam ex ſalſugine maris cōtrahit pellē & durā, ꝙ calor naturalis interior per poros reſpiraculum habere nō ualēs, cauſa eſt infirmitatis aliqñ: & tunc petit aquas dulces in q̄bus pellis deſpiſſatur: & ſic ſępe cōmutat ſeipſum: tamen ex mari nō potat, niſi aq̄s dulces quæ in mari ſunt ſicut olim in hac ſcientia probauimus per uas teſteum in aq̄ poſitum.

CAPVT. 94.



TEſtudo. Alber. in libro ut ſup. Teſtudines habitant in Indico mari, ita latas teſtas habētes, ꝙ hominibus ſufficiūt ad hoſpitia parte eorum in tecto poſita. Aliqñ etiā in teſtis illis nauigatur inter Inſulas quaſi in tymbis. Hæ teſtudines ſic capiuntur (ut dicit Plini.) in feruore enim ſolis gaudentes, toto dorſo eminente natāt in maris ſuperficie, donec ita deſiccanſ ꝙ mergi non poſſunt: & tunc inuitæ natant, donec manibus accipiunſ uidētium. Dicunt etiam aliqui ꝙ nocte ad paſtū teſtudies illæ egrediātur: & ſaturatæ obdormiūt in ſupficie aquæ natātes: & tunc plurimis ob capturā cōgregatis, tres natant ad teſtudinē quorū duo ad ap̄phenſam cōuertunt conchā, ita ꝙ in tergo latet oſtreū, tertius aūt laqueū inijcit capiti uel membro qđ eſt i loco colli, & reſidui qui in littore ſtāt trahunt ip̄m ad terram. Teſtudo autē hæc magna ſicut & parua dentes nō habet: ſed roſtri margines habet acutas modo pixidum: & dicit tanta eſſe oris eius duritia, ut etiam lapides cōminuat. Dicit etiam Plin. ꝙ hæc animalia coeunt pecudū more, et ꝙ feminæ coitū de facili nō ſuſtinent, donec maſculus aduerſus feminæ feſtucas in ore poſuerit. In terra egreſſæ ouant oua, ouis anſerū ſimilia: & facit centum uel amplius, & illa fodit in terrā extra aquā, & aliquando pectore iacet noctibus ſuper ea. Et ideo quidam dicunt ea uiſu fouere, ꝙ tantum eſt falſum fetus aut in terra educant, & inducunt in aquam. Teſtudines marinæ pecudum more coeunt: ut dicit Ariſt. & in terram egreſſæ oua uſq; ad centum ouis anſerum ſimilia pariunt, quæ & quidam ab illis tantum oculis ſpectando foueri dicunt.

Iſidorus. Teſtudo autem dicta eſt ꝙ tegmine teſte in modum cameræ adoperta eſt. Horum quattuor ſunt genera, quorum unum ē de quo hic agitur, ſcilicet teſtudo marina, Aliud uero teſtudo lutaria. De alijs ſuis locis dictum eſt.

Solinus. Thraciæ populi marinas teſtudines capere gaudent, quarum tanta eſt magnitudo, ut ſuperficies earum domū faciat & numeroſam familiam non arcte recepta.

CAPVT. 95.

Tigris & Trittæ. Alb. in lib. de nat. animalium. Tigris eſt animal marinum, caudam habet duorum cubitorum latitudinis, fœtum facit in mari, & nunq̃ in terra. In terra autem exit ad ſiniſtram, & hoc contingit: quia oculo dextro melius uidet q̃ ſiniſtro, flante aquilone libentius exeūt q̃ alio tempore. Plin. dicit ꝙ nauem inſequuntur curioſitate uidēdi uela, & hic ſtupore tantum detinetur, ꝙ tridēte in eos tacto uix fugiant, in hyeme latent ultra modum. Impinguantur ita ꝙ tertio anno uel quarto plurimum moriuntur. In Aethiopia trigridis beſtiæ ſunt colore fuſco, & duabus mammis à pectore dependētibus fœtus lactantes: ut dicit Soli. Dicit etiam ꝙ tigris in Ponto naſcitur: eo ꝙ aquas ceteris maribus habet dulciores. Et ſi flumina intrat, dextro latere intrat, ſiniſtro uero exit.

In lib. ut ſupra. Trittæ ſunt piſces fluuiales in his currentibus & fluuijs, qui cū impetu ruunt de montibus, ſquamas & carnes rubeas habēt. In æſtate ut ſalmo, in hyeme ſunt albeſcentes & minus ſapidæ. Maculas in dorſo habent & rufas & nigras.

CAPVT. 96.

Thynnus. Ex lib. de natur. re. Thynnus eſt monſtrum marinum habens duorum latitudinis cubitorum. In mari fœtificat tantum, ſed in terra exit ad paſtū. Plin. Thynnus naues ob curioſitatem uidendi uel a uento agitari perſequitur: & eo ſtupore intantum afficitur, ut etiam tridente in eum iacto terrore non moueatur. Hyberno tempore latet gurgitibus pinguescit intantum ut uita lōgiſſima per trienniū ſit, & habet quaſi eandem naturam cum tygri de quo in præcedēti capitulo.

OPERATIONES.

Dioſco. Thynnus ſalſus ſi plurimū fuerit, cōmeſtus mitigat uiperæ morſus.
Cathaplaſmatibus adhibitus medeť ca- 2
ninis morſibus. Pli. li. 32. Thynni adi- 3
pe recenti ad oris ulcera eſtuſus Attalus.
Pſilotrū eſt thynni ſanguis, & fel & ie- 4
cur ſiue recentia ſiue ſeruata. Iecur eti- 5
am tritum atq; mixtum cedro plumbea pi
xide aſſeruatum. Emendatq; palpebras 6
pſilotrum inutilibus pilis exemptis, in ueſtigia euulſorum inſtillatum.

CAPVT. 97.

Tortuca. Ex lib. de naturis rerū. Tortuca maris eſt mōſtrum ingens, formatum ad inſtar tortucæ terreſtris, ſed eius magnitudinem in immenſum excedens, nam octo cubitorum eſt eius longitudo, quatuor latitudo, clipeū habet quo contra iacula tegiť ad inſtar uſualis ſcuti triangularem, ſed multo maiorē, ut pote quinq; cubitorū. Crura habet magna, ungues magnos, & digitos ī pede maiores q̃ ſint in leonibus. Fortitudine quoq; & audacia mirabiliter uiget, qppe quæ tres homines inuadere non timet. Fortitudine quoq; fruſtratur, ſi dorſum ad terram uertatur, difficulter enim ſurgit ī dorſum conuerſa, propter latitudinem clipei qua a dorſo tanta belua includitur. Ariſtote. Tortuca poſtq̃ comederit uiperam, comedit origanum agreſte ne moriatur.

CAPVT. 98.

Vacca

VAcca & uitulus marinus. Ex lib. de na. re. Vacca marina mõſtrũ ē magnũ ac ualidũ & ad iniurias iracundũ, nõ habet oua ſed facit fœtũ unũ quidẽ ſępius, uel duos aut plus. Fœtũ tenere diligit, & ſecum ducit q̃cunq; uadit. Hoc aĩal 30. annis, qđ ꝓbatũ eſt amputatis eorũ caudis, uiuit. Vitulus marinus a ſimiludine terreſtris dicitur Ariſt. Vitulus marinus habet corpꝰ durũ & carnoſum, ideoq; grauiter interficiť, niſi cum uulnere & maxillis. Vox eius eſt ut thauri, quattuor habet pedes, nõ aũt auriculas, quia regimen uitæ illius et manſio ē in aq̃. Nam ſi eſſent ei auriculæ ſuper uias poſitæ, multum humorem reciperent, ac motũ & natationem in aqua prohiberent. Animal generat completum, eiuſq; partus eſt omni tempore ſicut hominis, precipue tẽpore partus caprarum.

CAPVT. 99.

VErith alias Verich, uipera & umbra. Iſidorus. Verich piſcis eſt uulgariter ſic dictus: Latine uero Ariſtoſus quia ariſtis innumeris armatur caro eius, ita ut incõmode edi poſſit, & nõ ſine faſtidio, unde pauperũ cibus eſt; tãq; omniũ piſciũ eſibiliũ uiliſſimus. In aquis dulcibus freqẽter habitat: in his tamen qui fluxu & refluxu maris amaricãtur. Capitur autem ſic: Rhetia tenduntur in longum aquæ uel in trãſuerſum, & ante rhetia ſuper aquas inſtrumentum inſtar arcus, ita ut fluitet ſuper undas: in ſuperiori autem eius parte nola ſuſpenditur, eius ſonum piſcis audiens gregatim aduentat tinnitum nolæ ſtultus ſequens, & hoc inditio patent, quia ſenſum habent auditus. Incidentes ergo in rhetia capiũtur in multitudine magna.

Idem. Vipera marina, piſcis eſt paruus pauloplus q̃ cubiti unius, in capite ſuper oculos unum cornu fert, paruum acutum & mortiferum, eo nanq; quemcunq; uulnerat ueneno inficit. Quod cauentes piſcatores capto piſce, caput ei amputant, reliquum uero corpus in uſum hominũ cedit. Idem, Vmbra dicitur à colore, eo q; coloris ſit umbroſi.

CAPVT. 100.

VErgiliales Albertus in libro de natura animaliũ Vergiliales piſces ſunt in duobus lacubus Italiæ lano uidelicet & uerbaciano ĩ radicibus alpium effuſis tantum ad uergiliarum ſtellarum ortum apparent, & in oĩbus alĳs tẽporibus latent. Hĳ piſces pulchras habent ſquamas, acutas ut claui. In capite autem ſunt parui, & poſtea in caligarum modum delectantur.

CAPVT. 101.

Vrano/ſcopꝰ, Vrtica & Vulpes marinæ. Plini .lib. 32. Vrano ſcopꝰ uo/caſ ab oculo quē habet in capite à quo ſubter & ſupra intē dit. Alio nomine gallie nuncupatur.

Huius fel cicatrices ſanat:et carnes oculorum ſuperuacuas cōſumit, ut dicit Menander in comedijs. Item lib. 9. Vrtica noctu uagatur, noctuq; mutatur, uis eius pruritu mordax eademq; terreſtris urticæ. Ariſtot. Animal genus quod Græce dicit akalabia, & creditur eſſe urtica maris: eſt ingens alias, inurens per ſe: nec habet teſtā ſed eius creatio eſt ſicut carnis. Et hoc genus ſentit et rapit quicquid appropinquat manibus, & applicatur lapidibus cum ſu/is pedibus, ſicut animal multorum pedū. Et fortaſſe tumeſcit corpus eius qn̄ appli/catur alicui rei. Habet autem orificium in medio corporis eius, & uenatur quicquid tranſit per ipſum ex piſcibus paruis: & comedit iricium & pecten: id eſt plais. Plin. lib. 9. Vulpes marinæ in periculo capturę glutiunt non tantū hamū, ſed amplius uſq; ad infirma li/neę, quę facile pro/dāt: ſic, ꝙ capere nō poſſunt. Vulpium terreſtriū aſſimiles.

CAPVT. 102.

Hippotamus. Ex lib. de nat. rer. Hippotamus eſt belua in terra naſcēs, ſed in aqua & terra equaliter potens, elephantibus plerūq; maior. Roſtrum habet reſupinum, dentes aduncos, noctibus ſegetes depaſcit, ad quas quaſi retrogradus pergit: libentius autem prę cęteris partibus corporis in pedibus uulnera recipit. In Nilo habitat, & in partibus Indiæ precipue reperitur: ex eius cutæ tornantur haſte. Ariſtot. Hippotamus: id eſt equus fluuialis: habet equinos crines, fiſſos pedes, ſotulares ut uacca: & eſt ſine facie, habens in pedibus kahab. Cauda eius ut porci, hīnitus ut eq, magnitudo ut aſini, corium eius groſſum ualde, ideoq; parantur ex eo ſotulares & corrigiæ. Interiora eius aſſimilantur interioribus equi & aſini. Et licet in terra maneat, ſine aqua tamen uiuere non poteſt, ſicut tortuca, & rana marina, & crocodilus.

OPERATIONES.

Plini. lib. 11. Corij uero craſſitudo talis, eſt Hippotamis, ut inde tornētur haſtæ cū ingenio quadam medica diligentia.

Cinis corij hippotami cum aqua illitus, 2
pānos ſanat: adeps eius febres frigidas.

Pellis eius è ſiniſtra parte frontis ad al- 3
ligata, uentrem inhibet, & eiuſdem cinis
alopœcias explet. Teſticuli. ʒ. i. ex aqua 4
bibitur contra ſerpentes. Fimus ſuffocans dentes è parte leua, dolorem dentium ſcarificatis gingiuis ſanat.

CAPVT 103.

Zedroſus, Zidrach, & Ziphi/us. Ex lib. de nat. re. Zedroſi beluæ marinæ ſunt Arabiam incolētes, quarū oſ/ſa adeo magna ſunt, ut fores in domibus & pallacijs tigna, & alia ſtructuræ

ſtructuræ neceſſaria de illis commode ſecē-tur. 40. nāq; cubitorum magnitudinis reperiuntur. In lib. ut ſup. Zidrach ē mōſtrum forma mirabile, quod prętendit maliciam in ſua figuratione, ſed innocuū reperitur. Caput habet ut equus, ſed forma minor. Corpus autem ex omni parte draconi ſimillimum eſt, totumq; diuerſimode coloratum. Caudam habet longam ſecundum quantitatem corporis ſui, gracilem et tortuoſam ut anguis, pinnas habet quoq; ſicut piſcis. In eodem lib. Ziphius eſt marina belua ualde formidabilis: & omnium animalium generi ualde diſſimilis, forma ſingularis, huius nāq; caput ſi uideris mōſtruoſum eſt omnino. Si oris abyſſum, fugies uelut imaginem mortis, ſi oculos, horrebis, ſi reliquum corpus, nihil in rebus ſimile te uidiſſe fateberis.

CAPVT. 104.

Zitirō. Iſido. Zitiron mōſtrū eſt quod uulgus militē uocat, & ē [redacted] & caput quaſi caſſide galeatum, ex cute rugoſa & dura ac firma nimis. Ab eius collo dependet ſcutum longum, latum & magnū, & interius cauū: ut in eo poſſit contra ictus pugnantium more defendi. Eſt enim forma triangulare, firmitate, duriciaq; tam ualidum, ut uix unq; poſſit iaculo penetrari. De collo eius & de ſpondilibus uenæ quędam ac nerui fortiſſimi protendūtur in humerum, quibus prędictum ſcutum pendet ī ſcapula. Brachia quoq; fortiſſima nimis habet, & quaſi manum biſulcam cum qua ualidiſſime percutit: unde fit ut difficulter nimis ab hoīe capi poſſit, et ſi captus fuerit difficulter etiam necari niſi cum malleis poterit.

CAPVT. 105.

Ziſius. Albe. in li. de natur. anim: Ziſius eſt anial maris, nulli alij ſimile, maximū & ingens de genere cetorū, caput habet monſtruoſum, os pfundum ualde, oculos horribiles: in toto corpore nulli alij ſimile niſi cete.

Libri de piſcibus finis.

SEneca in natur. queſti. lib. 7. dicit, ſicut in nobis nō tantum eſt ſanguis, ſed multa genera humorum, ſic & in terra plura ſunt humorum genera, quędam ſunt q̄ natura indurantur, hinc omnis metallorum humus quo aurum & argentum fit, generatur. Quędam ſunt quæ in lapidem ex liquore uertuntur, vnde lapides pręcioſi creſcunt. Quia autem in libro. 3. de aquaticis & natatilibus: earūq́ꝫ proprietatibus & naturis tractauimus, nunc dei auxilio librum quartum aggredientes de lapidibus precioſis, nec non de his quæ in terræ uenis naſcuntur, eorūq́ꝫ uirtutibus pertractabimus: et modum ſeu ordinem alphabeti, ſicut in pręcedenti obſeruādo. Et primo de Lapidibus dicemus.

DE GEMMIS/ ET IN TERRAE VENIS NASCENTIBVS

Liber Quartus.

CAPVT. 1.

ADamas latine: Arabice hager ſub edhig. Serap. li. aggr. ca. hager. Hager ſubedigēmes fluminis in quo eſt lapis demes. Et eſt flumen ad quod nunq̄ aut aliquis niſi Alexander uenit, et eſt in finibus Coraſceni. Et color ei⁹ approximat colori ſalis armoniaci: & ē fri. & ſic. in. 4 gra.

Et idem auto. Dioſ. Eſt lapis quo utuntur aurifices ponentes in ſtilo ad ſculpendos lapides. Euax in lapidario ſuo. Adamas eſt lapis duriſſimus, parū criſtallo obſcurior, coloris tamē liuidi fulgētis adeo ſolidus, ut nec igne, nec aliqua re frangat̃, molleſcat & ſoluat̃. Soluit̃ tamen & molleſcit ſanguine & carne hyrci precipue, ſi hyrcus ante aliq̄diu biberit uinū uel ſiſeleos comederit montanū uel petroſilinū, q̄a talis hyrci ſanguis etiā ad frangēdū lapidē in ueſica ualet. Soluitur etiā lapis ille à plūbo & nō trahit ferrū, eo q̄ nō ſit proprius locus generatiōis eius in minera ferrea, ut quidam mēdoſi dixerūt. Maior aūt quātitas eſt inuēta ad magnitudinem auellanæ. Naſcitur aūt ī Arabia & in Cypro, ſed in Cypro eſt magis mollis & obſcur⁹. Et hic lapis qn̄ magneti ſupponit̃, ligat magnetē, & non permittit eum ferrū trahere.

OPERATIONES.

[redacted]. Idem. Iſte lapis habet duas uirtutes, quæ raro aggregantur in alio lapide. Vna earum eſt q̄ nō cōiungitur alicui lapidi quin nō frangat̃, propter hoc coaptant̃ fragmēta eius in ſūmitatibus ferri aſperſi ad perforandū, & pforantur cum eo lapides alij ſicut ſmaragdus, Tabarzet, Saphirus: & aliæ gēmæ.

Alia uirtus eſt q̄ ſi accipiatur granulū unum ex fragmentis eius, & glutinetur in ſummitate ferri cū glutine romano, et intromittatur in ueſica per foramen uirgæ, frangit lapidem. Habet ſimiliter aliam pprietatem, quia nihil frangit lapidē hunc niſi plumbum, nā ipſum rūpit & cōterit.

Et

4 Et idē auto. Dioſc. Adamas eſt lapis q̄
utuntur aurifices ponētes in ſtilis ad ſcul
pendos lapides: & cōfert gingiuæ fluxæ:
5 e: purificat dētes. Et idē auto. Gal. Vir
tus eius eſt q̄ abſtergit abſterſione forti, &
ſignū ꝙ aurifices utūtur in hoc ꝙ indiget
abſterſiōe. Et nos iā experti ſumus ꝙ mū-
6 dificat dētes & abſtergit. Et in eo eſt uir-
tus aliqua calida, & propter hanc cauſam
admiſcetur in medicinis cōburentibus, &
in aliquibus deſiccatiuis q̄ curant gingi-
7 uas fluxus. [redacted]
8 [redacted]

CAPVT. 2.

AGathes ſiue agapis. Agathes (ſecūdū Dio.) habet marinā uirtutem ſcilicet q̄ calorem habet ſimilē pelli leonis. Iſaac beniamin. Agathes aūt lapis niger eſt, albis uenulis in modū cuiuſdam ſpeciei lapidis albeſten. Et inuenit̄ alius minor eiuſdē ſpeciei, qui ſimilis eſt corallo, & tertiū genus plurimum ſui ī Creta Inſula naſcit̄, q̄d habet in nigro uenas croceas. Eſt quartū genus Indicū & uariū, q̄ſi ſanguine ſit aſperſum.

OPERATIONES.

1 Dioſ. Agathes ualet ad morſū ſcorpio-
nis alligat⁹ uel illinitus cū aqua ſtatim tol
lit dolorē: tritus & uulneri aſperſus uel in
potiōe cū uino datus uiperarū curat mor
ſus: portatus facundum, prudentē, amabi-
2 lem & gratū facit. Iſaac beniamin. Pri-
mum quidē genus aptū eſt ad regum for-
mas, q̄ lapidibus inſculpuntur: & plurimi
lapides habent capite regum inſculpta.
Et cum iacent ad caput dormientis, fert̄ 3
oſtendere multa ſimulachra ſomniorum.
Tertium aūt genus q̄d creticū ē facit: ut 4
adiuuet uincere pīcula et uiribus cōuenit
cordis gratū et placētē facit: ut dicit Euax
& coloris facit hominē boni & facundū.

CAPVT. 3.

ALabādina. Iſid. Alabādina dicta eſt ab Alabāda regiōe Aſiæ, eſt aūt criſtallini genus, cuius color ad celido nīu uadit, ſed rarus. Arno. Alabandina fulgorem habet qui eſt rufus, clarus ut ſardius.

OPERATIONES.

Huius uirtus eſt ꝙ fluxum ſanguinis p̄ 1
uocat & augmentat. Ex lapidario. Eſt 2
alabandina cuius lux eſt emula ſardi. Indi
cis aūt dignum de nomine fallit amicum.

CAPVT. 4.

ALabaſtrites, Amandinus & abſinthus. Iſi, Alabaſtrites ē lapis candidus, interſtinctus uarijs coloribus. hūc cauāt ad uaſa

unguentaria, quoniam unguenta optime ſeruare dicitur incorrupta. Naſcitur circa Thebas Aegiptias ad Damaſcum Syrie, cęteris candidior: probatiſſimus in India. Plin. lib. 16. Alabaſtritem lapidem uocāt quē ad unguentaria uaſa cauāt. Naſcitur circa Thebas Aegyptias & Damaſcū Syrie. Hic cęteris candidior, ſed probatiſſimus eſt in Carmania, mox in India: iā quidem in Syria atq; in Aſia. Vtiliſſimus aūt et ſine ullo candore ī Cappadocia. Probatur ꝙ maxime coloris mellei ī uertice maculoſi atq; non tranſlucidi: uicia ſunt ī his corneus, colore candidus, & quicquid uitro ſimile eſt. Secundum Albert. Lapis amandinus eſt gemma coloris uarij. Lapis abſinthus ſecūdum Albe. eſt de genere gēmarum colore uitrei rubeis uirgulis.

OPERATIONES.

1 Dioſ. Alabaſtrites eſt laxatiuus, mollit deniq; duricies et ſtomachi dolorē ceroto
2 admixtus. [redacted]
3 Alb. Abſinthus. Virtus huius fert eſſe ſicut lapis, Albeſcarij, licet ſatis remiſſior. Nam accēſus pmanet calidus p ſeptē dies uel amplius, propter eandem cauſam q̄ dicetur de la
4 pide albeſcario. Lapidis huius uirtus ē in puocando & augmentādo fluxum ſanguinis, ut experimentatores aſſerūt.

CAPVT. 5.

ANdrodamanta & anthracitis. Iſidor. Androdamāta nitorē habet ardēti: et pene adamas ſemper teſſeris q̄drata. Magi putant ei nomen impoſitum ab eo ꝙ domare ac refrenare dicatur impetus uel iracūdias animorū. Gignit aūt ī mari rubro.

OPERATIONES.

Arnol. Androdamāta lapis eſt coloris 1
argentei, trahiturq; de rubro mari, forma eius ut teſſara, duricies ut adamātis. Virt9 eius eſt cōtra furorem animūq; cōmotū.

Ex Lapida. Androdamanta lapis eſt q̄ 2
ſi teſſara quadra, ipſe maris rubri mixtus reperitur harenis. Quē Magus affirmat tāte uirtutis haberi: ut poſſit pſens aníos ſe[redacted] 3
[redacted] 4
[redacted] in ignē, uelut mortuus ex[redacted]
perfuſus exardeſcit. Plin. lib. 16. Eſt in 5
ter carbunculorum ſpecies anthracitis in Theſprocia foſſilis, carbonibus ſimilis. Hęc q̄q; candida uena pcincta traditur.

Ariſtot. Antrax id eſt carbunculus ru 6
beus. Si cum eo ponatur orithi nocte luce
bit. Albe. Androdamāta eſt lapis colo 7
ris argentei, in mari rubro naſcitur. Eſt au
tē quadratus et durus ſicut adamas, Vir 8
tutē babet contra furorē, & facilis animi cogitationē & triſticiam & grauitatem.

CAPVT. 6.

ALlectorius. Solinus. Allectorius lapis traditur qui criſtallina ſpecie fabe modo in gallinaciorū uentriculis naſcitur aptus (ut dicūt) pliatoribus. Dioſc. Allectorius lapis in uentribus gallorum gallinaceorū inuenit. Arnol. Allectorius ē lapis obſcuro criſtallo ſimilis ē uētriculo galli caſtrati trahitur

ti trahitur poſt quartum annũ. Vltima eius quantitas eſt ad magnitudinem fabæ. Ex lib. de nat. re. Allectorius eſt lapis criſtallo uel aquæ limpidæ ſimilis. In iecore gallinace reperitur, ſi caſtratus fuerit, poſtꝗ tribus annis uixerit caſtratus. Nullus maior eſt fabæ, poſtꝗ hic lapis in gallinaceo fuerit, nunꝗ bibit.

OPERATIONES.

1 Dioſc. Allectorius in uẽtribus gallina-
ceorum inuenitur, quẽ gladiator habẽs in
2 ore permanet inuictus ac ſine ſiti. Mu-
lieribus quoq; quæ uolunt placere uiris p
derit, quia portantes ſe probas ac ſpecio-
3 ſas reddit. Arnol. Allectorius excitat
uenerem, hominẽq; & conſtantẽ facit, atq;
4 in ore tẽtus ſitim reprimit. Ex li. de nat.
re. Allectorius ualet frigidis, aut qui coire
5 non poſſunt. A muliere quoq; habitus,
facit eam uiro ſuo placere, portãtẽ ſecum
facit inuictum & ſine ſiti. Hinc reges eum
6 habentes in ore fortiter dimicant. Phi
ſiol. Allectorius in uentre galli naſcitur, q
poſt tres ãnos caſtratus, & poſtea per ſeptẽ
annos uiuẽs: hũc lapidẽ portat idẽ gallina
7 ceus. Hic lapis ſitim extinguit, hominẽ
q; diſcretum & gratum, maximeq; uxorẽ
marito facit. Vt autem habet hec oĩa clauſus in ore portatur.

Ex Lapidario.

Ventriculo galli qui teſticulis uiduatus,
Cum tribus ad minimum factus ſpado uixerit annis,
Naſcitur ille lapis: cuius non ultima laus eſt
Et per bis binos capit incrementa ſequentes,
Menſuramq; fabæ creſcens excedere neſcit.
Criſtallo ſimilis uel aquæ cum limpida paret
Inuictum lapis hic reddit quæcunq; gerentem,
Extinguitq; ſitim patientis ore receptus.
Nam Milo Crotonias pugiles hic præſide uicit
Hoc etiam multi ſuperarunt prælia reges.
Hic oratorem uerbis facit eſſe diſertum.
Conſtantem reddens cunctiſq; per omnia gratum
Hic circa ueneris facit incentiua uigentes.
Commodus uxori quæ uult fore grata marito.
Vt bona tot preſtet clauſus portetur in ore:

CAPVT.

AMethyſtus. Iſid. Amethyſtus Indicus inter purpureas gẽmas tenet principatũ. Eſt autem color eius purpureꝰ permixto colore uiolaceo, & quaſi roſæ nitor, leniter quaſdã flammulas fundẽs. Alterum genus eius deſcendit ad Hyacinthos. Cauſam nominis eius reddunt, quia ſit in eius purpura ꝗdam modo ĩ toto igneũ, ſed uini colorem habẽs. Eſt autem ſculpturis facilis. Huius gem[illegible]enera ſunt quinq;. Arnol. Amethyſtus eſt gemma purpurei coloris ut roſa, et tranſmittitur ab India. Sunt quędam eiꝰ ſpecies ſed hęc id eſt Indica cęteris utilior eſt, huic mollicies ad ſculpendũ ineſt Plin. lib. 16. Indicæ quidẽ amathyſtæ principatum tenent: ſed in Arabiæ quoq; parte quæ eſt finitima Syriæ, petręa uocatur, & in Armenia minore & in Gallacia repiuntur & in Aegypto. Sordidiſſimæ atq; uiliſſimæ ĩ Tharaſo & Cypro. Indicæ abſolutum Phænicis purpuræ colorem habent, & ad hanc tingentium officinæ uota dirigunt. Fundit autem cum aſpectu leniter blandum, neq; in oculos ut carbunculi uibrant. Alerum earum genus deſcẽdit ad Hyacinthos, & hunc colorem Indi ſacon vocant. Eſt & pangrites in confinio Arabiæ gentis: Quarum genus colorem uini habet; Quintum ad uicina deſcendit criſtalli albi. Has gemmas Magorum uanitas promittit ebrietati reſiſtere, multaq; mira efficere.

OPERATIONES.

Ex lib. de na. rer. Amethyſtus uiolacei coloris eſt optimus. Eſt autem quędam uelut gutta uini rubei aqua corrupta, & hæc facile eſt ad ſculpendum; ualet multum

uinum bibentibus, quoniam ebrietati eſt
2 contrarius. Ariſtot. Lapis amethyſtus ſi eũ poſueris ſuper umbilicum, uaporem uini prohibet, ebrietatemq; ſoluit, & hominem a cõtagio liberat.
3 Arnoldus. Virtus amethyſti eſt contra ebrietatem, facitq; hominem uigilem, malamq; cogitationem repellit, & intellectum bonũ tribuit.

CAPVT. 8.

ASius Dio. Aſius lapis in Alexãdria tantũ inuenitur, qui optimus ẽ ad uſum medicinæ q eſt colore candidus ac leuis ĩ modũ punicis, ac uelut puluis manibus inſidens, ſanat fiſtulas, ſcrofas, podagrã & alias paſſiones. Sera. Lapis aſius eſt lapis qui inuenitur in Alexandria, & flos lapidis nominatur fuca, & eſt lapis aſius: ẽ quoddã qđ apparet ꝑ ſubſtantiã eius ſimile pulueri molẽdini, & reperit̃ ſub eo & circa eũ: & iſtæ lapis eſt albus, & oportet ꝙ eligat̃ ex eo illé qui eſt albus leuis ſimilis Punici ſubtilis cito frangibilis: in q̃ ſunt uenæ occultatæ, & ſuper quẽ ẽ flos ut ſal rubeum: & eſt hic lapis ſuccus, ſimilis ſpongiæ, & generatur ſuper eum farina, ex qua eſt quedam alba, quedam rubea ſimilis Punici, declinãs ad croceitatẽ, & quãdo applicat̃ linguæ mordicat mordicatione pauca. Et idem auto. Gale. Nominatur hic lapis nomine aquiſito a loco id eſt aſia: et nõ eſt omnino durus ſicut lapis, ſed aſſimilatur ĩ colore ſuo & ſubſtantia ſua, lapidibus qui reperiuntur in lauellis balnei. & eſt tener & frangitur cito, & ſuper ipſum eſt ſimile puluere molẽdini reperti ſuper parietes molẽdini, & hęc medicina nominat̃ flos lapidis aſios, & eſt ſubtilis propter ſuam ſubtilitatẽ, diſſoluit carnes ſiue mordicatione.

OPERATIONES.

Sera. auto. Dio. Virtus huius lapidis & 1
floris eius eſt, q̃ curat ulcera profunda, quę
ſunt difficilis ſanationis quando eſt ſiccus
& aufert carnẽ ſupfluã q̃ fit in eis, q̃ eſt ſi-
milis fungi. Et curat ulcera fraudulẽta, 2
& replet ea carne, & mũdificat ea. Et qñ 3
admiſcetur cum melle & aceto cõuenit ul
ceribus fraudulentis, & non ſinit ea auge-
ri in corpore. Et quando admiſcetur cũ 4
farina fabarum & fit emplaſtrũ, podagræ
cõuenit multũ. Et cõuenit duriciei ſple 5
nis, & quando cũ eo fit lohoc cũ melle, cõ
uenit ulceribus pulmonis. Et cũ ponit̃ 6
ex hoc lapide ſcabello ſuper quod tenent
podagrici ſemper pedes, dicitur conferre
eis. Et quãdo puluis eius aſpergitur ſu- 7
per corpora pinguia in balneo loco nitri
extenuat ea. Et qui uult abluere lapidẽ 8
hunc aut florem eius, abluat ſicut lauatur
climia.

CAPVT. 9.

ALbeſton. Albertus in lapidario ſuo. Albeſton eſt coloris ferrei ſecundum Plinium in Arabia inuenitur.

OPERATIONES

Albert. Virtus mirabilis eius in tẽplis 1
deorũm eſt manifeſta, eo ꝙ ſemel accẽſus
uix aut nunq̃ poterit extingui, eo ꝙ natu-
ram habet animalis quod ſalamandra uo-
catur, cum modico humidi unctuoſi pin-
guis inſeparabilis. Iſidor. Albeſton eſt 2
Archadiæ lapis, ferrei coloris, ab igne no
men ſortitus, eo ꝙ accenſus ſemel, nunq̃
extingitur. idem alſemg. lib. de imagine mundi. cap. [illegible].13.

CAPVT. 10.

Aquilæ

AQui læ la pis ē. Vt dicit Se rapi.libr. aggre. ca pit.Hage ratha- mach id eſt lapis aquilæ. Et eſt la- pis Ind⁹ qui cum agitatur, auditur intra ipſum lapis alius, & minera eius eſt in montibus Indiæ inter chinaos & ſarandi iuxta littora oceani. Et uocať a grecis alleuiās partum, & hęc proprietas eſt iuuenta in hoc lapide aquilæ. Et idem aut. Raſis. Athamach eſt medicina Indiæ & ē lapis ſimilis caſtaneæ, niſi quia habet colorem uellereū, & qn̄ agitas ipſum, auditur intra ipſum lapillus, & qn̄ frāgis eū, egreditur ille lapillus, & eſt ſicut auella- na uergens ad albedinem. Et idem Raſis lib. de proprietatibus dixit: ꝙ eſt lapis ſimi lis ouo, & quod habet intra ſe lapillum. Albe. in lapidario ſuo. Echites lapis id eſt aquilæ & eſt gemmarum optima, & eſt co loris punicei & uocatur a quibuſdam aq- leus, & ab alijs Herodialis, eo ꝙ aqlæ hunc ducunt ad nidum ſuum iuxta oua ſua col locantes, eundem ſicut grus inter duo oua quæ facit collocat. Hoc enim expertū ad ſenſum i Colonia, ubi grues fœtus fecerūt multis annis in quodam horto. Inuenitur autē lapis aquilæ iuxta littora oceani, ubi eſt optimum genus echideorum, qui ſunt heredes auium. Dicitur autem ꝙ in Perſia aliquando inuenitur. Eſt autem modus ei us, ꝙ in ſe continet alium lapillum, qui in ipſo ſonat quando manu mouetur.

OPERATIONES.

1 Serap. Hic lapis Aquilæ dicitur. Nā cū aquila uult parere oua ſua, defert hunc la- pidem maſculis à partibus Indiæ, et ſuppo nit eum aquilæ, & facit eum parere facile, & alleuiat eius dolorem, & hoc idē facit mulieribus, & animalibus quando poniť ſub eis in hora partus.

2 Et idē auth. Raſis. Quando ponitur in petia, & ſuſpendi tur mulieri coxa quando debet parere, fa- cit accelerare partum cum facilitate.

3 Et ſum expertus hoc & inueni ſic eſſe, & oēs concordant in hoc, ꝙ alleuiat partum quā do alligatur coxæ: & iuuat quando poniť loco peoniæ, inuenitur ad curandum. Iſte lapis inuenitur apud nos, & ꝙ̄plures: ueri ficaui de eo multoties experientiam.

4 [redacted]

5 Prohibet caſum caducorū, ſimiliter de adminiſtratione ueneni ſi aliquis ſuſpectus ſit poſitus in cibo illo prohibet ne poſſit ab eo deglutiri cibus il le. Si lapis ſubtrahatur, mox deglutiet.

6 Alber. Fertur autem ꝙ ſi ſuſpēſus in ſi- niſtro brachio, conuenit pręgnantibus, & conciliat amorē & diuitias auget ubi fer- tur.

7 Et impręgnantibus impedit abor- ſum, & periculum parturitiōis mitigat. Et ait ꝙ prohibet caſum caducorū ſimiliter.

8 [redacted]

9 Quęrūt aūt aquilæ hunc lapidē, et imponūt nido ſuo, & grues inter oua ſua, ſed in uno anno ponūt unū, in alio alium.

10 Dicunt autem quidā, ꝙ fa ciunt ad mitigandum calorem ouorū, uel corporis aquilæ, ne oua nimis calefiant, et hoc eſt probabile.

11 Quidam aūt dicūt ali quid cōferre ad eorū formationem aut ui- uificatiōem, quod aūt quidam dicūt, ꝙ la- pis ab alijs auibus ouis interponať, ne oua frangātur, falſum eſt: quia citius ad lapidē ꝙ ad ſeipſa colliſa frangunť.

12 [redacted]

CAPVT. II.

Astrios, Aſterites Iſidorus. Aſtrios gemma ẽ criſtallina in India, criſtallo propinqua, in [redacted] poſita fulgorẽ rapit & geri[redacted] In Carmania naſcitur gẽma, quæ aſtrios uocaẽ, ſimiliter ut aſtiria uel aſtirites cãdida, criſtallo ꝓpinqua. In India uero naſcẽs, & in pallenis littoribus aſtrios. Quidã aũt cauſam nominis huius reddunt, ꝙ aſtris oppoſita fulgorẽ rapiat & gerat, optimã aũt in Carmania nulliqꝫ uitio obnoxiã gigni Idem .Iſidor. Aſterites eſt gẽma cãdida lucem cõtinens incluſam ueluti ſtellam intus ambulantẽ, ſoliſqꝫ candicantes radios reddit [redacted] Pro [redacted] tem. [redacted]

CAPVT. 12.

Arena. Iſidor. Arena ab ariditate dicta eſt. Huius ꝓbatio eſt ſi manu [redacted] didam ſparſa, nil ſordis relinqt. Vitruuius. Alia eſt arena foſſicia, alia fluuiatica uel marina. Arenæ foſſiciæ ſunt hęc genera ſcilicet nigra, cana, rubea, carbũculina. Ex his optima erit quæ in manu cõfricata ſtridorem fecerit: quæ autem terroſa eſt aſperitatem non habet. Item ſi in ueſtimentum cãdidum coniecta, fuerit arenaria. Vnde fodiatur tamen de fluminibus, & e glarea extrahatur: hęc tamen in ſtructuris odioſa ẽ, quia difficile ſic ceſſit, nec onerari ſe continenter paries patitur, niſi intermixtiõibus requieſcat, nec concamerationes recipit. Marina uero hęc amplius, & etiam parietes cum in his tectoria facta remittẽtes ſalſuginem eorum diſſoluuntur. Siccеſcunt autem celeriter foſſiciæ, & tectoria permanent, & concamerationes patiũtur. Sed hę quæ ſunt de arenarijs recentes, ſi enim exemptæ, diutius iacent a ſole & a luna a bruma coactæ, reſoluuntur & petroſæ fiunt: ita, ꝙ in ſtructuram coniectæ cementa cõtineri non poſſunt: ſed labuntur & ruunt oneraqꝫ parietum ſuſtinere non poſſunt. Pal. de agricultura lib. 1. Omniũ arenæ generum pręcipue melior eſt ruffa, ſequentis meriti cana. Tertium locũ poſſidet nigra. Sed foſſibilis arena nõ inuenitur. De fluminibus autem glarea uel littore colligitur, Marina quidẽ tardius ſiccatur, ideo ꝙ non continue, ſed intermiſſis temporibus eſt conſtruenda, ne opus corrumpat onerata.

OPERATIONES.

Ex libro de naturis rerum. Arena ſparſa ſuper flammam inextinguibilem extinguit eam. 1

Dioſcorides. Arena maris quæ in littore eſt ſole calefacta, carnes humidas deſiccat. 2

Item cocta ſacellis, ad compeſcendũ tumorem intraneorum iuuat. 3

CAPVT. 13.

Argilla

ARgilla. Barthol. de proprietatibus rerũ. Argilla ẽ terra tenax, glutinoſa & uiſcoſa, ad uaria figulorum opera diſpoſita atq; apta. Et ſic ſecundum Iſidorum .lib.16. capit.1. ab argis ſic uocata, apud quos primo ex tali materia uaſa fictilia ſũt effecta. Et ut ibidem dicitur, talis terra per actionem caloris liquidiores partes conſumentis, & terreſtriores conſolidantis in laterẽ commutatur. Sepe etiam contingit, ꝙ talis terra lutea, unctuoſa frigiditate aquæ cõgelãte in lapidem commutatur. Sępe etiã accidit talis transmutatio ſcilicet luti unctuoſi in lapidem ex calore coagulante: ſicut enim dicitur libro .4. metheororum. Lutum unctuoſum aptum eſt huic tranſmutationi, ſcilicet in lapidem per coagulationem, quare unctuoſum eſt medium inter uiſcoſum & uaporatiuum, habens humidum uiſcoſum. Vnde gratia uaporatiui poteſt à calido coagulari, gratia uiſcoſi nõ poteſt ex toto educi, ſed amplius cõprimi & conſolidari, & ſic in lapidem trãſmutari.

OPERATIONES

1 Vt ibi dicit commentator. Argilla ẽ frigiditate ſua ſanguinis reſtrictiua.

2 Conſtantinus. Argilla cum forti aceto fuerit diſtemperata, appoſita fronti & tẽporibus, prohibet ſanguinem naribus fluentem.

CAPVT. 14.

ARmenus ſecundũ Plin. proprio capi. Lapis armenus eſt dictus & nominatꝰ a regione illa, & eſt liuidus et ſubalbidꝰ cuius melior eſt habens colorem medium in uiridem obſcurum, terreum & indum, et habet macularũ diſtinctiones uirides & nigras. Auic. lib. 2. capi. de lapide armeno, eſt aliquantulũ azulini coloris, nõ tamẽ eſt in colore azuli, & non eſt in eius ſoliditate, ſed eſt in eo arenoſitas quedam, & quando q; utunť eo tinctores & pictores loco azuli, & ẽ lenis tactu.

OPERATIONES.

Iohannes meſue. Lapis armenus, inq̃t, 1
Alexander, à uerificatoribus eſt inuentus
habere prerogatiuam in educendo colerã
nigram, cuius operatio incolumior eſt el-
leboro nigro, & uirtuoſior lapide lazuli:
melior eſt habens colorem medium inter
uiridem, obſcurum & terreum & indum:
& habet macularũ diſtinctiones uirides
& nigras, & qui non eſt in termino lapi-
dis, immo facile diſſolubilis pulueriſabi-
lis. Et qui eſt lenis tactu, carens aſperita 2
te, calidæ complexionis in principio ſecũ
di, & ſicca in ipſo. Et eſt reſolutiuus, ab 3
ſterſiuus: & eſt conturbantibus & ſubuer
tentibus ſtomachum & educit per uomi-
tum & uentrem: & nocet ſtomacho, gene
rans ſubuerſionem, & faciens ſolutionem
cum anguſtia. Et dixit Alexander: Nõ 4
lotus, ſoluit per uomitum & per uentrem
ſine moleſtia. Ars autẽ in lauando ipm̃ 5
eſt hæc: teratur cum facilitate in uaſe lapi
deo, deinde fundatur ſuper ipſum aq̃ dul-
cis & lauetur ſic terẽdo, & fiat illud trige-
ſies ſemꝑ innouãdo aquã: et adhuc decies
laueť cũ aq̃ roſarũ. Et dixit Alchindus 6

Lauetur cum aquabugloſſæ poſt depura
tionem eius, acquiritur enim ei proprie-
tas mirabilis ex hoc ad ęgritudines melã-
6 colicas. Auicenna. Soluẽdo educit me
lancoliam plus ꝗ lapis lazuli, & propter
ipſum dimittitur elleborus niger.
7 Iohannes Meſue. Educit ſolutione co-
leram nigram cum uirtutæ, et mundificat
cerebrum ex ea, & ualet ad ęgritudines ei-
us melancolicas: ſicut eſt mania, & uerti-
8 go, & dolor capitis et epilẽtia. Et ad ęgri
tudines timoris & ſuſpitionis, & ad leprã,
& ad ęgritudines ſplenis & ad cancrum,
& morpheam, & febres melancolicas.
9 Doſis non loti, potio eſt a. ℨ. ß. uſq; ad
1. ß. & loti potio eſt a. ℨ. i. uſq; ad. ij.

CAPVT. 15.

ANtimonium latine: Grece antimonos. Antimoniũ eſt uena terræ ſimilis plũbo. Verũ eſt qđ antimoniũ teritur, et non funditur: plumbum uero funditur, & nõ teritur. Et habet in fracturis ſuis claritatem quando frangitur. Et illud eſt melius qđ in fracturis ſuis nõ habet aliquid ex terra uel aliqua ſorde. Et ideo ablutum & mundum debet poni medicinis. Eſt frigidũ & ſiccum in. 3. gradu. Serap. lib, aggreg. capi. Antimonium eſt uena terræ ſimilis plumbo, & eſt medicina ocularis, quod decernitur à metallo: quia antimonium teritur, metallum uero non ſimiliter, metallũ funditur, antimonium aduritur. Antimoniũ quanto clarius, tanto melius. Et idẽ auto. Dioſcor. Melius ex eo, eſt fortius, & illud quod frãgitur, & habet in fracturis ſuis claritatem & luminoſitatem: & quod eſt interius mundum, & non habet aliquid admixtum ex terra uel ſorde aliqua. Almanſor tractatu. 3. cap. de antimonio. Antimonium frigidum & ſiccum eſt in. 3. gradu.

OPERATIONES

Ad hæmorroidas exiccandum inijciatͬ 1
ſuccus peucedani per cliſterem: & poſtea
ſi ſint exterius, pone puluerem antimonij
deſuper. Si ſint interius puluis inijciatur
cum calamo poſito in ueſica inflata.
Puluis eius cum ſapone Spatarento uel 2
Gallio conficiatur: & licinium in eo intin
ctũ orificio fiſtulæ immiſſum curat. Pul-
uis eius in cãcro poſitus comedẽti, aut car
ni ſuperfluæ optima eſt cura.
Cõtra polypum magdalino ex apoſto 3
lico formatus inſparſo puluere antimonij
& naribus immittatur & aufert ipſum.
Collirium ex puluere antimonij & pul 4
uere nuclei mirabolanorum citrinorũ, æq;
pondere addita aqua roſarum, uel pone
de tuthia cum antimonio.
Bombix intincta in ſucco ſanguinariæ 5
cum puluere antimonij, naribus immitta-
tur, & remouet fluxum ſanguinis ab ipſo.
Ad cohibendum ſanguinem puluis an 6
timonij in ſucco tapſibarbaſti cõficiatur:
& bombix intincta ſuperponatur.
Serap. auto. Gale. In hac medicina ẽ uir 7
tus ſtiptica, & conglutinatiua, & infrigi-
datiua, aufert carnem ſuperfluam quæ ẽ in
ulceribus, & incarnat & conſolidat ea, &
mundificat ſordicies eorum.
Et ſtrigit fluxum ſanguinis narium, & 8
proprietas eius eſt conferre epilẽtiæ, & ſu
perfluitatibus groſſis.
Almanſor. Antimonium oculum effi- 9
ciens robuſtum, ipſius cuſtodit ſanitatem
ſuppoſitum quoq; menſtrua conſtringit.
Paulus capit. de antimonio. Antimoni 10
um ſua frigiditate & ſiccicate ſanguinem
de naribus ſtrigit: & ualet ſi miſcetur col-
lirijs oculorum.
Seniores eo utentes habẽt oculos inco- 11
lumes, quia neruos confortat, & omnẽ ma
culam & nocumentũ aufert, maxime ſi pa
rum de eo miſcetur.

CAPVT. 16.

Atramentum

ATramentum. Iſido. Atramentum ſic dictũ ẽ, eo ꝙ ſit atrũ. Cuius ſpecies & picturæ & quotidiano uſui neceſſaria eſt. Ex lib. de aluminibus & ſalibus. Atramentũ eſt aqua & tinctura ꝙ terræ ſiccitas coagulauit. Et eſt in ſui natura calidum & ſiccũ. Huius multa ſunt genera, quorum melius eſt i Hiſpania. Et ipſum quidem denigrat corpora. Et augmentat rubeum rubedine. Album uero denigrat. Ex lib. 4. metheororum. Atramenta compoſita ſunt ex ſale & ſulphure & lapidibus. Et eſt in eis uis aliquorum corporum liquabilium: quoniam ex eis fiunt, ut calcãtum & abachar generantur ex maioribus granis atramẽti: & nõ ſoluitur ſalſedo eius, niſi cum eo quod in eo eſt ſulphureum, & poſtea coagulatᷣ reſiduum. Illudꝗ iam cepit uim mineralẽ in aliquibus corporibus. Quod autem ceperit uim ferream, erit rubeum aut croceũ aut, calathar. Quod autem uim ęream, erit uiride, ſicut calcãtum. Vnde poſſibile eſt illa duo artificialiter fieri.

OPERATIONES.

1 Auicen. in. 2. canone. Atramentum ca-
2 lidum eſt & ſiccum in. 3. gradu. Omnia
ſunt adurentia: et ſtiptica ſcabiei conferũt
humidæ, ac duriciei palpebrarum, & aſpe
ritati earum, aut apoſtematibus inguinis.
3 Eſt autem in atramento uirtus ueneno
ſa, deſiccans pulmonem, ita ꝙ fortaſſe in-
4 terficit. Sufflatur autem in naribus pro
pter fluxũ ſanguinis, & proprie althocho-
5 tar, ex quo etiam fiunt licinia. Et ponũ
tur in fiſtulis: & extirpant uentoſitatem.
Licinium quoꝗ cõfert ulceribus auris, &
ſaniei eius, & prohibet corroſionem den
tium. Itẽ in ipſo ſunt aduſtio uehemẽs, 6
& curſuum ſanguineorum conſtrictio, &
exſiccatio eſt ſtipticitas plurima. Cõfert 7
formicæ & heriſipilæ qñ linitur cũ aqua
coriandri, pulueriꝫatur autẽ ſuper frau-
dulentum uulnus et ambulatiuum, adurit
carnem additam. Confert etiam fluxui 8
ſanguinis narium & apoſtematibus gin-
giuæ. Et prohibet fluxum matricis, po- 9
nitur etiam in alcofol ad abſtergẽdum, &
ſubtiliandum groſſitudinem palpebrarũ.
Hoc idem dicit Plinius: licet per alia ỽba.

CAPVT. 17.



ALumen. Iſidorus. Alumen uocatur à lumine, qa lumen preſtat coloribus tingẽdis. Eſt autẽ ſalſugo terræ, efficiꝰ ꝙ hyeme ex aq̃ & limo, & æſtiuis ſolibus maturatur. Huius ſpecies due ſunt, & liquidũ & ſpiſſum Dioſco. Aluminis ſpecies multæ ſunt, ſed medicinę tres neceſſariæ: Rotũdũ, ſciſſum & liquidum. Rotũdum probabilius ẽ, qđ naturali rotunditate formatũ eſt, fiſtuloſum ſubalbidũ fricabile non lapidoſum aliqua ex parte pallidũ, pingue ſcilicet & uehementer redarguẽs. Sciſſum aũt optimum eſt, quod eſt quaſi flos albus, rotundum, leue &c. Liquidum deinde melius eſt, quod eſt leue perlucidũ, in ſummo aliquid in modum floris quaſi lac habens. Raſis in lib. de aluminibus & ſalibus. Alumen eſt oleũ quod coagulauit ſiccitas terræ: & eſt in natura ſui calidum & humidũ retinet omne uolatile, mundificat & decorat corpora, & augmentat tincturam eorũ Alchimiſta. Alumen large ſumpto uocabulo, dicitur omne quod ligat tincturã in corpore aliquo, ut in pannis & corijs. Et

ſicut ſunt diuerſæ tincturæ ſic & alumina
diuerſa. Nam tinctura quęlibet alumine
ſuo indiget, ſine quo imprimi non poſſet,
uel cum corpore ligari. Vnde non (ut qdã
putant) alumen dat lumen, ſed facit adhe-
rere lumen id eſt colorem, ſicut apparet in
corio: quia non preparaĩ cum galla, ſi non
imprimitur tinctura. Itaq; galla eſt alumẽ
tincturæ nigræ, ſicut cinis clauellatus ẽ alu
men gladij. Alumen quoq; de quo agitur
eſt alumen rubeæ tincturæ, licet alumen
non rubificet niſi album.

OPERATIONES.

1 Platea. Alumen cali. eſt & ſic. in .3. gra.
uirtutem habet conſumendi, & uehemen
2 ter deſiccandi. Quod album eſt melius
eſt ac acutũ & ſalſugini immixtũ. Quod
aut feculentũ & cereũ, eſt impurum: uſus
eius contra cancrum & inflationes gingi-
uarum, & contra ſcabiem. Balneum aquæ
aluminoſæ ualet hydropicis, ſcabioſis, ar-
3 teticis. Dioſc. Oẽ autem alumẽ uirtutẽ
habet conſtrictiuam & uehementius con
ſumptiuã. Medetur deniq; putredinibus
& ſanguinis fluxibus.
4 Gingiuis humectis ſeu dentibus molli
bus cum aceto uel melle.
5 Idem aurium fluxus cum ſucco poligo
niæ curat: carnes quoq; ſupfluas & pudo-
res alarum uel inguinum ſanat.
6 Auicenna. Alumen eſt calidum & ſic-
cum ad .3. Exiccat & prohibet fluxum oĩs
ſanguinis, & curſum ſuperfluitatum & ef
fuſionem earum.
7 Cum aqua interficit alkarad id eſt cini-
ces & pediculos & fetorem oris tollit cũ
fece uini: tantundem aluminis deſiccat ul
cera difficilia, cum ſal gemma ualet corro
ſioni & aduſtioni ignis.
8 Ex lib. de na. re. Vniuerſaliter alumẽ ca
ptum & ſiccum eſt in. 4. gradu ſtipticũ &
mundificatiuum, & uiſus obſcuritatis cla
rificatiuum, ſuperfluam palpebrarũ car-
9 nem aut membrorũ corrodit. Peſſima
10 & ſicca uulnera inhibet, ne corpori peram
bulent. Cum aceto & melle mixtũ, dẽ-
tes confortat infirmos. Et ualet tumidis
gingiuis.

CAPVT. 18.

AV-
rum
Iſid. Au-
rũ ab au-
ro diciĩ,
id eſt à
ſplendo-
re, q̧ rep-
cuſſo ae-
re plus
fulgeat.
Ex lib. de
natu. rer.
Aurũ in-
ueniĩ in
riuulis & fontibus & etiam in montibus
quandoq;, ſed raro: multus autem labor ẽ
in lauando. Sed etiam & per multas minu
tias terræ & in eius ſordibus inuenitur ſo
ciatum: inuenitur tamẽ purum & nõ ter-
ræ uel bituminibus ĩ ſe admixtum ſicut ęs
uel argentum. Item in eodem li. Aurũ cę-
teris metallis eſt precioſius, durabilius &
tractabilius: oĩmi tempore fulget, & eo in-
quinatum rubigine nõ conſumitur, uiſum
fouet. Et quãto rubicundius eſt, tãto meli
us. In duplo quoq; põderoſius eſt q̃ argen
tum, aut ęs, aut ſtannũ. Cũ q; ſit generoſiſ
ſimum ſuper oĩa metalla, nihilominus eſt
maxime ductibile ſuper omnia. Oĩmi me-
tallo tẽperatius eſt. Et ideo quia caliditas
eius modici eſt exceſſus, non locaĩ in gra-
du ſolum quoq; non reſoluitur. Autor.
Aurum itaq; nõ ſolum eſt inter metalla p̃
cioſiſſimum, ſed etiam ſolidiſſimũ, habet
colorem igneum ſplendidum uouentẽ ui
ſum. In igne poſitum, nõ comburitur ſed
purgatur & probatur. Itaq; triplici de cau
ſa ĩ igne ponitur ad examinãdum, ad pur-
gandum, & ad fabrificãdum. Sed et huma
no corpori maxime cõgruit, unde in cibo
ſumptum, iuuat multum. Ariſt. lib. 3. Au-
rum profecto liquatur calido: & ſi fuerit
ſulphur mundum & purum, & argentũ ui
uum optimum cum rubore clarum, fuerit
q; in eo uis igneitatis ſimplicis non urẽtis,
erit res optima, quam recipere poſſunt Al
chimiſte, ut ex ea fiat aurũ. Hoc ẽm ĩ p̃m
cõuertetur ĩ aurũ. Auice. Aurũ multiplex
eſt ſcilicet uaturale, magiſtrale, xirchi & c̃.

Zafri obriſum,colon & alijs modis. Et il
lud quidem quod eſt de alexir ualet magis
ꝗ aure acre quo non poteſt operari. Aurũ
autem de alexir ē tribus modis ſcilicet de
petra capillorum & ſanguine ouorũ. Nõ
enim poteſt aurum eſſe aurum de alio lapi
de. Quidam autem faciunt falſum aurum
ſic & argẽtum. Stringunt enim id eſt du-
rant ſtannum & dealbant:ac dicunt eſſe ar
gentum. Sicut etiam auripigmẽtum cũ ſu
btus ſtercus mittũt,ibiq́ miſcent ſalarmo
niacum , & incorporãt cum puro diſtenſo
per locum barbatum:& cum mercurio ru
beo & dicũt ꝙ ſit aurum uerũ. Cuiuſmo-
di ſit aurum ſeptem modis per magiſteriũ
tentatur atq́ cognoſcitur ſcilicet in ſoluti
one,in lapide,in põdere, ĩ guſtu,in igne,in
ſublimatione,in fuſione. Porro naturalis
auri natura,calida eſt & ſicca, & quãtũ ha
bet ferrum de natura ſiccitatis & duriciei,
tãtum habet aurum naturam bonã ac mol
lem:fit autem in uentre terræ de argẽtoui-
uo bono nimis ,& de ſulphure non multũ
rubeo cocto.

OPERATIONES

1 Ex lib. de natu. re. Aurum eſt calidæ na
ture,lepram ac ſcabiem curat in pulucrem
2 redactum & antidotis mixtum. Habet
enim uirtutem confortãdi , nõ ꝙ in corpo
retur,aut membra nutriat,ſed ꝙ alteratiua
uirtute corpus immutat . Vulnus ex auro
factum non corrumpitur in tumores.
3 Hali regalis in practica ſua,ſermone.2.
Aurifolia carnem comedunt ſine morſu-
ra:ſuntq́ ſiccæ ſubtilia. Limatura auri cõ-
fortat cor,& pulſioni medetur.
4 Alcalimia auri melior eſt tenuis & ma
gis deſiccans, & amplius elimãs. Quæ ſi
comburatur et leuetur deſiccat oculorum
5 ulcera ſine morſura. Autor. Aurũ(ut
dictum eſt ſuperius)omni metallo eſt tem
peratius. Vnde quia caliditas eius modici
eſt exceſſus,ideo non locatur in gradu,li-
cet in gradu ponatur ab aliquibus.
6 Auicen. in.2. cano . Medicina aurum ē
ęquale ſubtile, confortat oculum in alco-
fol poſitum. Confert & doloribus cordis
7 ac tremori eius. Retẽtio eius in ore, fœ
torem ipſius oris remouet. Cauterium me
lius eſt & uelocius ſanabilæ,quod fit cum
auro. Confert etiam doloribus cordis
ac tremori eius ac timori animæ & ei qui
ſolus loquitur.

CAPVT. 19.

AVricalcũ Iſido. Auricalcũ dicitur,eo ꝙ ſplendorem auri & duriciē ęris poſſideat. Eſt autem nomen compoſitũ ex lingua latina et greca. Aes enim Gręce calcho uocatur :fit
autem ex ęre & igne multo , ac medicami-
nibus ad aureum colorem perducitur. Ex
libro de nat. rerum . Ex ęre fit auricalcum
ſic dictum , quia ſplendorem habeat auri,
uel quia de ipſo fit aurum . Dicit enĩ Phi-
ſio. in lib. de alumine. Limen quod ex uri
na pueri & auricalco fit,aurum optimum
Quod intelligendum eſt in colore, non in
ſubſtantia. Dicit enim idem Ariſtot. ꝙ ua
riatur color,ſed ſubſtãtia manet. Hoc au-
ricalcum frequentius ſcripturæ uocãt ele
ctrum: & hoc propter colorē electro pro-
pe cõſimilem . Ex doctrina alchimiæ. Es
autem tranſmutatur in auricalcum , quod
fit mediante tuthia,qui fumus eius albifi-
cat,& habet naturam ſpiritus:ſtatimq́ cũ
puluis eius proijcitur ſuper ęs fuſum,uel
miſcetur cũ laminis ęris,in ipſa ęris fuſio-
ne thuthia calefit,& fugam q̃rit tanq́ ſpiri
tus : unde apparet ꝙ eius fuga fit per ęris
corpus fuſum,ſicq́ ſiccat ipſum,qa fumus
eius eſt temperate albus, & album huiuſ-
modi mixtum cum rubeo reprimit rube-
dinem & fit citrinum, & ita auricalcum.

CAPVT. 20.

ARgẽtum. Iſidorus. Argentũ Greci argiron dicũt, cum mirũ immodum illud accidit, ut cũ candidũ ſit impſum corpori nigras lineas reddit. Ex lib. de nat. rerũ. Argentũ ductile ẽ & tractabile: ſonorũq; ac tinnitus dulciſſimũ, & hoc maxime ſi eri miſceatur: unde tubas ex argẽto ductiles pręcepit Moyſes fieri ad terrorem hoſtiũ, & exhortatione ad bellum: ad mouendũ quoq; caſtra & populos ad eſcã conuocãdos. Argenti uenæ multæ & in multis partibus orbis reperiuntur: nec eſt purum in ſe ſicut aurum, ſed terræ ac ſordibus incorporatum & admixtum: ideo labor maximus eſt ut per ignem expurgetur: Fumus autem purgationis eius ualde nociuus eſt nec de facili purgatur fumo huiuſmodi multo infectũ, niſi fumo thuris aut armoniaci ſpeciebus, ac ubi purum fuerit argẽtum, durabile eſt. Impurum de facili contrahit corruptelam. Argentum conſolidat alia metalla, & quaſi unum efficit conſolidata.

OPERATIONES.

Auic. in. 2. cano. Argentum infrigidati
1 uum eſt & exiccatiuum, bonum eſt ualde
2 ſcabiei & prurigini. Eius confricatio
cum alijs commixtiõibus, confert fœtori
3 oris. Ac tremori cordis & humiditati
4 bus uiſcoſis. Conſtan. Argentum frigi
dum & temperatum in humiditate eſt, & ẽ
contra humidum & uiſcoſum flegma. Cã
dimia tamen auri fortior eſt & melior ar
5 gentea: Raſi in Almanſore. Argentum
frigidum ẽ, cordiſq; tremori proficit. Car
dimia argenti ſcabiei quæ in corpore orit̃
& puſtulis quæ in oculis ſunt bona eſt.

Albertus. Argentum bene politũ inter 6
oĩa metalla melius eſt ſpeculũ, quia ĩ colo
re magis accedit ad dyafanũ. Haly. Pur 7
gamentũ argẽti melius eſt uiride ac tenue
Ponticũ, eſt deſiccãs fortiter: ideoq; neceſ
ſarijs admiſceẽ ad cicatriſandũ unguẽtis.

CAPVT. 21.

ARgẽtum uiuũ. Iſidorus. Argentũ uiuum dicitur, q' excidat materias quibus injicitur hoc, & liquidum, q' a percurrit. Inuenit̃ autem ſpecialiter ĩ metallis, ſiue in fornacibus argentarijs guttarum concretiõe tectis inhęrens. Sępe etiam in ſtercore uetuſtiſſimo cloacarum uel puteorũ limo. Fit etiam ex nimio in conchula ferrea impoſito, patena teſtea ſuppoſita. Tunc enim circũlinito uaſculo circumdantur carbones: ſicq; argẽtum ex nimio diſtillat: ſine hoc neq; argentum, neq; es inaurari poteſt. Tãtæ autem uirtutis ẽ, ut ſi ſuper ſextariũ argenti uiui, centenariũ ſaxũ ſupponãs oneri ſtatim reſiſtit. Si autem auri ſcrupulũ, leuitatem eius raptim ſinu recipiet. Ex q̃ intelligitur non pondus, ſed naturam eſſe cui cedit. Seruatur autem melius ĩ uitreis uaſculis: nã cęteras materias perforat: Potui autem datum, interficit ponderis cauſa. Auicenna. Argẽtum uiuum ſubtus terram naſcitur, propter humiditatẽ magnã in loco illo exiſtentem. Et hoc euenit propter ſolem & aerem, qui tangunt eũ. Ideoq; efficitur currens propter humiditatẽ & frigiditatẽ quæ in eo ſunt: nec efficit̃ niſi in loco frigido. Ex lib. de nat. re. Argentũ uiuum eſt reuera calidum & humi. in. 4. gradu: licet in quibuſdam libris inueniatur eſſe frigidum. Extinctum poteſt alij

rei

[redacted] fieri album & rubeū cum ſulphure: fertur enim de facili oēs colores recipere. Si ex [redacted] pinguedine, apparebit quaſi [redacted] artificioſe crematū extrahitur ab igne clarū malliabile & tractabile admodū argēti, ad maxima firmacula facienda. Deniq; ſine argēto uiuo nō poteſt fieri deauratio. Cūq; argentum nō cōſolidetur argento medio hoc uidet̄ bene fieri cum argento uiuo.

OPERATIONES.

1 Conſtan. in li. graduum. Argentumuiuum cali. eſt in. 4. grdu & humi. Pedicu-
los capitis occidit & reptilia omnia cū li-
2 targiro & aceto & oleo. Fitq; bonū ad curandum ſcabiem. Fit etiam unguētum
3 ad puſtulas optimum. Plate. argentum uiuum habet uirtutem diſſoluēdi & penetrandi farinam lupinorum amarorū: decoquitur in aceto fortiſſimo uſq; ad ſpiſſitudinem, & argentiuiui extincti facto commixtione, caput patientis ex abundantia pediculorū perūgitur per diſcriminalia.

4 Extinguitur aūt uel cum ſaliua, uel fricatur cum cinere & ſaliua. Aut cum capillis & ſaliua. Aut cum puluere oſſis ſepiæ & ſaliua. Melius aūt dicitur extingui, cū alteri rei poteſt admiſceri: niſi enim ſic extinguitur: ipſius ad aliud nō fit admixtio.

5 Iſid. Argētumuiuū potui datum, inter-
6 ficit cauſa ponderis. Item Dioſc. dicit q; argentūuiuum bibenti mortem tribuit, euadere tamen poterit, qui hoc biberit, caprinum lac bibendo ac ſoluendo ac ſe mouendo, uel etiam bibendo uinū addito abſinthio, ſinapi uel yſopo. Cuicunq; mēbro adhęret, ipſum percutit & corrodit.

7 Auice. Argentumuiuū ſublimatum, interficit propter uehementē inciſionem, & eius cura fortis eſt bibere & lac et uomere. Sed Galenus dicit hoc expertum nō fuiſ-
8 ſe. Scio q; quidam bibit argentumuiuū in ęſtate, dum agitaretur ſiti ex uitro arto, putans ſe uinum bibere, & duabus horis effluis idipſum reddidit an⁹ in peluim, &
9 nihil nocuit. Dicunt enim quidā q; extinctum interficit, quia quicquid ei obuiat ſua grauitate corrodit. Interficit etiā murē

Et ex eius fumo fugiunt uermes & ſer- 10
pentes uenenoſi. Item. Vapor eius fa- 11
cit accidere paralyſim, tremorem. Fumus eius deſtruit uiſum & auditū. Et facit oris fœtorem cum tranſit per ipſum, quare caueat qui utatur.

CAPVT. 22.

ARſenicū. Iſidorus. lib. 19. Arſenicū qd' latine ob colorē auripigmentum dicitur. Colligitur ī Pōto ex auraria materia, ubi & ſandaraca optimum eſt qd' in aureū colorem trāſit, purum et fuſili gracili uenarum diſcurſu. Quod uero pallidius aut ſandaraçe ſimilis eſt, deterius iudicatur. Eſt & tertiū genus ſquamoſum quo miſcet̄ aureus color. Vis eorum eſt ut ſandarace: ſed acrior. Plin. lib. 34. Arſenicum eſt ex eadē materia qua & ſandaraca. Quod ex eo optimum eſt colōris, etiam in auro excellētis. Ex lib. de aluminibus & ſalibus. Arſenicum eſt calidum & humidum: & eſt diuerſi generis, ſcilicet rubeum, citrinum & laminoſum. Eſt arſenicum ſimile ſulphuri in multis operibus.

OPERATIONES.

Auicen. Aliud eſt album, aliud rubeū, 1
aliud citrinum: omnia putrefactiua ſunt & mordicatiua. Eſt autē calidum in. 3. ſiccū in. 2. Pilos abradit & alopœciæ cū gū- 2
mi pini conuenit. Emplaſtrum cum eo 3
fit ſuper uulnera. Cum adipe & oleo con-
[redacted] ſahaphat humidæ & pu-
[redacted] 4
[redacted] ato ad 5

bothor & hemorroidas. Quod autẽ ex eo ſublimatum ẽ, interficit. Ex rubeo quidẽ
6 melius eſt, qđ eſt puluerizabile. Dioſc. Arſenicum naſcitur in metallis ubi & ſandaraca. Aſſatur autem in teſta, donec mutet colorem, & reponitur. Virtus ei ſtiptica eſt, cum calce uiua mixtum & corpori illitum, tollit pilos.

CAPVT. 23.

BAlagins, & Berillus. Arnoldus. Balagins ẽ gemma ruffa perlucẽtis naturæ: degenerans, carbũculo ipſius ac uirtutibus omnibus debilius in eo remiſſis. Iſido. Berillus in India gignit̃ uiriditate ſimilis Smaragdo: ſed cum pallore. Politur autem ab Indis in ſexangulas formas, ut hebetudo coloris repercuſſione angulorum excitet̃. Aliter politus non habet fulgorem. Genera eius ſunt nouem. Halimandus in Cronicis, lib. 10. Berillus eſt coloris uiolacei uel aquæ marinæ.

OPERATIONES.

1 Huba ſcripſit ꝙ coniugij dat amorẽ. Et portantem ſe magnificat. Dexteram ſtrin
2 gentis adurit. Aqua in qua iacet pota ualet infirmis oculis, tollit uictus & ſuſpiria & cunctis epaticis fertur curare dolores.
3 Arnold. Berillus eſt lapis cuius colorẽ pallidus, ut lympha: forma eius eſt hexagena. Cũꝗ genera eius ſunt nouẽ, qui ma
4 gis pallat eſt melior. [redacted]
5 [redacted]

[redacted]

CAPVT 24.

BEzaar: uſ lapis liberãs à uenenis, arabice hagerbezaar. Serapi. li. aggregatoris capi. hagerbezaar eſt nomen Perſicum, & eſt expellẽs nocumẽtum, & hoc nomen cadit ſuper duo. Vnũ eſt quod cadit ſuper omnem medicinã cõuenientem alicui ueneno, eo ꝙ reſiſtit uirtuti eius & expellit nocumentum eius propter proprietatem quæ eſt in eo. Raſis. Bezaar eſt lapis citrinus mollis, non habens ſaporem, unde lapis eſt uergens ad citrinitatem & albedinem, habens colorem uini, & eſt leuis ſplendens ſicut lumen.

OPERATIONES.

Serapi. Lapis bezaar conuenit uenis, et 1
quando bibitur ex eo pondus duodecim granorum ordei, aut linimentum fit cum eo ſuper locum morſus, liberat naturam a morte, & expellit uenenum per ſudorem, ideo peſtilentico ualet. Et quando po 2
nitur lapis in annulo, et ponitur in ore ipſius qui ſumpſit uenenum, & ſugit id & aliquantulum conuenit ei.

Et quando tangitur cum illo aculeus 3
ſcorpionis, prohibet ab eo poſtmodũ potentiam pungendi.

Et ſi teritur de eo pondus duorum gra 4
norum ordei, diſſoluitur in aqua, & ponit̃ in ore ſerpentis ſuffocat eum ſtatim & occidit. Idem auto Raſis. Et ego uidi in 5
ipſo

ipſo ſufficientiam ad auferendum nocumentum: & erit lapis ille quem uidi uergens ad citrinitatem & albedinem, habēs colorem uini, & cum hoc erat leuis, ſplendens ſicut lumen.

6 Etiam uidi in eodem ſufficientiam illā quam non uidi in alia medicina ſimplici, immo etiam quod non uidi in tyriacis cō poſitis.

7 Idem Raſis. Vidi lapidem bezaarfilij amari cuſtoditoris legis dei: & eſt uerum ꝙ ipſe emit hunc lapidem, et dedit pro precio ipſius palatium Cordubæ ī principis genere.

CAPVT. 25.

BElliculi marini latine, Arabice Aſtor. Pandect. cap. 93. Belliculi marini ſunt q̄ſi umbilici hominis ſecūdum figuram, et ſunt lapides parui et albi, qui inueniuntur in ripis marinis cohęrētes ſicut dentales. Sunt frigidi & ſicci, ſed eorū exceſſus ab autoribus non determinatur, ponūtur in unguentis ad faciem clarificandam.

OPERATIONES.

1 Puluis eorum ſubtiliſſimis reſoluatur cum axungia gallinacea prius reſoluta, & fiat unguentum pro facie abſtergenda. Ponūtur in antidotario Galeni in unguēto citrino, quod interpretatur unguentum de citro.

CAPVT. 26.

BOlus armenus. Auiſcen. lib. 2. capit. de luto Armeno. Lutum Armenum, ſiue Bolus armenus eſt rubeus, declinās ad citrinitatem, notum: frigidum eſt in. 1. gra. ſic. in. 2. Et eſt quędam uena terræ quæ pręcipue in Armenia inuenitur, unde habet uirtutem conſtringēdi. Eſt autem eligendū qđ ſub rubeum eſt ſecundum omnes partes, non habens colores diſtinctos: aliquantulum fragile. Serap. Carmenum id eſt lutum armenum, & eſt ingimbar, color eius ē ultra croceitatem ad rubedinem tendens: & teritur cito ſicut teritur calx, & eſt lene ſine lapide. Virtus eius eſt q̄ deſiccat deſiccatione forti.

OPERATIONES.

[redacted]uic. Lutum armenum retinet ſanguinem, quonia exſiccatio eius eſt in ultimo. 1

Et confert apoſtematibus peſtilentialibus bibitum & linitum; et prohibet ambulationem putredinis membrorum, et mirabile eſt in remedio uulnerum. 2 Et prohibet catarrhū, & confert colericis. 3 Et eſt bonum ſputo ſanguinis ptiſici, propterea quia deſiccat ulcus pulmonis: & eſt cura ſtricturæ anhelitus ex catarrhis. 4 Et eſt bonum ulceribus inteſtinorum, & ſolutioni & fluxui ſanguinis matricis. Et cōfert febribus ethicis & peſtilentialibus ꝓprie: 5 & plures quidem iam ſanati ſunt ex peſtilentia magna, propter conſuetudinem bibendi ipſum cum uino ſubtili. Et ſi bibitur in febre peſtilentiæ, neceſſarium eſt uinum perducat ipſum ad cor: & miſceatē uinum illud cum aqua roſarum. 6

CAPVT. 27.

BOrax lapis Borax ſecundum Albert. à quodam genere buſonis nominat̃ ꝙ ſic dicitur: quod ipſum in capite portat. Et ẽ duorum generum, unum albũ aliquantulũ fuſcum, & alterum ſi uiuo adhuc palpitante buſone extrahitur, in medio habet oculũ ceruleũ: & tẽporibus noſtris extractus fuit unus de buſone paruus uiridis. Aliq̃s etiã uidimus buſones habẽtes depictos in ſe, qui de hoc genere dicebantur: uulgariter autem cropodinæ dicuntur.

OPERATIONES.

1 Albe. Sordes purgant inteſtinorum &
2 ſupfluitates. Arno. Noſe lapis id eſt bo
rax eſt cuius duo ſunt genera, unũ ſubalbi
3 dũ, et aliud uariũ. De buſonis capite tra
4 huntur anteq̃ bibat uel aquã tangat. [redacted].

CAPVT. 28.

CAlaica Carcedonius & calcophanus. Iſid. Callaica eſt gẽma colore uiridis, & pallẽs, ac nimis craſſa: nihil iocundius deceſcq; auro: unde & appellata. Naſcitur in India uel Germania ĩ rupibus gelidis, oculi modo extuberans.

Ex lib. de natu. rerum. Carcedonius in Aethiopia naſcitur, uelut ignis lucet, ſed pallentis ſpeciem retinet, ſemper itaq; detentus pallore. Colorem habet mediũ inter iacincthum & berillum. [redacted]

OPERATIONES.

Arnol. Calcophanus eſt gemma nigra
ſed eris tinnitum reddit, ſi lapide fuerit li 1
ſa. Arnold. Calcophanus nigri colo 2
ris lapis clarificat uocem, prohibet rauce
dinem. Ex lib. de nat. rer. Calcophanus 3
ſonorus ac dulcis inſtar æris. Si ferro 4
uel ære percutiatur, uocem quoq; ſonorã ac dulcem reddit, [redacted]

CAPVT. 29.

CArbunculus. Ex lib. de natu. rerum. Carbunculus eſt lapis omnium p̃cioſiſſimus atq; cariſſimus: & omniũ lapidum perhibetur uirtutibus preditus. Huius color igneus eſt, & nocte magis q̃ die lucet: nam die obſcuratur, nocte uero tantum refulget, ut circa ſe noctem quaſi in diem uertat. Ex lapida. Ardentes ſuperat gemmas carbunculus omnes. Nam uelut ignitos radios iacit undiq; carbo. Huius nec tenebræ poſſunt extinguere lucem, Quin flammas uibrans oculis mittat aſpicientem.

OPERATIONES.

Auic. Carbunculus eſt gemma rubicũ 1
diſſima

diſſima in obſcuro & in tenebris lucẽs ut carbo. Colore uirtutibuſq; ſuperat omnes gemmas ardentes, ſol ea enim habet om̃es q̃ in ipſis ſunt uirtutes. Suntq; pręter illam
6 Quando ergo uolueris operationem cum eo facere, pone iuxta lapidem põdus eius ex ſulphure, deinde rora ſuper eum aquã, & egredieť ex eo ignis magnus, aſcẽdens circa menſuram brachij unius, q non tanget aliud quod non comburat. Et quãdo lapides Magnetis non ita pręparantur ut dixi, ſed crudus ſicut eſt madefit cũ ſucco alij aut cepe, ab extractione ferri prohibetur.

7 Sed ſi uis ꝙ reuertatur ad uirtutem ſuam, infunde ipſum una diei ſanguine hircino, & fiet uirtus eius ſicut prius. Et accipitur fruſtum magnum iſtius lapidis ꝙd ẽ ex bono & electo, & approximatur clauatiue alicuius, & aperit eam cito.

8 Nam lapis iſte attrahit ad ſe ferrum.

9 Et quando aliquis uulneratur cum ferro uenenato, & teritur iſte lapis, & miſcetur cum aliquibus unguentis. Et datur de puluere ipſius in potu illi qui eſt uulneratus, facit ab eo uenenum uel toxi cum exire per ſeceſſum. Et ſi pulueriẓatur ſuper uulnus uenenatum, curat idem.

10 Dioſcorid. Lapis magnes magnas habet uirtutes, ueluti ſpiritum in trahendo ferrum.

11 [redacted]

12 [redacted]

13 [redacted]

[redacted]

14 Vires habet purgatorias: et ideo hydropicis cum mulſa datur. ʒ. ß. groſſitudinẽ deducit, & omnes humores qui per uentrem miniſtrant. Tritus & ſuperaſperſus combuſta ſanat.

15 Euax perhibetur etiam cum mulſa acceptum hydropiſim curare. Et eſt alia ſpecies magnetis, cuius uirtus eſt attrahere carnem hominis.

16 Albertus in Lapidario ſuo. Virtus magnetis eſt mirabilis in attractione ferri, ita ut uirtus eius tranſmutat ferrum, ſic ut illud etiam ferrum aliud trahat. Et multæ acus ad ſeinuicem ſuſpenſæ ſic uidentur. Vnctus autem allio non trahit. Et paruus adamas magnum ligat magnetem.

17 Inuẽtus autem temporibus noſtris magnes, qui ab uno angulo traxit ferrum, & ab alia fugauit. Et hunc Ariſtoteles ponit à genere magnetis.

18 Narrauit quoq; mihi unus de ſocijs noſtris curioſus experimentator, qui uidit Fridericum imperatorem habere magnetem qui nõ traxit ferrum, ſed uiceuerſa ferrum traxit lapidem.

19 [redacted]

20 [redacted]

CAPVT. 73.

Margaritæ

MArgaritæ. Pand. cap. 400. Margarita uel perna eſt quæ in oſtreis reperitur, de quib9 aliæ ſunt perforatę aliæ non perforatę ſunt artificioſe factæ, & non naturaliter. Sed non perforatæ q̃ naturales ſunt, meliores ſunt perforatis. Et quando in medicinis ponūtur non perforatæ intelliguntur. Sed ſunt aliq̃ obſcuræ ad citrinitatē tendentes non perforatæ, quæ perforatis ęquipollent. Et ideo eligendæ ſunt claræ & albæ, q̃ uero obſcura & quaſi albida eſt, non eſt ponenda in medicinis. Serap. aggre. capit. hager albalo auto. Raſis. Hager albalo id eſt lapis margaritæ. Deferuntur à maritinis & ſunt frig. & ſic. in. 2. gradu. Et idem auto. Iſaac. Ex eis ſunt groſſiores & paruæ, ſed groſſiores ex eis ſunt meliores paruis, & claræ meliores obſcuris, & ęqualis ſuperficiei meliores anguloſis in figura ſua.

Albert. in lapidario ſuo, capitu. de margaritis. Et margarita lapis eſt in oſtreis inuētus. Melior autem ex India uenit. Multi autem de Britanico mari: qđ nunc Anglicum dicitur, & uerſus Flandriam & theutoniam inueniuntur. Ita q̧ ego more meo decem in menſa inueni. Iuuenes autē con chi[redacted] ha be[redacted] al bum[redacted] Fer tur[redacted] eas oſtreæ euomunt, et in[redacted] niuntur in Moſella, & in quibuſdam Galliæ fluuijs inter arenas.

OPERATIONES.

1 Albertus. Virtus earum eſt experta cōfortatione ſpiritum, & contra cardiacam & ſincopim.

Valent etiam contra fluxum ſanguinis 3
lientericum & dyarrhiam. Reparant,
enim ſpiritus ſubtiles, ut quidam dicunt,
ſed falſo, immo membra earum aſperitate
a ſuperfluis abſtergunt, & ea quaſi cōſtringunt, & coartando ad unum ducūt, & ita
confortant. Serapi. Margaritæ ſunt de 4
ſiccatiuæ humiditatum. Conueniunt debilitati cordis, & ſunt conuenientes in cohol, & ſunt fri. & ſic. in. 2. gradu. Ei idē 5
auto. Athabari. Conferunt obſcuritati uiſus & albedini oculi, & ſordiciebus eius, & retinent menſtrua, & abſt.rgunt dētes, & deſiccāt humiditates. Et idem auto. 6
Iſaac. Cōferunt cardiacæ tremori cordis, & accidentibus à melancholia aduenientibus ex malicia humorum. Et hoc ideo, 7
quia clarificant ſanguinem cordis quādo eſt in groſſatus in corde, & deſiccant humiditatem quæ eſt in oculo, propterea qa fortificant neruos oculorum. Et quan- 8
do diſſoluuntur margaritę, linitur cum eo baram: aufert eam poſt q̧ linitur ſtatim.

Auicenna de uiribus cordis dicit, q̧ cō- 9
fortat cor.

CAPVT. 79.

MAgneſia & Markaſita. Albert. Magneſia ē lapis niger, & aliq uocant eā magnoſiam. Et ipſo frequenter utūtur uitrearij. Idē. Markaſita ſiue manaſida, eſt lapis habēs multas ſpecies colorū, qa colorē accipit cuiuſlibet metalli. Et dicit̄ markaſita argētea, aurea, & ſic de aliis metallis. Metallū tamē q̄d colorat eum nō diſtillat ab ipſo, ſed euaporat in igne, et relinquit̄ cinis ſubtilis, & hic lapis notus ē apud alchimicos & i multis locis inuenit̄.

Hoc ſimiliter Euax dicit i lapidario ſuo.

OPERATIONES.

1 Albertus. Magneſia diſtillat & fluit in magno & forti igne, & non aliter, & tunc immixtus uitro ad purpureitatem ducit ui tri ſubſtantiam. Hoc idem dicit Atabari in lapidario ſuo.

CAPVT. 80.

MAlcha & gypſū. Plinius libro. 26. Malcha eſt cum è calce recenti gleba efficitur.

OPERATIONES.

1 Idem malcha mox tūditur cum ficu & adipe ſuillo, duplici linamento, q̄ res omnium tenaciſſima exiſtit, duriciemq; lapidis antecedit.

Quod autem malcha oleo perfucatur.

2 Actor de malcha uero flagranti, quæ eſt
3 limus è ſtagno famoſitate urbis naturaliter
4 ter emiſſus. Iſidor. Gypſum quoq; calci cognatum eſt, cuius plura ſunt genera: Omnium autem optimum eſt lapis ſpecularis ędificiorum ſignis gratiſſimus.

5 Auicen. Gypſum eſt lapis laminoſus, albus, paruus, cuius ſubtilitatis fit augmētatio cum aduritur, eſt autē frigidus & ſic
6 cus cōglutinantiuus. Ponitur ſup partes fluxum ſanguinis patientis, & cōſtringit, quia in ipſo conglutinatiōis uirtus faciens adhęrere: & in ipſo eſt ſtipticitas cū uiſcoſitate: linitur ex eo frons, aut cooperitur ex eo caput ut pilleo, & retinet fluxū ſanguinis ex naribus: ponitur & ſuper ophthalmiā ſanguineam.

7 Eſt aūt ex ſumma uenenorū p̄focantiū in Syria: Gypſum eſt lapis duriſſim⁹, quē coquunt fimo bubulo, ut uratur celerius.

CAPVT. 81.



MArmor Iſidorus, libro. 16. Marmora dicuntur eximij lapides, qui maculis & coloribus commendantur. Marmor aūt Gręcus ſermo eſt à uiriditate tentus, & q̃uis poſt etiam alij colores inuenti ſunt, nomen tamen priſtinum à uiriditate retinuerunt. Horum colores & genera innumerabilia. Hęc omnia è rupibus exciduntur, ſed multa precioſiſſimi generis ſub terra ſparſa ſunt.

OPERATIONES.

Plinius. Marmorum genera coloreſq; 1
non attinet in tāta noticia dicere, nec enumerare facile ē in tāta multitudie. Quoto enim quoq; loco non ſuum marmor inuenitur: & tamen celeberrimi generis dicta ſunt in ambitu terrarum cum gentibus ſuis.
is. Non omnia tamen gignuntur in la 2
picidinis, ſed multa & ſub terra ſparſa, pręcioſiſſimi generis Lacedemonium uiride cunctiſq; Hilarius. Sic & Auguſtum, ac deinde Tyberium in Aegipto Auguſti ac Tyberij primum principatu utrumq; repertum.

[redacted] 3

Tyberium ſparſim conuoluta canicie, 4
ſunt & alia eius genera, de q̄bus ſupra dictum eſt, capit. 63.

CAPVT. 82.

Melochites

MElochites et murrhina. Iſidor. Melochites lapis eſt, ſpiſſius uirens & craſſius ꝙ ſmaragdus, hic à colore maluę nomen accepit, & in reddēdis laudatus ſignis. Naſcit̃ aũt in Arabia. Arnol. Melochites eſt gemma uiridis, ſmaragdo ſimilis, et ualde mollis. Hęc mēbra cuſtodit à nociuis caſibus, & cunas infantium ſimiliter.

OPERATIONES.

1 Item Iſidor. Murrhina eſt gemma, quæ apud Parthos gignit̃, ſed pręcipua ĩ Germania, humorem ſub terra putant, colore denſatũ, candorēq; & ignem, cum quodã colorum repercuſſu, quales in arcu celeſti ſpectantur. Cuius contraria cauſa cryſtallum facit, gelu uehementiori concreto.

2 Albert. Melochites quē quidã melonitem dicunt, lapis eſt Arabicus groſſe uiriditatis, ſed nõ translucidus ſicut ſmaraldus, & eſt mollis. [redacted]

CAPVT. 83.



Mem[redacted]tes. Alb. Mēphites eſt lapis à ciuitate Aegyptij ꝗ Mēphis uocatur dicit̃ ut ignis calere, uirtuteq; dē, nõ actu.

OPERATIONES.

Hic tritus & in aqua mixtus in potu detur urendis uel ſecãdis, quia inducit inſenſibilitatem, ne ſentiat cruciãdus. Hoc idē ait Euax in Lapidario ſuo. 1

CAPVT. 84.

MEdus, Dioſcor. Medus lapis ē niger, q tritus emittit croceum colorem. Albert. Lapis med⁹ uel medo dicitur quia à regione Medorum fertur, ubi plures inueniuntur. Sunt autem huius ſpecies duæ: unus niger, & alter uiridis.

OPERATIONES

Albert. Huius uirtutem eſſe dicunt cõtra ueterē podagrã: oculorum cęcitatē, & nefreticam paſſionem, etiam refouére dicitur feſſos & debiles. 1

Fertur etiam ꝙ fragmenta nigri ſi in aq calida, miſſa fuerint, & ſe quis in aqua illa lauerit, incurrit membrorum & coriationem: & ſi ex ea biberit peribit uomendo. 2

Dioſcor. Eſt autē duplicis potentiæ ſcilicet bonæ & malæ: nam tritus in cote medicinali cum lacte muliebri (qui ſemel creauit primo partu puerum) & inunctus albugines curat oculorum, & omnem illorũ dolorem, etiam ſi deſperatus fuerit, medet̃ podagricis. Eodem modo cũ lacte ouis [redacted] ſemel genuit maſculum, ſanat renes & anhelitus, & ĩteriores partes corporis: hoc medicamen ꝑparatũ habeas in uaſe uitreo ual argenteo, & perfice ieiunus: ad uindictam quoq; ſupra cotē, & da cui uis, & lauet faciem & exſiccabitur. Si quis autē ex eo biberit, pulmonem uomet. Oportet autem bibenti paululum dare, ut nõ ſatiet̃. Inuētus eſt aũt iuxta fluuium phaſin.

CAPVT. 85.

MOgra Serapi. Mogra ex ea ē q̄dam quæ defertur ex terris Sinos. Et melior ex ea ē grauis dēſa, cuius color nō eſt diuerſus, & eſt ſicut color epatis aut ſanguinis nō habens lapidem. Et quando ponitur in aqua, diſſoluitur facile & creſcit. Illa uero mogra qua utunt̃ carpentarij eſt ex debilioribus operationibus, q̄ illa quæ defertur ex Sinos & ex Babilonia, & melior q̄ facile teritur. Colligitur uero in Cappadocia in ſpelūcis diſtillans, & affertur uenalis in Sinopidam ciuitatem, unde & nomen accepit.

OPERATIONES.

1 Et idem auto. Gal. In ſapore ipſius ē ſtipticitas, unde uirtus eius eſt deſiccatiua. Et quando ſorbetur cum ouo, aut fit criſtere cum ea ſtringit uentrem.

2 Vnde habet uirtutem ſtipticā & deſiccatiuam & glutinatiuam.

3 Et quando miſcetur in emplaſtris, cōſolidat uulnera recentia.

4 Et ingreditur in confectionibus trochiſcorum deſiccatiuorum & conſtrictiuorum uentris.

5 Et quando ſorbetur in ouo ſorbili, aut fit criſtere ſtringit uentrem.

6 Et propinatur in potu pro dolore epatis, & datur in ouo ad ſputum ſanguinis ad uenenum.

7 Paulus cap. de Mogra. Mogra ſinopida fortior eſt bolo armeno & luto ſigillato, & ideo ingreditur in confectiōibus unguentorum. Et occidit uermes in uentre.

CAPVT. 86.

MVmia. Pand. cap. 555. Mumia eſt illud quod inuenitur in ſepulchris balſamatorum, i quibus humor mortui cum aloe & mirrha reſoluitur: quibus ipſa corpora condiebantur: & ſimilat̃ pice marinæ. Solebant antiquitus corpora balſama mirrha & aloe condiri, & adhuc fit apud Paganos & Sarracenos circa Babiloniam, ubi eſt copia balſami. Serap. lib. ag. cap. mumie. Mumiæ ſepultorū, et eſt aloe balſamum & mirrha: et quod miſcetur eis ex humoribus corporis humani. Et idem auto. Dioſcor. In terris q̄ dicuntur acoloniç: deſcendit nāq; ex mōtibus qui ducūt flumina cum aquis, eĳcit cum aqua fluminis in ripis, & eſt coagulata, et fit ſicut cera & habet odorem picis & aſpalthi mixti ſimul.

OPERATIONES

Sera. auto. Raſis. Ex nomine q̄rundam 1
[redacted]
liſi: & torturæ oris & epilentiæ & ſcoto-
miæ. Et facim⁹ caput purgium cū uno 2
grano ex ea cum aqua maioranæ.

Et conuenit doloribus aurium, quādo 3 diſſoluitur ex ea granum in oleo ſambucino, & diſtillatur in aure. Et cōuenit do- 4 lori gutturis, quādo diſſoluitur ex ea unū kirat cum aqua in qua decocta [illegible] eia.

Et conuenit tuſſi cum aqua iuiubarum, 5 aut cum aqua ordei & ſebeſten. Et dat̃ 6 in potu ex ea ieiuno tribus diebus, & confert cardiacæ kyrat id eſt cum aqua mēte.

Et cōfert uentoſitati inteſtinorū, quan- 7 do accipit̃ kyrat id eſt cū aq̄ cimini & carui, aut cū aqua ameos, ualet caſui & percuſſiōi. Et dat̃ ad ſingultū grana. 1. ex ea cū 8 decoctione

decoctione ſeminũ apij & carui: & miſcet
9 cũ oleo debẽ. Et fit caput purgiũ cũ eis,
& ad ſquinantiã pondum unis kyrat cum
10 ſquingibin. Et dolorẽ ſplenis pondus
11 unius kirat cum aqua carui. Et ad uene
na duo grana, cum decoctione tribulorũ
12 marinorum, & folijs anuiden. Et ad pũ
cturam ſcorpionis põdus unius kyrat cũ
13 uino puro. Et ponitur in loco pũcturæ
14 cum butyro: & conuenit fracturæ. Et
conquaſſationibus q̃ fiunt in interioribus
corporis & exterioribus, & conſtrictioni
15 pulmõis. Et eſt prope temperamentum
niſi quia habet ꝓprietatem in ſedando do
lores qui ſunt in fracturis: qñ ſumitur i po
tu, & linitur cum ea: & fit cũ ea criſtere, &
16 conuenit ulceribus ueſicæ & uirgæ. Et
idẽ auto. Raſis. Quidã emittebat ſangui-
nẽ, & non poterat reſtringi per aliq̃ medi
cinã uſq; quo datum eſt ſibi de mumia põ
dus granorũ triũ cum uino, & reſtrictus ẽ
17 ſtatim. Et qñ fit cum ea ſuppoſitoriũ diſ
ſolutum cũ oleo de ſambach, cõuenit non
18 potentibus retinere urinam. Pau. capi.
de mumia. Cal. eſt & ſic. in. 3. gra. teſte Cõ
ſtantino, licet quidã dicũt ꝙ ſit frigida, qa
cõſtrictiua: multa enim frigida & ſicca la-
xant, & multa calida & ſicca conſtringũt.
19 Auice. de uiribus cordis. Mumia cali-
da eſt in fine. 3. ſicca in. 1. Et habet proprie
20 tatem confortandi cor. Item qñ fit cum
ea ſuppoſitoriũ diſſolutũ cũ oleo muſtel-
lino, cõuenit nõ potẽtibus retinere urinã.

CAPVT. 87.

NIſus Alb. Dicunt aliqui hunc eſſe de genere lapidum, & inuenitur in capite bufonis Et ſunt duo genera Vn- ſub albidus ſicut ſi lac intrauerit in ſanguinẽ, & uincit eum. Et ideo ſanguinis obſcuras uias in eo dicunt apparere. Et alius eſt niger, & aliquãdo pingitur in eo buſo ſparſis pedibus & ante & poſt.

OPERATIONES.

Dicunt etiam ꝙ ſi ambo ſimul includã 1
tur preſente ueneno eos adurere manum tangentis.

Probationem autem lapis eſſe dicunt ꝙ 2
exhibitus bufoni uiuo, bufo eleuatur contra eum, & tangit ore ſi poteſt.

Dicitur etiam ꝙ preſente ueneno uari 3
us efficitur, qui ſubalbidus eſt. Hoc ſimiliter Euax dicit.

CAPVT. 88.

NIgrorum, Auicen. libro. 2. Nigrorũ eſt lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem.

OPERATIONES.

Auicenna. Fricatur, & egreditur ex eo 1
fricatio mordicans linguam ſimilis lacti.

Mundificat panum oculi cum non eſt 2
cum apoſtemate & ophtalmia.

Et conuenit ueſtigijs ulcerum in eo, & 3
eradicat ungulam.

CAPVT. 89.

NItrũ Iſid. Nitrum à loco ſumpſit uocabulũ naſcit̃ enim in Nitria oppido uel regione Aegypti, ex quo & mediciæ fiunt, & ſordes corporũ ueſtiũ ꝗ lauãtur. Huius natura non multum à ſale differt: habet enim uirtutem ſalis. et ſimiliter orit̃ caneſcentibus littoribus ſiccitate. Aphronitrum autẽ eſt ſpuma nitri, et colligitur in Aſia in ſpelũcis deſtillans, dehinc ſole ſiccatur. Optimũ putat̃ ſi minime fuerit ponderoſum, et maxime fricabile, colore penè purpureum. Gloſa ſup parabolas. Nitrũ ſale ſimilimum ẽ, excepto ꝗ nihil ſalſi ſaporis habet. Crepitat in aqua ſicut calx uiua, ſed aquam lotiõi abilẽ reddit, ſicut ergo acetum in nitro ebullit, ſic ꝑuerſa mẽs deterior, ſuccenditur correctione.

OPERATIONES.

1 Aui. in. 2. cañ. Baurach id eſt nitrũ fortius eſt ſale. ca. & ſic. eſt in. 2. gradu, ex eo melius eſt Armenum, leue, laminoſum, frãgibile, ſpongioſum, albũ aut purpureũ aut roſeum mordicatiuum abſtergit aũt for-
2 titer. Et mundificat & excoriat, & incidit humores groſſos, attenuat capillos.
3 Sãguinem attrahit in ſuperficie corpo-
4 ris, & colorem emẽdat. Confert prurituí: quia uirtus eius reſoluit, proprie Afri-
5 canum cum aceto, & etiam ſcabiei. Cũ quibuſdam medicinis bibitum interficiẽ-
6 tibus uermes educit eos. Valet contra uenenum, & precipue Africanũ. Eius ſpuma ualet contra morſum canis, & potum
7 cantharidarum. Conſtã. Nitrum affertur de Armenia, alterum de Arabia. Vniuerſaliter autem colatiuum & mundificatiuum eſt. Interiora corporis & exteriora maxime aceto mixtum lauat. Dioſcor. 8
Nitrum eſt eligendum leue & rubeum uł album, percuſſuras habens ſicut ſpongia, album acre eſt & amarum.

Tale ex India uenit. Nitri ſi quidẽ aliud eſt craſſum & laminoſum, aliud tenue aliud rubeum, aliud album: & omniũ uir- 9
tus deſiccatiua eſt. Et ideo ſi fuerit ore 10
acceptum, minuit ac tenuat pingues & uiſcoſos humores, ualet & contra fungos.

Platea. in lib. de ſimplici medicina. Ni- 11
trum cal. eſt & ſic. in. 2. gradu. Album melius eſt ꝙ citrinum, uirtutem habet diſſoluendi & extinguendi.

Vſus eius eſt contra iliacam paſſiõem, 12
ad faciem quoq; purgandam.

Item contra ſtomachi ſaniem & inteſti- 13
norum: contra furfures capillorum & pediculos capitis.

Contra uermes aurium, & ſaniem. 14

CAPVT. 90.

OBtalmius. Albertus. Obtalmius eſt lapis ab obtalmia dictus, cuius color non nominatur, forte ideo, qa eſt multorum colorum.

OPERATIONES

Item ualere dicitur geſtanti contra omnes malos morbos oculorum. 1

Viſus autem circumſtantium dicitur excęcare, & ideo etiã patronus dicitur, geſtantes enim eum quaſi inuiſibiles reddit Hoc ſimiliter ait Euax. 2

CAPVT. 91.

Onyx

ONix Albertus. Onyx gē ma eſt nigri coloris, inuenitur melius gen⁹ eſſe nigrum, albis uenis uariatū uenit aūt de India & Arabia. Inuenitur autem quinq; diuerſitatum, propter uarietatem uenarū & colorum. Ferunt ſi ſardius ſit pręſens ligat̃ onyx, & etiam ſuſpenditur à nocumento. Hęc autem omnia ſi habet, profecto ideo habet, quia habet uirtutes mouendi melā choliam, pręcipue in capite, ex motu enim illius cum uapore omnia iſta procedūt. Dicunt autem quidam onyx onychinum eſſe, quod uerisimile eſt: uel ꝙ ſit alia ſpecies eius, ſed colore non eſt niger niſi aliquā do, & colorem habet ut unguis: ſed in onychinis noſtris inueniuntur multi colores, albi, nigri & rubicundi, qui tamen omnes in ſubſtantiam quādam fricantur, quæ ſimilitudinem exprimit unguis hominis. Aiunt etiam ꝙ ex lachryma arboris, quæ onyca dicit̃ indurata i lapidem generatur, & dicūt hanc cauſam eſſe ꝙ odoriferus eſt in igne. Hanc etiam cauſam inquiunt eſſe, & frequētius alijs depictus imaginibus mirabilibus inuenit̃, quia lachryma à principio mollis facile formabilis pingit̃: & picturam retinet qn̄ in lapidem idurata coagulat̃. Hunc lapidē dicūt inſenſibiliter intrare in oculū, & hoc eſſe mirabile. Et ego uidi ſaphirum intrare in oculum, & lapidē galli, & quendā aliū cuius nomen ignoraui, ſine oculi leſione. Politus enim & tenuis nō ledit oculū, niſi tangat aciem ſeu pupillā oculi ſenſibilem, & foramē uuæ.

OPERATIONES.

1 Albertus. Aiunt ꝙ collo uel digito ſuſpenſus, excitat triſticiam & timores, & in ſomno phantaſias terribiles.

CAPVT 92.

ORphanus, Alb. Orphan⁹ lapis eſt ꝙ eſt in corona Romani imperatoris. Non unꝗ alibi uiſus ē, propter q̄d orphan⁹ uocat̃, eſt autem in colore quaſi uinoſus, ſubtilē habens uinoſitatem. Et hic eſt ſicut ſi candidum nimis micās penetraret in rubeū clarū uinoſū, et ſit ſupatus ab ipo. Eſt aūt lapis ꝑlucidus, & tradit̃ ꝙ aliqn̄ in nocte fulſit, ſed nūc tēpore noſtro nō micat in tenebris.

OPERATIONES.

Fertur autē ꝙ honori conuenit regali. 1
Hoc ſimiliter ait Euax.

CAPVT. 93.

OPalus ē lapis diuerſarū colore gemmarum diſtinctus. Eſt em̄ in eo carbūculi tenuior ignis, amethiſti fulgens purpura, ſmaragdi nitēs uiriditas. Cūctaꝗ pariter ſub quadā uarietate lucētia, nomē habet ex patria, ſola em̄ parturit eū India. Pli. li. 37. Opali ſunt in India, quibus gēmarū cōpoſitores gloriā, & maxime inenarrabilē difficultatē dederūt: quia ſunt Cap. 6.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

in eis pariter incredibili mixtura lucẽtia. Alij ſummo fulgoris augmento colores pigmentorum ęquauerunt. Alij uero ſulphuris ardentem flammam, aut etiã ignis oleo accenſi: magnitudo nucem auellanã ęquat.

OPERATIONES.

1 Arnoldus. Opalus eſt lapis ꝓcioſus geſtanti ſe, contra omnes oculorum morbos
2 proficuus. Viſum eius acutum confortat, per omnia uero circũſtantium uiſus & oculos excęcat & obumbrat.

CAPVT. 94.

Orithes & oſtracites. Arnoldus. Orithes eſt lapis triplicis generis. Vnus eſt rotũdus ac niger. Alius uiridis, & maculas albas habet. Tertius ẽ cuius altera pars aſpera eſt, altera plana, & ẽ corpus quaſi ferri lamina.

OPERATIONES.

1 Idẽ. Hic lapis geſtatus, & oleo roſaceo mixtus, prohibet ad aduerſis caſibus, atqꝫ à peſtiferis reptiliũ & aliorũ aĩaliũ morſibꝰ. Idẽ. Appẽſus mulieri prohibet ipſam impregnari, & ſi pregnans eſt abortit.

Ex Lapidario.

Letiferos morſus niger atqꝫ rotundus orithes
Quos fera uel cornu uel ſæuo dente peregit.
Cum roſeo mixtus perfecte curat oliuo.
Per uaſtas arenas, interqꝫ feras gradientes
Illæſos ſeruat morſus abigendo ferarum.
Qui uiret & maculas albas habet alter orithes,
Caſibus aduerſis portantes ubiqꝫ reſiſtit.
Tertius aſſeritur famæ grauioris orithes.
Altera pars cuius crebris eſt & aſpera clauis,
Altera leuior eſt quaſi lamina ferri.
Hic facit appenſus ne fiat fœmina prægnans.
Aut ſi prægnans fuerit, cito fundit abortum.

Iſidorus. Oſtratites gemma eſt teſtacea 2
durior eſt altera, ſimilis achati, niſi ꝙ achates politura pingueſcit.

Duriori tanta ineſt uis, ut aliæ gemmæ, ſculpantur eius fragmentis.

CAPVT 95.

Ophites. Porphyrites: & Parius. Plin. lib. 37. Ophites ſerpẽtum maculis ſimilitudinem habet, nec ex eo inueniunt columnæ niſi paruæ. Duo ſunt eius genera. Molle ſcilicet candidum, nigricãs durum, ambo capitis dolores ad alligata ſedare dicuntur, & ſerpentum ictus. Quidã etiã phreneticis ac litargicis adalligari iubet candicantem. Iſidor. Porphyrites ẽ ex Aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis. Nominis eius cauſa, ꝙ rubeat ut purpura. Plinius ubi ſupra. Porphyrites eſt etiam ex Aegypto, rubet candidis interuenientibus punctis.

OPERATIONES.

Iſidor. Parius eſt lapis marmoreus exi 1
mij cãdoris. Hic apud Paron inſulam naſcitur, unde nominatur.

Magnitudo eius eſt quæ lances crateraſ 2
ꝙ non excedat, unguentis ipſe aptus eſt.

CAPVT. 96.

Palagius

PAlagius, ſecũdum Albertũ dicitur, ꝙ palagius eſt gẽma coloris rubei, lucidus ualde, naturæ & ſubſtantiæ tranſparentis: & dicitur eſſe fœmina carbunculi, & uirtutes eiuſdem remiſſas habet, ſicut fœmina ad marem ſe habet.

OPERATIONES.

1 Et dicunt quidam ꝙ eſt domus eius, & ideo palatium carbunculi uocatur: generatur frequenter carbunculus in lapide iſto.

2 Et iam uiſum ē hoc ꝙ in lapide uno exterior pars fuit palagius, & interior carbũ

3 culus. Propter quid huiuſmodi genus lapidum eſſe de genere carbunculi fertur.

CAPVT. 97.



PAntherꝰ. Albertus Pantherus eſt lapis multos habẽs colores ĩ uno corpore lapidis, nigrũ uidelicet uiridẽ & rubeum, & alios multos, inuenitur autem pallidus, purpureus, & roſeus.

OPERATIONES.

1 Albertus. Fertur autem fuſcos efficere uiſus, inuenitur ſecũdum plurimos in In-

2 dia. [redacted]o.

CAPVT. 98.

PRaſſius. Albertꝰ Praſſiꝰ eſt lapis qui ē mater et palacium ſmaraldi. Eſt autẽ uiridis coloris, habens uiriditatẽ ſicut praſſium. Inuenitur autem aliquando cum rubeis guttis, & aliquando cum albis. Eſt alia ſpecies iſtius lapidis, qui inuenitur cum guttis aureis, & uocatur chryſopaſſus, & rarius inuenitur, & ideo carior exiſtit.

OPERATIONES.

Expertum eſt autem ꝙ cõfortat uiſum 1 & quaſdam iaſpidis & quaſdam ſmaraldi habet operationes. Hoc ſimiliter ait Euax in lapidario ſuo.

CAPVT. 99.



PEridonius. Albertus. Peridonius ē lapis fulgens ut ignis colore.

OPERATIONES.

1 Albertus. Dicitur ualere contra artet/
2 cam mirabiliter. Et refertur de illo lapi
de, ꝙ, ſi fortius ſtringatur manu, manum
aduret: uult ergo leuiter & pauide tangi.
3 Et ego ipſemet exptus ſum ſepius. Di/
citur autem de genere iſto alia ſpecies eſſe,
quę dicitur eſſe chryſolitho ſimilis, niſi qa
maioris uiriditatis exiſtit.

CAPVT. 100.

Piritides grece, latine coppa roſea. arabice hageral markaſita. Serap. li. aggre. capi. hageral markaſita. Eſt lapis ex q̃ extrahit̃ ęs, & oportet ꝙ eligatur ex illis, cuius color eſt ſimilis ęri, & quando ponitur ĩ igne ſaliunt ex eo ſcintillæ facile. Comburit̃ in hunc modum. Linitum pone in ignẽ leuẽ, & euenta donec fiat rubeus, deinde extrahetur ab igne. Quidã ponunt in ignẽ magnũ de prunis, deinde liniunt melle, & iterum ponunt in ignẽ, donec omnes partes eis ſint ęqualiter combuſtæ, quia fortaſſe primo aduritur extra & non interius, deinde exufflatur cinis ab eo & reponitur: et ſi indigetur ablutio, laua eam ſicut lauat̃ cadimia. Dioſc. cap. de piritide. Lapis piritides id eſt markaſita ex q̃ eramẽ fit, eligẽdus eſt, colorem habẽs eraminis, qui in foco miſſus frangitur. Comburitur uero ſic melle unctus, in uiuis carbonibus mittit̃, flabellatur ꝙ diu colorẽ rufum facit. Alij uero in multis carbonibus igneis coctum, & ſecundo melle unctum reuocant igni, ꝙ diu ſe fregerit, poſtea eximunt illum & lauant ſicut cadimiam, & reponunt.

OPERATIONES.

1 Serapion. Virtus eius aduſti & nõ adu
ſti eſt urens & abſterſiua ulcerũ, & abſter-
git obſcuritatem uiſus: & reſoluit & matu
rat apoſtemata dura, et quando reſoluitur
& miſcetur cũ reſini pini, reſoluit ſangui-
nem coagulatum. Et aufert carnẽ ſuper- 2
fluam cũ pauca calefactiõe & ſtipticitate.
Et quidam nominant hunc lapidem poſt/
ꝙ aduritur dicidas uł difriges. Et idem 3
auto. Gal. Hic lapis eſt unus de lapidibus
habentibus uirtutem fortem, & nos admi
niſtramus eum cum reſolutiuis, & miſce-
mus cum eo lapidẽ ſacharos. Et reſolui- 4
mus ſepe cum hoc ungento humiditatem
multam, quæ eſt congregata in concauita
tibus & cauernis muſculorum. Et quan 5
do adminiſtratur hic lapis, oportet ꝙ mul
tum teratur, & reſoluit humiditatem cor/
ruptã, quæ eſt in cute. Et ideo quãdo te- 6
ritur ultima cõtritione, & conficitur cum
aceto, abſtergit baras & morpheam, lenti-
gines faciei.
Et habet uirtutẽ magnam in abſtergen 7
do oculum, & confortat ſubſtantiam eius
& acuit uiſum.
Et ideo nominatur in terris Perſiæ la- 8
pis lumiaris. Et facit capillos tenues & criſ
pos. Dioſcorid. Virtus eſt illi cocto & 9
crudo termantica & aſmictica: caligines
oculis purgat duriciebus, diaforeſim et di
geſtionem facit: addita reſina carnes per
ęquat. Lapis ipẽ combuſtus à multis defri
ges dicitur.
Lapis iſte eſt ſpecies uitrioli, ut appa- 10
ret inferius de Vitriolo. Qui non combu
ſtus ſi pulueriſetur, & diſtemperetur uel miſceatur cum uino, & e gallis tritis, eſt optimũ atramẽtũ ad ſcribendum Hoc idẽ dicit Albertus in lapidario ſuo.

Caput

CAPVT. 101.

PEtroleum, Caſſius felix. Cap. de petroleo. Petroleum eſt oleum petræ. Inuenitur autem in locis furfureis. Fit enim cũ pinguedo terræ & aquæ actiõe calores ad igneas conuertitur partes: inuenitur etiã ſuper lapides, quod quidem per eos reſudat & in eis eſt & ſuper mare inuenitur. Auic. Petroleum album notæ ſpeciei eſt, & nigrum eſt colamentum picis Babiloniecal. & ſic, uſq; ad. 4. eſt & ſubtile & proprie album, reſolutiuum, liquefactiuum, aperitiuum opilationum.

OPERATIONES.

1 Auicen. Petroleum confert doloribus ancharum, & iuncturarum, & proprie album: & confert doloribus auriũ frigidis.
2 Et cõfert albugini oculi & aquæ deſcẽdẽti.
3 Et nigrũ ex eo etiam confert aſmati & tuſſi antiquæ. Bibitur enim parum ex
4 eo cum aqua calida. Et ſedat dolorem
5 uentris pungitiuum & uentoſitates. Et quando fit ex eo liciniũ interficit uermes,
6 & proprie nigrum. Et comeditur pondus. Z. una de eo, & frangit uentoſitatem ueſicæ, & frigus matricis: & confert puncturæ apoſtematum.

CAPVT. 102.

PEanites. Arnold. Peanites lapis eſt genitus de michedon, & eſt fœminei ſexus. Nã certo tẽpore cõcipit, lapidemq; conſimilẽ parit, & confert pregnantibus.

OPERATIONES.

Ex Lapidario.

Gignitur in matre non regione lapis peanites 1
Fœminei ſexus referens imitando labores.
Nam quibus ex cauſis dubium, ſed tempore certo
Concipit & parit, & parientibus auxiliatur,
Vltima quas urget dubij diſcriminis hora.

CAPVT. 103.

POdoros & Pontica. Iſidorus. Podoros ẽ gemma poſt margaritã gẽmarũ candidarum ſecunda, de q̃ queritur in q̃ numerari colore debeat, totiens iactata per pulchritudines nominis alienas adeo, ut decoris prerogatiua uocabulo ſit facta.

OPERATIONES.

Idem. Põticæ gemma auratis guttis micantes. Aliæ ſtellas habentes, aliæ quoq; lõgis colorum ductibus lineatæ. 1
Caſte & ſobrie portari uolunt. 2

CAPVT. 104.

PHrygius, & Phingites. Iſi. Phrygi9 a loco dicitur, eo q̃ in Phrigia naſcitur, colore pallid9, mediocriter grauis gleba pumicoſa,

uritur ante uino perfuſus, flactuſq; folli-
bus, donec rubeſcat. Rurſuſq; dulci uino
extinguitur, tribus uicibus, tingendis ue-
ſtibus tantum utilis.

OPERATIONES.

1 Iſidor. Phingites: alias phengites Ca-
padocie lapis eſt, duricia marmoreus, can
2 didus atq; translucens. Ex quo quondã
templum à quodã rege conſtructum ẽ fori
bus aureis, quibus clauſis intus diuturna
3 claritas erat. Plin. In Capadocia reper-
tus eſt lapis phingites ſub Nerone princi-
pes ex argumento ſic appellatus, quoniã
candido & translucenti, fuluæ incederãt
uenæ. Hic eidem conſtruxit fortunæ, quã
ſciam appellant.

CAPVT 105.

PVmex lati. Arabic. famechi. grece fanech uel Fenic uel lapis de barchin Sera. li. aggreg. cap. Famechi id eſt pumex, & eſt lapis de barchin id eſt lipari. Oportet q; eligatur ex eo multũ foraminoſus, durus & frangibilis, leuis, albus, in quo non ſunt lapides. Et modus cõbuſtionis eius eſt, q; accipiatur ex eo quãtitas & ponatur in prunis, et qñ fuerit ignitus extrahatur & extinguat̃ in uino odorifero: et hoc fit ter. tertia uice qñ extrahitur ab igne nõ extinguat̃ in aliq̃, ſed dimittat̃ ĩfrigidari per ſe, poſtea terat̃ & reponatur.

OPERATIONES.

1 Dioſc. Virtus eſt ei ſtiptica, termantica
& purgatoria. Pumex oculorum cicatri-
ces limpidat, uulnera replet & conſolidat,
& aufert carnem ſuperfluam oculorũ: &
qñ teritur & fricãtur inde dẽtes, abſtergit
eos, & adminiſtratur ad abradẽdos pilos.
Theophraſtus. Si miſcetur antidotis dẽ 2
tifricijs et ſmigmatibus, abradit aſpredinẽ
& leuigat & cõſtringit et coercet. Sera. 3
Pumex habet uirtutem ſtipticã, ſtrigit eñ
gingiuã, & abſtergit oculũ, & aufert macu
lam q̃ eſt in eo, & replet ulcera & cõſoli-
dat ea, & aufert carnem ſuperfluam q̃ i eis
eſt: & quando teritur & fricatur dentes ab
ſtergit eos: & ſi mittatur in uas uini, non p
mittit ipſum amplius bullire. Gale. Et 4
ingreditur in medicinis, q̃ abſtergunt den
tes, quando non eſt aduſtũ: ſed quãdo adu
ritur, fit ſubtilior. Nam acquirit ab igne rẽ
aduſtam calidam, quæ aufert & ſeparatur
ab eo quando lauatur. Et clarificat den 5
tes et abſtergit eo: & hoc facit propter ſui
aſperitatẽ. Et facit fortaſſe hoc propter eiꝰ
uirtutem abſterſiuam. Et propter hanc 6
cauſam cornua, quando adurunt̃ abſter-
gunt dentes, omnia preſcripta iſtius capitu
li inuenies in Pandecta, cap. 256.

CAPVT. 106.

QVadratus, quadras, & quiri. Plinius. Quadratꝰ in Aegypto inuenitur, ſimiliter & in Aethiopia, & exalbidus ẽ.

Albertus. Quadras, alias quanidros, ẽ lapis qui aliquando inuenitur in cerebro uulturis. Idem. Quirin eſt lapis qui inuenitur in nido upupæ. Aliquando q̃ tota eſt auis preſtigioſa et augurialis, ut dicunt magi & augures.

OPERATIONES.

Quadratus uires habet ſtringentes, un 1
de necare dicitur cõceptum. Albe. La-
pis quadros uirtus eius fertur eſſe contra

quoslibet

quoslibet nociuos caſus, & replet mãmillas lacte. Et hoc ſimiliter ait Euax.

3 [redacted]

CAPVT. 107.

QVirinus. Radaim & Ranno.

OPERATIONES.

1 Arnoldus. Quirinus eſt lapis qui reperitur in ullulæ nidis, auget uantaſticas ui-
2 ſiones. Idem. Radaim lapis eſt niger atq; tranſlucẽs. Inuenitur in capite gallimaris, quando datum eſt comedere formicis.
3 [redacted]
4 [redacted]
as fabri, eſt idem q̃ bolus armenicus, & eſt lapis ſub rubeus.

5 Huiꝰ uirtus ẽ conſtrictiua ſanguinis diſenteriæ menſtruorũ, q̃ ut ſuperius habetur capit. 26. de G.

CAPVT. 108.

RVbeus. Serap. Lapis rubeus minus q̃ iacinctus, qui Arabice uocatur hager albigedi. Idem li. aggre. cap. Hager albigedi, ſiue albuzedi iacincti rubedo ẽ magis placabilis hominibus: eo q̃ nõ ſit in eo obſcuritas aliqua. Minera autem huius lapidis eſt in terris Orientis, & quando defertur à minera ſua, eſt obſcurus: ſed quando excoriat cum aurifex, detegitur bonitas eius, & apparet & clariſicatur.

OPERATIONES.

[redacted] 1
[redacted] Et quãdo ille la- 2
pis fricatur ad capillos capitis, attrahit feſtucas ſicut magnes ferrum.

CAPVT. 109.



SAphirus. Albert. Saphirꝰ eſt lapis ualde notus ſecundum plurimos, uenit ab Oriente & India. Inuenitur & in Ypidomio apud podium prouinciæ regionem & ciuitatem: ſed non eſt adeo precioſus ut per omnia ſit ſimilis oriẽtali. Eſt autem colore per ſpicuus ſicut cœlum ſerenatum, ſed uincit in eo flauus color, & ideo melior q̃ eſt non ſatis perlucidus. Optimus autem qui habet nubes obſcuras ad rubedinẽ declinantes. Inuenitur etiam bonus, qui albidas habet maculas: ſimiliter ſubſtãtia ſua ſit ſicut nubes fuſca tranſparens aliquantulum.

OPERATIONES.

Albert. Virtutes ego uidi q̃ anthraces 1
duos fugauit. Aiunt etiam hunc lapidem

hominem caſtum reddere, & interiorē ardorem refrigerare, ſudorē reſtringere, dolorem curare frontis & linguæ.

2 Ego uidi unum in anulo portare, et ſordes ex oculis purgare: ſed ante uult poni ī aqua frigida & poſt ſimiliter. Quod autē dicunt ꝙ amittit uirtutem & colorem poſt ꝙ anthracē curauit, falſum eſt.

3 Dicunt etiam ꝙ corpora uegetat, & pa-
4 ces conciliat. Et animum in bonis firmat. Hic etiam ſirtites à quibuſdam uocatur, eo [redacted]
5 Ex lib. [redacted] Saphirus fere
[redacted]
6 ſpeculum) oſtendit. [redacted]
mus eſſe contra fraudes & contra inuidiā & errores, ad pacem quandoq; gratioſus
7 eſt. Sed oportet ut ille qui portat ſummo ſtudio caſtitatem ſeruet. Orietales ſaphiri ſunt optimi, maxime hi qui ueheme̅ter ſplendent colore ceruleo.

8 Item. Saphirus morbum illum horribilem fugat, qui uulgariter dicitur, noli me tangere. Sed poſt fugationem dicitur uiciari colore.

Ex Lapidario.

9 *Saphiri ſpecies digitis aptiſſima regum.*
Egregium fulgens puroq; ſimillima cœlo.
Vilior eſt nullo uirtutibus atq; decore.
Hic & ſirtites lapis à pleriſq; uocatus,
Quod circa ſirtes ibicis permixtus arenis.
Fluctibus expulſus feruente freto reperitur.
Ille ſed optimus eſt quem tellus medica gignit,
Qui tamen aſſeritur nunquam tranſmittere uiſum.
Quem natura parens tanto ditauit honore.
Vt ſacra & merito gemmarum gemma uocetur.
Et qui portat eum, nec ulla fraude necatur.
Inuidiam ſuperat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis ut perhibent educit carcere uinctos.
Obſtructaſq; fores ad uincula tacta reſoluit:
Fertur & ad pacem bonus eſſe conciliandam.
Et pluſquam reliquas amant hanc nigromantia.

CAPVT. II.

SArdius & [redacted] antiquiſſimo inter pcioſos lapides memoratus eſt autē habēs rubore ſpiſſum cum ſubſtantia peruia, ſicut ſi peruietas imaginetur in rubea terra. Et ſecundū hāc diuerſitatem inuenitur quinq; modis ita ꝙ aliqs nihil habet de peruietate: & forte ille matrix eſt aliorum & domus, in qua generantur. In Sardis autem ciuitate reptus eſſe dicitur.

Idem. Sarda eſt lapis qui ſe habet ad tabulas ligni, ſicut Magnes ad ferrū. Et immo adhęret ita fortiter tabulis nauium in mari, ut à tabulis euelli non poſſit niſi abſcindatur cum ipſo ea pars tabulæ cui adheret. Eſt autem in colore praſſius, hoc eſt uirens. Hoc ſimiliter ait Euax.

OPERATIONES.

[redacted] accen-
[redacted] ingenia; & per uirtutes contrarias ligare onychinum. Hoc ſimiliter ait Euax.

CAPVT. III.

SArdonis, Albert. Lapis Sardonis, quem quidam ſardonicem uocant, ē compoſitus ex duobus, ſardio uidelicet

delicet & onyche: eſt ergo rubeus, & hic color eminet ex ſardio. Eſt etiam albus & niger, & colorem unguis proferēs ex onyche. Laudabiliter autem eſt, qui hos colores habet magis diſtinctos. Inuenitur aūt quinq; modis, aut pluribus, propter diuerſam colorum mixtionem, & frequentius inuenitur in India & Arabia.

OPERATIONES.

1 Idem Albertus. Fertur Luxuriam expellere, & caſtū reddere & pudicum.

2 Eſt tamen maxima huius uirtus in hoc, ꝙ cū onichius nociuus ſit, hic nocere non poteſt, ſardium in ſubſtantia habens admixtum.

CAPVT. 112.

SAmius & Sarcofagus. Albert. Sami⁹ eſt lapis à Samo inſula in q̄ inuenitur dictus. Hoc autē lapide politur aurum. Idem. Sarcofagus eſt lapis deforans cadauera mortuorum, grece enim ſarcos ſonat, caro, fagin autem comedere. Antiqui autē de hoc lapide prius fecerunt archam mortuorum, eo ꝙ in ſpacio 30. dierū cadauera conſumuntur. Ob hoc autem noſtra monumenta lapidea ſarcofagi ſunt uocata.

OPERATIONES.

1 Samius. Albertus. Fertur autem ꝙ ſamius portatus uertiginem ſedat, & mentē ſolidat, habere autem hoc uicium dicitur, ꝙ alligatus in coxa parturientis impediat partum. Hoc ſimiliter ait Atabari.

CAPVT. 113.

SMaraldus, alias ſmaragdus. Albertus in lapidario ſuo. Smaraldus lapis eſt p̄cioſior multis ali[redacted] li de nidis Griphonū auferuntur, qui lapidem hunc cum crudelitate magna cuſtodiunt. Dixit autem unus de Grecia ueniens ueridicus & curioſus experimentator, ꝙ hic lapis naſcitur in rupibus, quę ſunt ſub aqua maris, & ibi inuenitur. Rationale etiam eſt ꝙ in uenis ęris in perſpicuo quidē ad ęris ſubſtantiam non ueniens naſcitur, eo ꝙ rubiginis ęris habet uiriditatem.

OPERATIONES.

Quādo ſmaraldus ponitur in potu, cōuenit uenenis mortiferis & morſibus uenenoſis, & punctionibus habentibus aculeum. 1
Qui ergo dederit in potu de limatura eius pondus. 8. granorum ordei, illi qui ſumpſit uenenū anteq; fecerit impreſſionem, liberat eum à morte, & non cadēt capilli eius neq; excorietur, & eſt ſua euaſio, & ille qui aſſiduat aſpicere ipſum, præſeruat eius uiſum à nocumentis, & conſeruat eum incolumem. 2

3 Et qui deſert ipſum in anulo, preſeruat eam ab epilentia, quando ducit cum digi-
4 to anteꝗ̃ ſuperueniat. Et propter hanc cauſam docemus reges ꝙ ſuſpendant eos in collo filiorum, quando naſcuntur ſta-
5 tim, ne ſuperueniat eis epilentia. Et idẽ auto. Raſis. Taberzet uel feruzegi id eſt ſmaraldus, conuenit leproſis quando ſumitur in potu limatura eius. Et ſi cadat aſpectus tyri ſuper lapidem ſmaraldi, diſſoluuntur oculi eius, & liqueſcunt.

6 [redacted]
7 [redacted]

10 [redacted]. Expertum autem eſt ꝙ uiſum debilem confortat, & oculos conſeruat.

11 Et bonam facit memoriam, & tempeſtatem auertit. Et ualet diuiñatibus, propter quod quęritur à magis.

CAPVT. 114.



Sagda & Sandariſo. Iſidor. Sagda eſt gẽma praſini coloris apud chaldeos, cuius tanta uis eſt, ut permeãtes naues è profudo petant, & carinis ita tenaciter adhęreat ut niſi abraſa parte ligni uix ſeparetur.

OPERATIONES.

Ex Lapidario.

Difficiles gemmas ſuper omnes mari repertus. 1
Nunquam ſciretur, niſi ſe daret inueniendam:
In medio ſiquidem lapis natus iſte profundo,
Naues incautas petit è regione meantes.
Et prælambentibus tabulis hærendo carinæ.
Ad portum trahitur maris ignaris data nautis.
Eſt autem morſu tabulæ ſic fixa tenaci.
Quod nequit abraſa ligni ſine parte reuelli.
Huic praſſinus color regio chaldaica tellus:

Iſidor. Sandariſus naſcitur in Indis loco eiuſdem nominis. Species eius eſt, ꝙ ue- 2
lut intra lucidum ignem intus aureæ guttæ fulgent. Conſtat inter omnes quan- 3
tũ ſtellarum accedat numero, tantum & p̃cio accedere.

CAPVT. 115.



Sileniſces & Sirtite. Iſidor. Silenites gẽma trãslucet candido melle, ocꝗ fulgore, continens imaginem lunæ. Quã iuxta curſum ipſius aſtri perhibent in dies ſingulos minui & augeri, naſcitur in Perſida.

OPERATIONES

Arnoldus. Silenites eſt gemma Perſi- 1
dis, cuius color eſt ut iaſpidis: lunares motus ſeruat, geſtatuſcꝗ languentes ac debi-
les curat. Ex lib. de na. re. Silenites lapis 2
ē colore pulcher, maxime albo, rũbeo, uario, purpureo: quem portat Indie teſtudo. Horum quoddam genus eſt quod uiret ut herba. Hunc qui portat in ore fertur diuinare futura. Igne nunꝗ̃ frangiť. Inter diſſidentes amorẽ re conciliat, Ptiſicos curat.

Iſidorus

3 Iſidorus. Sirtites gemma eſt ſic uocata,
quoniam in littore ſirtiũ in partibus Luca-
niæ primum eſt inuẽta. Huius color ẽ cro-
ceus continens intus ſtellas languidas, &
4 ſub nubilo renitentes. Albertus in lapi-
dario ſuo inquit. Lapis ſilenites ẽ lapis de
quo uaria referuntur. Dicunt enim quidã
eum naſci in quodã genere teſtudinis In-
dico, & eſſe uarium, dicuntq; hunc eſſe ui-
rentem, & in Perſide partibus frequentius
inueniri, ſiue in Arabia, ſicut inquit Plini-
us. Dicunt autem hunc creſcere luna creſ-
cente, & decreſcere dicunt decreſcente lu-
5 na. [redacted]
6 [redacted]
7 [redacted]. Fertur
etiam q; curat lãguentes ptiſicos & debi-
les. Hoc etiam ait Iſaac Beniamin.

CAPVT. 116.

Stellarius. Euax in lapidario ſuo. Lapis ſtellarius ẽ de genere marmorum, habens maculas ex auro. Et eius ẽ alius albus, qui dicitur Markaſita. Alius Indus clarus cœleſtis, & uocatur lapis lazuli. Pro quo lege lapis lazuli, et qñ q; minera fert utrũq; ſimul, & quandoq; eſt alius coloris uiridis, & uocatur lapis chryſopraſſus, ut apparet ſi legas lapis chryſopraſſus.

CAPVT. 117.

Specularis. Albert. Lapis ſpecularis, eſt lapis ad modum uitri perſpicuus.

OPERATIONES.

Dicitur autem in Hiſpanorum urbe Se- 1
gondia primitus inuentus eſſe. Ego au- 2
tem uidi illum abundantius inueniri, ita
q; corbes inde onerarentur in diuerſis par-
tibus Theutoniæ. Et uidi etiam in Gal- 3
lia inueniri cum gipſo, quia eſt extremitas
quędam. Effuſus autẽ ſcinditur in q̃ſ li- 4
bet partes tenues, & fiunt inde feneſtræ ſi-
cut de uitro, niſi quia loco plumbi opor-
tet ponere lignum.
Sunt aũt tres ſpecies eiuſdem, una uide- 5
licet lucida ſicut uitrũ, alia nigra penitus,
ſicut attramentum. Tertia citrina q̃ uo- 6
catur auripigmentum uel arſenicum, qđ
clarius eſt & nobilius.

CAPVT. 118.

Siſtos. Euax in lapidario ſuo cap. proprio. Lapis ſiſtos eſt fuſci coloris & ſubrufi, oblongas ariſtas ſiue pinnulas non habens erectas, ut alumen ſciſſum.

OPERATIONES.

1 Euax. Lapis ſiſtos uires habet fortiter conſtringentes.

CAPVT. 119.

SPõgia marina latine, grę ce trages, arabice aſſegialbach. Serapi. lib. aggrega. cap. aſſegialbach. Aſſegialbach, id ē ſpongiæ marinæ duo ſunt genera, ſcilicet maſculus & fœmina. Maſculus dicitur, q percuſſuras mi
2 nutas habet, & ſpiſſas & albas. Fœmina uero rotũdas cauernas, & maiores habet. Sed additur tertium genus duros lapides intra ſe habens, & plurimas cauernas. Cõburitur uero ſicut calcidonium. Melior ē illa, q̃ eſt propinqua ſuæ acceptioni: & eſt adhuc reſeruãs in ea de uirtute quã, acquiſiuit ex mari: ſed quando prolongatur tẽpus ſuæ collectionis, euaneſcit uirtus eius, & non eſt cõueniens ut adminiſtretur in opere, niſi prius lauetur cũ nitro aut baurach, uel cum aqua cineris quæ dicitur diſtillata. Auic. li. 2. cap. de ſpongia. Spongia eſt corpus marinum, laxũ, rarũ. Et dicitur q̧ habet animal in eo cui adheret & non ſeparatur ab eo. Et illa q̃ eſt recens eſt fortior & uehementioris exiccationis ꝓpter fortitudinem naturæ maris, & eſt cal. in. 1. ſic. in. 2. gradu. Et ipſius lapis eſt propinquus & minus calidus, & ē fortis exiccationis, proprie quod ex ea eſt recẽs qñ aduritur cum oleo, & ſimiliter eius cinis. Dioſ, cap. de ſpongia. Spongiæ duæ ſunt genera. Maſculus & fœmina. Maſculus habet foramina minuta, & ſpiſſa, & alba. Fœmina uero habet foramina rotunda, et magna. Et additur tertiũ genus habens intra ſe lapides duros, et plurimas cauernas.

OPERATIONES.

Serap. auto. Gal. Virtutem habet exiccatiuam manifeſte: & ideo uirtus eius eſt quæ conſolidat, ulcera recentia cũ ſuo ſanguine, cum madefit in aceto mixto aqua uel uino, ſecundum diuerſitatem corporũ 1

Et abſcindit fluxum ſanguinis, qui ex inciſione accidit uel combuſtione. Quando accipitur ſicca non habens humiditatē in ſe & imbibitur in aſphalto iudaico, aut in pice liquida, & ponitur ſuper locũ fluxus, & ignis in ea accenditur, & ualet in cauterium. Sed ſpongiæ combuſtę uirtus eſt reſolu[redacted]tur in 2 3
ſp[redacted]quæ deſiccat, & frã
gi[redacted] Dioſc. Q[redacted]
co[redacted]
[redacted] Et conglut[redacted] 4
[redacted]
incarnat ulcera an[redacted]
tur cũ aqua ſo[redacted]
[redacted]tum.

Et utim[redacted] 5 lineo ligata, quæ ſola facta forma licinij, et intromiſſa aperit orificia uulnerum, quando ſunt clauſa. Et quãdo ponitur 6 ſicca in ulceribus antiquis humidis, ad quæ fluunt humiditates eorum. Et ap 7 ponitur cum aceto et ſubſtinet menſtrua,

Et quando comburitur ſicut comburi 8 tur ſpuma maris, confert ophthalmiæ & abſtergit oculum. Et quando lauatur 9 poſt combuſtionem eius, eſt magis iuuatiua in meditinis oculorum. Et quando 10 comburitur cum pice, confert fluxui matricis. Et lapis qui inuenitur in ſpongia, 11 frangit lapidem ueſicæ quando bibitur cum uino. Auicẽna. Quando ſpongia 12 aduritur cum oleo, eius cinis confert diſruptioni ſanguinis, propter inciſionem et apertionem. Inflammatur ex ea ignis ſuper locum, & cauteriſat cum hoc q̧ ipſa ſit ſubſtantia retinẽs ſanguinem. Et ex ea 13 fiũt licinia, quæ in orificijs uenarum ponũtur, & retinet ſanguinem & fluxum ſanguinis. Et eius lapis ſubtiliat abſq; cale 14 factione, & exiccat, & abſtergit apoſtemata flegmatica. Et infunditur in aceto, & 15 ponitur

ponitur ſuper plagas, & conſolidat eas: & decoquitur cum melle, & conſolidat ulcera profunda, & ſimiliter ponit ſicca ſuper
16 ipſa. Et infuſa i aqua aut uino, deſiccat
17 ulcera humida antiqua. Et quãdo ſpongia aduritur cum oleo, eſt conueniens cu-
18 ratiõi ſputi ſanguinis. Et lapis in ea inuentus frangit lapidem in ueſica apud aliquos. Galenus ait ꝙ frangit lapidem renũ tantum, quia non tranſit uſq; ad ueſicam.

CAPUT. 120.

SOrdicies parietis balnei latine: Ara. uaſachi. Serap. li. aggre. ca. uaſachi: auto. Gale. Eſt ca. & lenit & diſoluit.

OPERATIONES.

Serap. Facit naſci carnes, & eſt cõueni-
1 ens ſciſſuris q̃ fiunt in ano & hæmorroidi-
2 bus, qñ ponitur ſuper eas. Et qđ de ſor-
dicie colligitur ex corporibus exercitantium, calefacit & reſoluit exituras duræ ſolutionis, et eſt conueniens ulceribus renũ.
3 Et illa q̃ colligitur ex corporibus luctãtium, confert nodis q̃ fiunt in matrice, qñ ponitur ſuper eas: & confert ſciaticæ poſi-
4 ta loco unguenti. Et ſordicies q̃ reperi-
tur in uaſibus in quibus oleũ aduritur, re-
5 ſoluit multum & lenit. Et dixit in ſor-
